CONSILIORVM,

SIVE RESPONSORVM BALDI VBALDI PERVSINI IVRISCONSVLTI OMNIVM CONCESSV DOCTISSIMI PARITER ET ACVTISSIMI,

Volumen Tertium.

HAC NOVISSIMA EDITIONE RECOGNITVM, pluribusq; in locis accuratissimè castigatum.

CVM QVÆSTIONIBVS, ADDITIONIBVS, SVMMARIIS, & Indice locupletissimo.

Impressum Francof. ad Mœn. impensis Sigis. Feyrabendij.

M. D. LXXXIX.

CONSILIORVM,

SIVE RESPONSORVM BALDI VBALDI PERVSINI IVRISCONSVLTI OMNIVM CONCESSV DOCTISSIMI PARITER ET ACVTISSIMI,

Volumen Tertium.

HAC NOVISSIMA EDITIONE RECOGNITVM, pluribusq; in locis accuratißimè caſtigatum.

CVM QVÆSTIONIBVS, ADDITIONIBVS, SVMMARIIS, & Indice locupletiſſimo.

Impreſſum Francof. ad Mœn. impenſis Sigiſ. Feyrabendij.

M. D. LXXXIX.

CONSILIORVM DOMINI BALDI DE VBALDIS DE PERVSIO CELEBERRIMI IVRISCONS. AC SVMMI PRACTICI,

Volumen Tertium.

CONSILIVM I.

1 *Conceſſis omnibus bonis in dotem, an videatur conceſſum iuſpatronatus, quod erat penes mulierem dantem omnia bona in dotem.*
2 *Iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate: & eſt tranſmiſſibile, & ceſſibile. & num. 5.*
3 *Dos eſt quid vniuerſale.*
4 *Appellat. omnium bonorum continetur vniuerſitas.*
6 *Pactum quod non obſt. lapſu temporis epiſcopus non præſentet, an valeat.*
7 *Monachus non habet velle, nec nolle ſine licẽtia Abb. Vnde non poteſt exequi ſibi commiſſa ſine eius licentia.*
8 *Iuſpatronatus quantum ad poteſtatem præſentandi deſcendit gradatim ordine ſucceſſiuo ad poſteros.*

1 IN Chriſti nomine Amen. †An mulier dando omnia bona, & iura, quę habet in dotem, videatur iuſpatronatus cum tali vniuerſitate concedere, dubitari poteſt. Et videtur, ꝙ ſic. †Primo, quia iuſpatronatus tranſit cum vniuerſitate. ff. de contrahend. emp. l. in modicis. ff. de acquir. rer. dom. l. quædam. Secundò: quia iuſpatronatus eccleſiæ, vel hoſpitalis tranſit etiam ad hæredem extraneum. 16. q. 7. ca. conſiderandum. & ibi no. ergo ſi tranſmiſſibilis, eſt ceſſibilis, de admi. tut. l. ex pluribus. Tertiò: quia mulier quæ dat dotem, adhuc remanet iuris intellectu domina. C. de iure do. l. in rebus. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum. ſ. nomine, vnde non eſt titulus dotis expropriatus dominij, ſed magis commiſſiuus. & videtur, ꝙ iſta commiſſio poſſet fieri habilius, quàm expropriatio, vt ſic dixerim. huic accedat extra de re iudic. c. cum
3 Bertold. de iure patr. cap. ex literis. † Nam eſt & dos quid vni-
4 uerſale. vt no. in l. quod dicitur. de impenſis. † Item appellatione omnium bonorum vniuerſitates continentur. ff. ad Treb. l. cogi. in contrarium videtur ꝙ nomen bonorum prolatum ab homine, non ſignificat ꝓprie vniuerſitatem. ff. de iure do. l. mulier bona. nec trãſeunt titulo dotis iura inſeparabilia à perſona. ff. de iu. dot. l. ſi mulier. ad idem facit l. ſi pronomen. & l. quia perinde. ad idem facit, quod no. Innoc. in d. c. ex literis. dicit enim, quod iura ſpiritualia, quæ ſunt abſtracta à rebus temporalibus, nunquam continẽtur appellatione iurium: niſi fiat de eis mentio ſpecialis, & cauſa efficiens ſit habilis, quod eſt no. ſecundum
5 eum. †Sed iura mixta, ſicut eſt iuſpatronatus dicit Inn. ꝙ cum re certa, puta cum fundo Botriano non trãſeunt: ſed cum vniuerſitate, diſtinguit. Aut eſt quid vniuerſale ratione ſigni vniuerſalis: aut ratione rei vniuerſalis. Primo caſu, vt cũ dico, vendo omnes poſſeſſiones talis villæ, & iura q̃ ibi habeo: non tranſit iuſpatronatus. Secundo caſu trãſit, vt nomine hæreditatis ſecundũ Inn. Ratio differentiæ: qa genus reſoluitur in ſingularitates. Et ideo non plus importat genus, quàm enumeratio ſpecierũ. l. ſi chorus. de leg. 3. ſed vniuerſitas non reſoluitur in ſigularitates. vt C. de euict. l. 1. ſecundum Inno. Sed certe in caſu noſtro facta eſt mentio hæreditatis, & ſic eſt cõceſſio vniuerſalis. & ideo videtur, ꝙ iuſpatronatus tranſiuerit, vt ius dotale cum vniuerſitate hæreditatis, dicitur tamen, ꝙ rediit ad mulierem ſol. ma. verius eſt, ꝙ illud iuſpatronatus ſecũdum formã pactorum eſt reſtrictum ad liberos. Et ideo non poteſt extraneis cedi. l. 1. de bo.
6 lib. de ritu nup. l. non ſolum. §. ſi puellæ. † ſed nunquid ſi negligit præſentare, poterit epiſcopus ibi libere ponere rectorem. videtur quod non, propter pactum, cum dicit, lapſu temporis non obſtante. Nam rei ſuæ potuit hæc lex dici, ar. ff. de ædil. edict. l. ꝙ ſi nolit. §. fin. In contrarium: quia tempus præſentandi ſtatutum eſt fauore publico, ne loca ſacra deficiant. vnde non poteſt renuncia. ff. de pact. l. ius publicũ. nec poteſt mutari forma antiquitus conſtituta. ff. de admin. tut. l. quidam decedens, quod verum credo, ar. C. de epiſc. & cler. auct. licet teſtator. Et
7 hoc caſu non habet locum pactum, quod non poſſet reuerti ad nutum patroni. arg. eius, quod no. 17. q. 3. c. frater. † Super alio puncto dicendum eſt, ꝙ monachus clauſtralis non habet velle, aut nolle ſine licentia abbatis: nec poteſt ſibi commiſſa exequi. 12. q. 1. c. non dicatis. c. vlt. de teſt. lib. 6. cum ſi. Super alio pun-
8 cto dicendum eſt, † ꝙ iuſpatronatus, quantum ad poteſtatem præſentandi gradatim ordine ſucceſſiuo deſcendit ad poſteros: nec concurrunt filius, & nepos ex eo. 16. q. vlti. c. filiis. argu. de leg. 2. l. peto. §. fratre. & ff. de lib. & poſth. l. Gallus. §. quidam recte. Ego Baldus.

CONSILIVM II.

1 *Dos à patre profecta ad patrem reuertitur ex paterna ſtipulatione.*
2 *Statutum fingens dotem datam de bonis mulieris non obſtat patri mulieris ſtipulanti dotem ſibi reddi.*
3 *Filia fam. habet hæredem in dote.*
4 *Verba notarij ſunt verba partium.*
5 *Contra præſumptionem iuris, admittitur probatio in contrarium per confeſſionem partis.*
6 *In inſtrumentis lux veritatis, & non ſomnium fictionis eſt inſpicienda.*

Factum tale eſt. Quidam Io. Vannis de Caſtro Cortiani conſt. coram iudice cauſarum ciuilium Ciuita. Camerini, cum præſentia & conſenſu ſuorum proximiorum conſanguineorum ipſius Io. in gradu cum authoritate dicti iudicis, cum iuramento ſolenniter præſtito per eum fuit confeſſus, & bene contẽtus penes ſe habuiſſe, & recepiſſe à Iordano Corradi de Burgo Sancti Venantij de dote, & do. nomine Sanctæ filiæ ipſius Iordani, & vxoris dicti ipſius Io. 400. lib. den. monetæ nunc curren. renun. &c. promittensque dictus Ioan. coram dicto iudice & in præſentia dictorum ſuorum conſanguineorum dicto Iordano pro ſe, & ſuis hæredibus ſtip. & recipienti: ſi matrimonium quod erit inter dictos Io. & Sanctã diuideretur diuortio, morte, vel alio modo ſine filiis legitimis, vel cum filiis legitimis non pernenientib. ad ſuam ætatem 25. ann. ſecundum formam, & conſuetudinem dictæ ciuitatis, incontinenti diuiſo dicto matrimonio non ex-

pectato anno legali:in omnẽ casum restituendę dotis, dictã dotẽ dare, reddere, & restituere integre, & cũ effectu;p qua dote reddenda in casu restitutionis obligauit bona sua, &c. Modo euenit, q̃ dictum matrimonium fuit carnali copula consummatum, & postea diuisum morte dictæ Sanctæ superstite Marino eorum communi filio. & postea decedente in ætate 8. ann. superstitibus dict. Iordano eius auo, & dotante dictam Sanctam eius filiam de bonis propriis ipsius Iordani, cum ista Sancta non habuerit, nec habebat aliqua sua bona, & superstite dic. Io. patre ipsius Marini. Modo dict. Iordanus vigore dictæ stipulationis, & instrumenti dotalis, & pactorum, repetit dictam dotem integram à dict. Io. Quæritur primò, an dic. Io. teneatur ad solutionem dictarum dotium integre faciendum ipsi Iordano, vi-
1 so instrumento dotali, & statu, &c. †De iure communi certum est, q̃ stipulationis paternæ tenor efficit, vt dos à patre profecta ad patrem reuertatur. C. de rei vxo. ac. l. rem in præsenti. §. accidit. C. communia vtriusque iud. l. fin. fol. mat. l. dos à patre. C. de pact. conuen. l. ex morte. ff. sol. mat. l. quoties. Et ideo iure com-
2 muni inspecto ille, qui dotem dedit eam repetere potest. †Sed videamus, an statutum, quod fingit dotem datam de bonis mulieris, obstet patri mulieris, & vī q̃ sic. Nam vbi filia de bonis ꝓpriis dotatur, pater nõ potest sibi stipulari. imo hæredibus filiæ tenetur remittere iura stipulationis. ff. de leg. 3. l. vxorem. §.
3 pater naturalis. † q̃a ergo filia habet hæredem in dote. ff. de iur. dot. cuius pater filiæ repelli debet per filios eius, ꝓ auth. de hær. ab intest. §. 1. & rursus liberis mortuis pater eorũ, non auus succedit, in auth. defun. & in l. si in fanti. cum si. In contrariũ vī: q̃a etiã ille, qui numerat pecuniã alienã, potest agere ex stipulatione. C. si cer. pe. l. fi. & l. non vnde originẽ. Item q̃a instrũm dicit, q̃ ita stipulari est de consuetudine, vnde statur instrumẽto & cõsuetudini, arg. si cer. pe. l. certi condictio. §. si nummos. & probatur cõsuetudo partiũ assueratione: q̃a ita confessi sunt in instrumento. C. de cottrahen. stip. l. optimam. C. de iure delib. l.
4 cum aliquis. †Nam verba notarij sunt verba partium: vt no. de
5 verb. obli. l. sciendum. Solutio. credo pactũ seruandum. †Nam licet statutum sub illo verbo, intelligatur, inducat præsumptionem iuris & de iure in fauorem mulieris: tamen in prẽiudicium promissoris, statur suæ confessioni, & conuentioni: vt in §. aliud. in auth. de æquali. do. & C. de do. ante nup. auth. sed iam necesse. per Cy. Non obst. §. pater naturalis: quia apparebat per veritatem, quæ non potest tolli per confessionem, de iuris & facti ignorantia. l. cum falsa. licet præsumptio possit elidi per confessionem in contrarium factam. nec dicitur erronea confessio ratione præsumptionis legalis. quod est notabile. Conclusio ergo est, quod instrumentum debet seruari, extra de pac. c. 1. &
6 maxime propter iuramentum appositum. †In iuramẽtis enim lux veritatis, non somnium fictionis inspicitur. C. de non num. pec. l. fi. C. de nup. auth. quòd eis. cum simil. Et ita dico, & consulo. Ego Baldus.

CONSILIVM III.

1 *Clausula, quod fires plus valet, ex nunc illud donat venditor emptori: quid operetur.*
2 *In foro conscientiæ stamus veritati, in foro iudiciali scripturis.*
3 *Confessio facta a parte absente, facit indicium, quæ iuncta cum aliis adminiculis probat.*
4 *Vehemens adminiculum supplet semiplenam probationem.*

Casus talis est. Quidam Petrutius Titij de Viterbio iure proprio, & in perpetuum vendidit, & tradidit Petrutio D. Petri de Alexandrinis de Viterbio quãdam ipsius vineam positam in tenimento Ciuitatis Viterbij iuxta suos cõfines pro precio quadringẽtarum quinquaginta lib. Bonon. den. partuorum. quod precium tòtum dictus vẽditor fuit confessus se habuisse, & recepisse à dicto emptore. & sciens ipsam rem venditam plus valere, & pluris valoris esse precio supradicto, id, quod pluris erat valoris, quàm dictum precium pure, libere, & simpliciter, & inter vinos donauit, pro multis gratiis, meritis, & seruitiis, quæ cõfessus fuit dictus venditor habuisse ab ipso emptore, cuius quidem rei venditę idem venditor possessionem dare, & tradere promisit, &c. & interim constituit se pro eo precario possidere, &c. quoniam intrandi licentiam dedit, &c. & fecit Stephanum Lucij Morelli in præsentem procuratorem ad dandum, & tradendum possessionem rei venditæ, &c. & eodem millesimo, & die idem Petrutius D. Petri, per se, suosque hæredes, & successores ex certa scientia, & non per erroꝛe promisit, & ex pretio conuenit Petrutio quondam Lucij Lauren. venditori prædicto præsenti, & legitime stipulanti pro se, suisque hæredibus & successoribus, s. dictam vineam positam infra dictos confines, ipsi Petrutio D. Petri venditam, per dictum Petrutium Lucij pro precio, & nomine pretij quadringentarum lib. dena. paruorum. secundum quod de dicta venditione patenter asseruerunt esse pub. instrũm manu ser Petri Macharonis notarij publici de Viterbio. hinc ad septem menses proxime futuros, ipsi Petrutio Lucij, vel suis hæredibus, & successoribus vendere iure proprio, & in perpetuum ꝓ pretio, & nomine pretij quadringẽtarum quinquag. lib. paruarum promisit: & sibi liberam absolutam que relaxare: & curam, aliàs chartam, & cautelam idoneam facere, ad sensum sapientis ipsius Petrucij Lucij cum omnibus clausulis opportunis. Et ꝓpterea pro prædictis omnibus, & singulis attendendis & firmiter obseruandis obligauit se dict. Petrutius D. Petri eidem Petrucio Lucij præsenti, & legitime stipulanti personaliter Viterbio, & Romæ. vbicunque locorum, & terrarum, & vbicunque eum conuenire inuenerit, & ibidem ab eo petere, & conuenire voluerit, quod supradicta vinea tempore supradictæ venditionis erat valoris, & æstimationis mille lib. & vltra, & quod ꝓ tanto tunc temporis fuisset reuera vendita, & tãtum etiam ho-
1 die valet. † Modo quæritur, quid iuris, an dicta venditio valuerit, vel ne. Venditio facta Petrutio D. Petri est multum suspecta ex pretij paruitate, & ex promissione de reuendendo. & licet sit clausula donationis, tamen captiosam liberalitatem interpretatio prudentum fregit. ff. de transactio. l. cum aquiliana. probatur, quia ista clausula non refertur, nisi ad modicam summam: non autem vbi esset deceptio vltra dimidiam iusti pretij, vt ff. de verb. sig. l. hæc venditio. ff. de leg. 2. l. cum filius. §. pater. nec etiam conuenit bonis viris tam enormis cum aliena iactura locupletatio, vt no. ff. de reg. iu. l. iure naturæ. nec est verisimile, q̃ fuerit animus donandi, vbi pactum fuit appositum reddendi, arg. ff. de sol. l. qui sic soluit. In contrarium videtur. nam ex quo venditor scit valorem rei, non competit sibi auxilium legis 2. C. de rescind. vend. imo valet vendendo, & non potest reuocare, vt no. in l. 2. & l. quisquis. C. de rescin. ven. Non obst. pactum de reuendendo, quia fuit ad tempus, & tempus est finitum: vnde venditio remansit libera, & donatio libera. C. de pac. inter emptorem. le. 2. Solutio: secundum Bart. posset intentari. d. l. 2. ad rescindendum, vel supplendum: quia illa clausula donationis, videtur in magna læsione apposita per errorem: quia nemo præsumitur iactare sua. l. cum de indeb. de proba. In contrarium videtur: quia dicta clausula debet aliquid operari. sed in modica summa non est ista clausula necessaria. ff. de min. l. in causæ. oportet ergo, vt trahatur ad magnam summam, vt aliquid operetur. Item in instrumento fit mentio scientiæ. sed si scit, ergo sibi imputet venditor. ff. si quis cautio. l. sed & si quis. §. fi. quod verũ credo. nec habemus indicia in contrariũ sufficientia, q̃ ponunt. extra de cõtrah. emp. C. ad nostram. & de pig. c. illo vos. & per Cy. C. plus valere quod agitur. l. emptio. de iure ergo non potest cõpelli emptor iste ad reddendũ, arg. de verb.
2 obl. l. si ita quis. §. Seia. † Sed in foro cõscientiæ standũ esset veritati. In foro autẽ iudicij oportet, q̃ seruemus scripturas: vt C. de prob. l. cum precib. cum si. Si tñ alia indicia ꝓbarentur, vel
3 cõfessio dicti colorati emptoris, q̃ fuerit pignus, sufficeret. †nã cõfessio etiã parte absente facta facit indicium, & iuncta cum a-
4 liis indiciis plene probat, vel vehementer adminiculatur, † & vehemens adminiculum supplet semiplenam probationem. ff. de ædil. edic. l. quæro. §. fi. & extra de fuc. ab intest. c. dilectus. vbi est tex. notabilis. & si probatur, q̃ receptor esset cõsuetus similia instrumẽta recipere in fraudem vsurarum, etiam illud multum faceret contra eum: q̃a in eodẽ genere culpæ frequenter malus, semper malus præsumitur. in reg. iur. semel malus, &c. Et ita dico, & consulo ego Bal. de Perusio legum doct. &c.

CONSILIVM IIII.

1 *Filio agenti ad dotem matris non solutam obstat exceptio præscriptionis 30. anno. & vltra. sed datur restitutio, si ille, contra quem est præscriptum, erat minor.*
2 *Actioni personali de iure communi præscribitur 30. ann.*
3 *Hypothecæ præscribitur 40. ann.*
4 *Mala fides posse. de iure cano. nunquam præscribit.*
5 *Longissimum tempus quod dicatur.*

Factum

Adde consilium in 3. parte incip. in casu supra proxime.

Factum tale est. Quidam Lucius promisit dotem pro filia sua Franciſca, qui Lucius, & Franc. mortui sunt. primo d. Franc. relicto filio, postea Luc. pater eius. Modo dictus filius dictæ Franciſcæ petit executionem dicti instrumenti, & allegat dictã dotem nunquam fuisse solutam. Opponitur ei exceptio præscr. 35. anno. vel vltra.
1 † quæritur vtrum habeat obstare, nec ne: viso dicto instrumen-
2 to dotis, & visis statu. ciuit. Vrbin. † De iure cõmuni spatio 30. anno. est præscriptum actioni personali. C. de præscr. 30. ann. l. sicut. tamen iste, qui fuit in minori ætate læsus, & nunc est infra 28. annum potest petere ref. in integ. vt no. in l. fi. C. qui. cau. in
3 integ. restit. non est ne. † si autem iste ageret hypothecaria, nõ esset decursa præscriptio. q̃a requiruntur 40. an. quando debitor possidet res hypothecatas. C. de præscr. 30. an. l. cum notis-
4 simi. & hæc vera de iure ciuili. sed de iu. cano. † malæ fidei possessor nunquam præscribit. c. 2. de reg. iu. lib. 6. Sed de iure mu-
5 nicipali videtur requiri longissimum tempus, † & lex dicit varie de tempore longissimo. nam interdum dicitur lõgissimum, i. 100. an. interdum longius. i. 40. ann. interdum longum. i. 30. an. C. de sac. sanct. eccl. l. fi. & no. Azo in sum. C. de præscrip. 30. ann. Sed dico, q̃ istud statutum non faciat ad casum nostrum: quia hic filius agit ex promissione ex persona patris sui, non ex persona matris dotaræ, & sic sumus in iure communi, quod dispositum, vt superius dixi. Et ita dico, & consulo ego Bal. de Peru. I. V. D.

CONSILIVM V.

1 *Episcopus non potest ordinare rectores hospitalis facti sine cõsensu, & licentia ipsius iam centum annis, & vltra. nec de relictis tali hospitali deberur sibi quarta.*

Quidam ciues Ameliæ, iam sunt 100. anni, & vltra ordinauerunt in dicta ciuitate Ameliæ ad honorem B. Mariæ Virg. quandam fraternitatem laicorum, quæ vocata fuit, & est fraternitas S. Mariæ. Qui homines dictæ fraternitatis ordinauerunt quoddam hospitale in dicta ciuitate sine consensu, vel authoritate episcopi: & in d. hospitali rectorẽ, & ancianos ordinauerunt ad regendum, & ordinãdum dictum hospitale, & ad recipiendum dictos pauperes, & peregrinos in dicto hospitali, & omnia ista fecerunt iam 100. ann. & vltra, sine licentia dicti episcop. nec in d. hospitali fuit aliquod altare. dictum vero hospitale augmentatum est propter relicta, & legata ei facta. nunc dictus episcopus vult ponere, & ordinare dictos rectores in hospitali dicto, & mandat sub pœna excommunicationis electoribus vel acceptantibus, ne eligant, vel acceptent dictum officium sine expresso consensu, vel licentia dicti episcopi. Item petit dictus episcopus quartam de relictis d. hospi-
1 tali. Quæritur † quid iuris: an dictus episcopus debeat habere dictam quartam, & an de iure possit præterndere ius eligendi rectorem in dicto hospitali, vel aliquod aliud ius. Dico, q̃ episcopo de prædictis relictis non debetur quarta de iure communi. nam ratione personarũ, non debetur quarta de iure cõmuni episcopo, vt dicit Ala. & gl. extra de sepul. c. 2. nec ratione loci: q̃a locus est prophanus, & non sub institutione, vel visitatione episcopi: quia non est publici iuris, sed priuatorum. ff. si seruit. vendice. l. testatrix. §. plures. & ita dixi in l. si quis ad declinandam. C. de episc. & cle. Item extra de reli. domi. c. ad hoc. & no. Inn. in c. inter dilectos. de do. cum quarta non debeatur de relictis factis locis exemptis, vt Inn. no. extra de test. c. officij. & q̃a tale collegium, quod fit causa pietatis, licitum est, & à iure approbatum, vt l. 1. de colle. illicit. Non nego tamen, quod vt videtur, in genere possit receptores repellere, & compellere ad erogandum pauperibus, & propter dilapidationem solum possit mandare, quod illi remouerentur, & alij administratores ponerentur per illos, ad quos secundum ordinamenta sui consortij pertinet electio, non quod ipse episcopus instituat, vel destitutionem habeat, arg. ad hoc. ff. ad Treb. l. 1. §. Imp. ff. sol. mat. l. si cum dotem. §. finautem in fæuissimo. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio.

CONSILIVM VI.

1 *Pactum de hare. viuen. non valet, nam pacisentes amittunt ius quod habent.*
2 *Hæreditas de qua pactum fuit viuente eo, de cuius bonis agitur, cui applicanda veniat.*

Punctus talis est. Quidam Franc. Herculani de Cortonio substitutus vulg. & pupil. Bonauenturæ Ioannis de Cortonio in testamento ipsius Io. adita hæreditate dicti Io. per dictum Bonauenturam, & ipso Bonauentura viuente, & ignorante, & absque necessitate alicuius contractus præambuli pepigit cum Matthæo filio dominæ Metaldæ super hæreditate ipsius Bonauenturę tunc viuentis de communicando inter se, & æqualiter diuidendo dictam hæreditatem, cuicunque eorum contingit dictam hæreditatem obuenire. deinde decessit d. Bonauent. quæritur nunquid dicti pacisentes amiserint eorum iura ex pactione prædicta, si qua in dicta hæreditate Bonauenturæ prætendere poterãt ex substitutione prædicta, vel alia causa. & si amiserunt cui veniunt applicanda, nunquid fisco, an venientibus ab intestato d. Bonauent. Quæritur
1 quid iuris est. †Præsupposita inualiditate dictæ conuentionis, cum pacisci de hæreditate viuentis pupillariter, & obligatorie, & non ex necessitate alicuius cõtractus præambuli absque consensu domini, per cuiuscunque contractus speciem, sit improbatum à iure. C. de pact. l. fin. de don. l. quidam in iure. cum l. sequen. nec potest esse dubium de amissione iuris hæreditarij spectantis ad pacisentes: quia illud amittunt. vt d. l. quidam. cum l. sequen. & l. 2. §. fin. ff. de his quib. vt indi. & not. in d.
2 l. fin. C. de pact. super verbo, obseruari. † Superest solum dubitatio, cui est applicanda hæreditas, quæ in talem conuentionem deducitur: vtrum fisco, vel hæredi legitimo dicti Bonauenturæ, qui hæres legitimatus est extra personas dictorum pacisscentium. & videtur, quod fisco applicetur: quia substituto prædicto vt indigno aufertur. igitur secundum regulam fisco applicanda videtur: vt l. Pap. §. meminisse. de inoffi. testa. coniuncta. d. l. quidam. §. fin. cum l. sequen. de do. & hoc vt glo. ibi tenet, vt videtur text. in d. l. 2. in fin. de his quib. vt indi. continuando vltimum responsum dictæ legis ad respõsum antepenultimum: vt illa dictio continuatiua idem importat: quia ad proximam continuari non potest, igitur continuanda est ad remota, quibus potest continuatio adaptari. C. de libe. præte. l. 1. de iurisd. om. iud. l. si idem cum eodem. §. fin. Ex aduerso, videtur rationibus inferendum, quod hereditas prædicta debeatur hæredi legitimo d. Bonauent. & non fisco in terminis propositæ quæstionis, in quibus proponitur, quod pupillaris substitutio conuenit de hæreditate pupilli percipienda, & diuidenda cum extraneo, ex qua resultat offensa certę personę, videlicet pupilli, cuius vitæ insidiosa censet dicta cõuentio, vt d. l. fi. C. de pact. & diuersis respectib. dici pt illata testatori, & illata hæredi; put tabulæ pup. dici possunt testamentum patris, & filij, vt d. l. Papi. §. sed nec impuberis. & de vulg. & pup. l. patris & filij ex quibus infertur, quod dicta hæreditas sit applicanda hæredi legitimo, pluribus rationibus. Et prima quidem, eo respectu, quo tabulæ pupillares censentur, testamentum filij inducitur. l. 3. §. fin. de adi. leg. & de his qui. vt indig. l. si inimicitiæ. quia ex amissione relicti resultãte ex offensa facta testatori post testamentum non acquiritur fisco, sed hæredi relinquentis velut ex inimicitia præsumpta: vt d. l. 3. §. fin. & d. l. si inimicitiæ. & in proposito ita est amissio dicti relicti, cum resultat ex offensa facta contra ipsum testatorem viuentem, eo respectu, quo tabulæ pupillares sunt testamentum filij, vt supra est dictũ, ar. ff. de vul. & pup. l. ex facto. esset enim iniquum, quod potestas attributa patri testandi pro filio præiudicaret ei in futuris euentibus, & non variaretur dispositio ex superuenienti causa, ex qua ipse filius verisimiliter variaret si posset, vt d. l. ex facto. & arg. C. de inof. test. l. 2. ff. de pact. l. tale pactum. §. fin. Secundo probatur idem, quocũq; iure censeantur tabulæ pupillares. l. si ab hostib. §. fin. ff. sol. mat. quia cum lucrum venit percipiendum ex dispositione hominis, tunc offensa commissa in eum ex cuius dispositione seu à quo venit percipiendum, resultat amissio lucri applicandi potius offenso, & eius hæredi, quàm fisco, vt d. l. si ab hostib. §. fin. Tertio idem concluditur, eo respectu, quo tabulæ pupillares sunt testamentum patris, ex eo quod dicta offensa appareret illata in certam personam, videlicet, in ipsum pupillum, cui erat facta substitutio. & per consequens, quemadmodum id, quod amittitur ex offensa illata in personam hæredis, non applicatur fisco, sed remanet penes ipsum offensum, vel eius hæredem, substitutio prædicta euacuatur cum effectu,

sicut euacuault legatum in terminis iurium prædictorum, ex eadem rationis paritate, vt ei remaneat, oſtéditur, potius quàm in alterum transferatur. Ex quibus omnibus concluditur, quod dicta hæreditas ſubſtituto prædicto abſque dubio venit auferenda, & applicanda, vel fiſco per primas prædictas rationes, aut hæredi legitimo dicti pupilli, euacuata ſubſtitutione prædicta, ex ſecundis rationibus, quod æquius, & rationabilius eſſe videtur, & magis intereſſe dicti pupilli offenſi. Et tenendo ſecundam partem reſponderi poteſt iuribus pro prima parte inductis, quod non determinatur, cui quęratur hæreditas, vel ex cuius cauſa amittitur, ſed de ipſa amiſſione tantummodo, & gloſſ. determinantes contrarium intelligendę ſunt ita, vt dictis regulis non repugnent. videlicet, in caſu, in quo hæreditas non differtur ex diſpoſitione hominis, ſed legis, quo caſu applicat fiſco id, quod amittitur ex offenſa facta de functo. ff. de bo. dam. l. cum ideo. in fin. quod non contingit: cum capitur ex diſpoſitione hominis, vt d. l. ſi ab hoſtibus. §. fin. & aliis ſupra allegatis. Et ſecundum dictum modum diſtinguit dictam materiam, in qua iura ſunt varia, & difficilis ſolutionis. Barto. de Saxo Fer. ita ſcripſit in l. fin. ff. de his quibus vt indig. Et ita dico, & conſulo ego Baldus.

CONSILIVM VII.

Filia in poteſtate patris conſtituta an ſol. mat. poſſit petere dotem aduentitiam abſq; conſenſu paterno, & eſſem iudicio dicta de cauſa.

Punctus talis eſt. D. A. filiam. & in poteſtate patris conſtituta, ſolu. matr. per mortem viri poſt annum per ſuum procuratorem in iudicio petiit dotes conſtitutas ſibi ab extraneo, quas extraneus ſtipulatus eſt eidem d. A. reſtitui, & ſuis hæredibus in caſu dotium reſtituendarum. objicitur contra ipſam, quod in iudicio eſſe nõ potuit, nec poteſt ſine patris cõſenſu, cuius patris abſẽtia in iudicio, nec deducta, nec ꝓbata fuit, & quod iudiciũ retro actum ſit nullum. Quæritur ex præmiſſis, quid iur. an d. filia potuerit dictas dotes per ſe, vel procuratorem petere ſine patris conſenſu, & an iudicium retroactum ſit nullum, vel veniat annullandum. Iſta quæſtio dubia eſt propter contrarias opiniones circa
1 eam. † Nam quidam dicunt, quod in dote aduentitia petenda non eſſe dicitur neceſſarius conſenſus patris, & eſt ſpeciale fauore dotis, ita no. ff. ſol. matr. l. 2. §. ſi in partis. C. de coll. auth. quod locum. & auth. de æqua. do. §. pe. Alij dicunt, quod requiritur patris conſenſus verus, ſi pater eſt præſens, vel in vicino loco abſens, cuius præſentia cito, & ſine mora, vel dilatione haberi poteſt. Si autem ſit à longe abſens, tunc aut tacite interpretandus eſt conſentire, vel ſufficit filiæ ſententia legis. vnde Dy. tenet, quod in iudicio, ſi pater eſt præſens, requiratur eius conſenſus, vt ipſe no. in l. non ſolum. ſolu. matr. & idem ibi per Ray. de For. idem tenet Iaco. de Are. in auth. quod locum. dicũt enim quod in aduentitiis ſemper requiritur patris cõſenſus in agendo, licet non in ſolutione recipienda. Ego vero in dote cõſidero duo tempora, & duos caſus, primus caſus eſt, conſtante matrimonio, in iſto tempore pater nullum habet in dote aduentitia vſumfructum: quia non deſeruit oneribus matrimonij, ſecundum tempus eſt ſol. matr. iſto tempore quandiu dos nullis oneribus deſeruit, videtur, quod pater vſum habere debeat, ex generali regula. l. 1. de bo. mater. & C. de bon. quæ lib. l. 1. & 2. donec enim non ſeruit aliis oneribus. quare pater excludetur à iure vſufr. certe non videtur excludi, quandiu ceſſat ratio excluſiua, vbi dicitur, quod cum dos ſit numero deſtinata, dantis effectus videatur repugnare, ne patri quæratur vſusfructus, ar. C. de bo. quæ li. auth. excipitur. Caſus etiam duo ſunt. ſcilicet, cum maritus cœpit male vti ſubſtantia ſua, certe in iſto tempore pater habet nullum vſumfructum: qa adhuc onerib. matrimonij deſeruit. vnde quia pater nec ius, nec exercitium habet, & filię pleno iure pertineat tunc actio, & exercitiũ, valet iudicium, licet patris non acceſſerit conſenſus. Sed quæſtio noſtra quærit de dote aduentitia iam diſtracto matrimonio. vnde ſi patri competit vſusfructus, actio excitata per filiam eſt male intentata per perſonam inhabilem. vnde iudicium eſt ipſo iure nullum, vt l. cum non ſolum. §. neceſſitatem. de bon. quæ li. Non enim inuenio, quod in dote ſit ſemper ſpeciale. & in authen. quod locum. quæ loquitur, quando dos conſtante matrimonio repetitur. quo caſu & tempore pater nihil iuris habet in ea extra illos caſus illius auth. etiam cauſa dotis videtur remanere ſub regula generali illius. §. neceſſitatem tantum: quia gloſſ. communiter dicunt ſpeciale in dote aduentitia, vt non requiratur conſenſus patris. non audeo recedere à gloſ. & hoc tenet Iaco. de Belui. in authen. de æqua. do. §. penult. quæ dicit, quod in dote aduentitia patri non quæratur vſusfructus. licet regulariter ſit ſecus in aliis aduentitiis. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Perusio.

CONSILIVM VIII.

1 *Sententia duorum arbitrorum an valeat non obſtante abſentia tertij malitioſe ſe abſentante, & de differentia inter ius ciuile, & canonicum.*
2 *Partes in compromiſſo poſſunt renunciare citationi.*
3 *Tertius diſponens ſimul cum duobus elec. an poſſit diſponere ſine citatione, aut præſentia partium.*
4 *Statutum an poſſit confirmare laudum, ſeu arbitramentum lapſu fatalium.*
5 *Citatio partis an in arbitramento requiratur.*
6 *Laudum arbitratoris præſumitur rtè, & rectè latum.*

Punctus ſtionis talis eſt. Quædam D. Pax ex vna parte, & quædam d. Flora, ex altera, compromiſerunt litem, & quæſtionem quam ſimul habebant in duos arbitros, & arbitratores, prout in compromiſſo cõtinetur. deinde iudex elegit tertium arbitrum, & arbitratorem ſecundum formam ſtatuti. qui tertius vnà cum altero de dictis arbitris, vt ſup. puta electis, laudauit & ſententiauit, prout in laudo continetur, quod compromiſſum, & electio tertij, & laudum vobis tranſmitturtur vnà cum ſtatutis facientibus ad materiam præ-
1 dictam. † Modo vertitur in dubium: quia pars Floræ prædictæ dicit laudum fuiſſe & eſſe nullum, ex eo quod non fuit præſens alius arbiter, quando duo laudauerunt. pars autem d. Pacis dixit laudum remanſiſſe in valoris firmitate, eo maxime: quia non fuit expedita quæſtio recurſus, qui factus fuit pro parte d. Floræ prædictæ ad vnum ex iudicibus poteſtatis, ſecundum formam prædicti ſtatuti, & laudum fuiſſe, & eſſe aliquod, & validum. Modo quæritur, vtrum dictum laudum remanſerit in valoris firmitate ſecundum formam prædicti ſtatuti, præſuppoſito curſu temporis 30. dierum, an d. laudum fuerit nullum, ex cauſa prædicta. & placeat conſultori aduertere ad circunſtatias in prædictis. Malitioſa, vel voluntaria vnius arbitrorũ abſentia non obſt. de iure canonico valet duorum laudum, vt in cap. vlt. de arbi. lib. 6. licet de iure ciuili aliud reſpondeatur. ff. de arbi. l. ſicuti. Sed ius ciuile habet locum de rigore, ius cano. vero de æquitate. Cum ergo hic arbitrator, qui non comparuit, fuerit ad domum requiſitus, & abfuerit, de æquitate canonica valet laudum. Sed hoc videtur falſum: quia in terris imperij debet ſeruari ius ciuile, non ius canonicum. Reſpondeo, ius canonicum diſtinguere poteſt ius ciuile, & ratione æquitatis præualet vbique locorum. Sed adhuc opponitur, quod non valeat laudum: quia nop tenuit electio tertij. Nam debet fieri partibus præſentibus vel citatis, cum de eorum præiudicio tractabatur, vt l. de vnoquòque. de re iu. † Solutio. ex forma com-
2 promiſſi patet, quod non eſt neceſſaria partium præſentia. ff. de arb. l. diem ꝓferre. §. ſi quis litigatorum. quia data eſt eis plena poteſtas, etiam vtraque pàrte præſente, & abſente. Item dictus tertius fuit rite electus: quia ſicut poteſt eligi per arbitros iudice mandante, ita & per iudicem vtroque arbitro conſentiente: quia qui conſentit, videtur eligere, arg. no. in d. l. ſicuti. & in l. ſi vnus. §. principaliter. cum ſimilib. præterea quia ſtatutum hoc diſponit aperte, tertius electus à iudice, vel à partibus: imo per ſtatutum ſufficit ſententia ſolius tertij, quia dicit, vel tertius. & ſic diſiunctiue. Et quidam etiam de iure ciuili tenẽt hoc, vt no. in dicto §. principaliter. in gloſ. parua. Sed aliud ſtatutum poſterius videtur requirere maiorem partem: tamen vtrique ſtatuto ſatisfactum eſt. Et ideo compromiſſum, & electio tertij, & laudum prædictum proculdubio valere videntur. Sed obſtare videtur quod tempore laudi partes non fuerunt præſentes, nec citatæ, nec poteſtas reperitur in hoc data tertio arbitro, ſed primis arbitris tantum. reſpondeo, iſte tertius qui fuit aſſociatus eis, videtur aſſociatus cum eadem poteſtate. & ſic prorogatur in eum poteſtas eorum, quibus coniungitur. & hæc prorogatio fit à lege, quæ dat ei authoritatem, arg. ff. de iud. l. ſi iudex. hoc tamen mihi eſt ſatis dubium: quia conceſſio perſonalis, & relaxatio iuris communis facta primis arbitris, videtur ad eos dun-

taxat reſtringi, non autem ad tertium, qui habet ptãte à l. non à partibus prorogata. ff. de arbi. l. in compromiſſis. ff. de
3 cond. & dem. l. multũ. in prin. † Sed in tertio arbitratore diſponente ſimul cum vno ex primis duobus, videtur quod non requratur citatio, vel pũtia partium, vt no. Gul. de epiſcopali audi. l. epiſcopalem. in fi. licet Pet. & Bar. notent contrarium. de verb. obl. l. ſi quis arbitratu. pro quibus. l. quod ſi nolit. §. fin. de ædil. edic. quam Bar. allegat ibi. Aut non fuit pſus, cui redderetur & c. Sed ibi quo ad facti reſtõem, non quo ad animi, & arbitri declarationem loquitur. Item vbi arbitrium factum exigit reddi-tionis, nõ ſufficit dicere, diſpliceat, ſi poſſidere placet, i. retinet, & non reddit: quia igitur natura ſui illud arbitrium debet incipere ab executione, iõ præſentia requiritur. non ob. l. ſi quis arbitratu: quia ſi arbitrator vult partium præſentiam, & non vult aliter arbitrari niſi partibus auditis, bene facit. & pars, quæ ſe ab ſentat, incidit in pœnam: quia impedit arbitrium. Conſideranda eſt ergo poteſtas arbitratoris, & eius propoſitum, poteſt, ſi vult, ſed ſi non vult, etiam ꝑt abſtinere. Vnde abſentia non ꝑt impedire poteſtatem arbitratoris. Sed eius voluntatem proba biliter impedire ꝑt: quia meritum cãrum & c. le. ſi. C. ſi per vim, vel alio modo. iſta eſt ſatis magna quæſtio. Et venio ad ſequentẽ
4 punctum. poſito, † quod arbitramentũ non valeret, nunquid confirmetur per ſtatutum propter lapſum fatalium, quo cauetur, quod ſi cauſam nullitatis infra tps certum in ſtatuto comprehenſam non fuit pars proſequuta, quod laudum remaneat in plenaria firmitate, videtur, quod non. de app. l. ſi expreſſim. Reſpondeo, quando ꝑt laudum aliquod probationib. extrinſecis iuuari, tunc ſtatutũ confirmare ipſum videtur. certe hoc eſt dubiũ, ſi ſtatutum remaneat in valoris firmitate. & iſtud verbũ remaneat, retro fuiſſe ſignificat de proprio, & ſtricto ſignificato: vt no. C. de don. ante nup. l. ſi cum ante. Si autem eſſet error, qui extrinſeca probatione non poſſit tolerari: tunc ſine dubio non firmatur: vt d. le. ſi expreſſim. in caſu autem nõ non eſt expreſſus error: ſed dicitur citationem, vel præſentiam deeſſe. Sed in hoc poſſet probari adfuiſſe. & ſic poſſet iuuari extrinſecus, vnde non eſt error expreſſus. & ſic videtur cõfirmari: quia mens ſtatuti omnem contradictionem excludit, & recurſum præclu-
5 dit, arg. de excu. tu. l. ſcire oportet. §. conſequens. † Quicquid dictum ſit, videtur concludendum, quando arbitrator eſt aſſumptus ſuper litem, quod eſt, vbi partes fuerunt præſentes in diſcuſſione, & in cauſæ meritis ventilandis, & tunc non eſt neceſſaria præſentia partium tempore arbitramenti: quia arbitrator non tenetur de ordine iudiciorũ, vt no. Inno. de iureiur. c. quin tauallis. Et iſta citatio fit in iudiciis, vt ſeruetur figura iudiciorũ: & quia tunc non valeret, niſi pars eſſet præſens, vel haberetur pro præſente, de cõfeſſis l. certũ. quia parte abſente, arbitrator autem non habet regulam iudiciorum imitari. † Itẽ videtur di-
6 cendum, ꝙ præſumatur laudum arbitratoris eſſe aliquid, & recte, & rite latum: & præſumantur omnia diſcuſſa, & bene, & ſolenniter acta: vt no. expreſſe Dy. in conſilio, quod incipit. Tholomeus Manenti. & ita conſuluit ibi Dy. Et ſi dicatur, electio tertij non habet locum in arbitratoribus. reſpondetur, verum eſt de iure communi: quia nulla lex. h. d. Sed ſecus eſt per ſtatutum, quod diſponit patiter de vtriſq;, vt in ſtatuto qualiter arbitratores & c. Ex quibus probabiliter dictum laudũ in figura arbitramẽti defendi ſẽt valere, magis q̃ in vera. & ꝓpria figura qua ſi iudicialis arbitrij. Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Per.

CONSILIVM IX.

1 *Interficiens bannitum habentem fidantiam habitandi, de qua eſt interficiens ignarus, non poteſt puniri: quia bannum habens figuram banni, licet obligatio ſit extincta ſolutione, vel abſolutione, de qua non conſtat, excuſat offendentem à pœna. & numero 4.*
2 *Statutum, quod interficientes bannitos impunes eſſe cenſeantur, circunſcribit delictum: adeo quod iudex eius per inquiſitionem procedere non poteſt.*
3 *Ignorantia iuſta, ſiue iniuſta excuſat à pœna corporali.*

Adeuidentiam. † dicendorum præmittenda ſunt quædã ſtatuta. & primo ſtatutum edirum Magnificorum dominorum de la Schala, quo cauetur, quod quicunque bannitus pro homicidio, vel alio delicto, cuius pœna ſit mors, de Ciuitate Vero. tamen intelligatur, 3 & ſit bannitus de Ciuitate Vincentiæ, & e contra. Item ſtatutũ dictæ Ciuitatis Veronæ, quo cauetur, quod banniti pro rebellione, pro homicidio, vel alio delicto, cuius pœna ſit mors, impune à quocunque poſſint offendi, & interfici: lata tamẽ prius ſententia condemnatoria vigore banni, & ante non. Item alio ſtatuto Ciuitatis Vincentiæ cauetur, quod banniti pro homicidio, vel rebellione, vel alio delicto, vbi pœna ſit mors poſſunt impune interfici, & qui interficiunt impunes eſſe cenſeantur: ſubſequuta prius ſententia condemnatoria contra dictos bannitos vigore banni, & ante non. Item alio ſtatuto Ciuitatis Vincentiæ cauetur: quod nullus credatur bannitus, niſi in libro cõmunis ſit ſcriptus nomine, & cognomine, & cum ſigno, & nomine tabellionis, nulluſque creditur extractus de banno, niſi mortificatus fuerit in libro Forbãnitorum cũ ſigno, & nomine notarij. & ordinarij officij librorum forbannitorum. Item alio ſtatuto Vincentiæ cauetur, quod quicunque aliũ fecerit interfici per pecuniam, vltimo puniatur ſupplicio. Ex prædictis ſtatutis formatus eſt talis caſus. quidam Io. tractauit in Vincẽtino diſtrictu cum Bar. & Antonio, vt dẽrent interficere quendam Henrichetum in Vincentino diſtrictu. & promiſit eis centũ libras facto dicto homicidio in perſonam dicti Henricheti, qui Henrichetus bannitus, & condẽnatus erat in cõi Veronæ pro duob. homicidijs, & duabus robarijs, q̃ Bar. & Ant. exequendo dictum tractatum, interfecerunt in Vincentino diſtricti dictum Henrichetũ. Captus eſt dictus Io. & confeſſus eſt ſe tractaſſe cũ dic. Barth. & Ant. vt dẽrent interficere dictũ Henrichetũ, & ꝙ ipſis daret centum libras pro dicto homicidio: & quod vigore dicti tractatus ꝑ dictũ Io. ordinati prædicti Bar. & Ant. interfecerunt dictum Henrichetum. Modo Poteſtas Vincentiæ pro dicto homicidio per inquiſitionem procedit contra dictũ Io. & dicit ipſum mori dẽre vigore dicti ſtatuti vltimi in ordine, quo cauet, ꝙ quicunq; alium per pecuniam fecerit interfici vltimo ſupplicio puniatur. pro defenſa dicti Ioannis. plura inducuntur. primo, ꝙ dictus Henrichetus erat bannitus, & condemnatus ꝓ homicidiis, robarijs duabus à cõi Veronæ: & ſic vigore ſtatuti Veronæ poterat impune offendi, & interfici. Item vigore edicti dictorum Magnificorũ de la Scala intelligitur bannitus, & erat de Ciuitate Vincentiæ vigore edicti coniuncto ſtatuto cõis Ciuitatis Vincentiæ, quo cauetur, bannitos ꝓ rebellione, vel homicidio & c. poſſe impune interfici, & ſic cõtra ipſum Io. aliquo mõ ꝓcedi non dẽt, & ſic per inquiſitionẽ vigore dictorũ ſtatu-
2 torũ cõis Vincentiæ, q̃ vobis tranſmitturtur. † Et maxime: quia dictum ſtatutũ dictans, ꝙ interficientes bannitos, impunes eſſe cenſeantur, circunſcribit delictũ, adeo ꝙ iudex eius per inquiſitionem procedere non põt. ꝑ no. per Iac. de Are. & Rayn. in le. 1. §. ꝙ vero. ff. de aleatorib. & facit, quod no. in le. ſi ſeruus. C. de his q̃ ad ecc. confug. ſed contra hoc objicitur, ꝙ dictus Hẽrichetus habuit ꝓmiſſionẽ, ſeu fidãtiam à quodã Magni. D. Conſignorio de la Scala, quod poſſet ſtare ſecurus in Vincẽtino diſtri. non obſtãtib. bãnis, & cõdẽnationib. q̃ hẽbat in cõi Veronæ. & ita ſtãt verba dictæ promiſſionis ſeu fidantiæ, q̃ ꝓducuntur contra ipſum Io. & contra ipſum Io. & ꝓ ipſo Io. multa hinc inde allegant, & ꝓducunt, q̃ vobis videnda diriguntur, & tranſmittũ. Modo quæritur, an dictus iudex poſſit contra dictum Io. procedere: an dictus Io. dẽa ꝓ puniri pœna ſtatuti punientis facientes alios occidi per pecunias. Quod dictũ homicidium potuit impune fieri, ac mandari, his rõnibus comprobatur. Et primo ex figura banni, quæ manet, & quæ videtur excuſare facientes. ff. d interro. act. leg. de ætate. §. ex cauſa: Secundo, quia ex quo eſt in libro bannitorum, deprehenditur eſſe in tali quaſi poſſeſſione, vnde pro tali debet haberi. Cod. de teſta. leg. 1. de ſeruis expor. Moueor tertio, ex iuſta ignorantia. Nam ad ignorantiam excuſandam idem operatur habere figuram eſſe, quod operatur verum eſſe, ſed iſtud bannum habet figuram eſſe, ergo idem operatur, ac ſi haberet verum eſſe. ſicut mandatum reuocatum, quod habet figuram eſſe, idem operatur ad excuſandum ignorantem, quod operatur non reuocatum habens verum eſſe. ff. ſi cer. pet. l. eius qui in prouincia. ff. de ſol. l. cum quis §. iuſte ignoratꝰ, quid mutatũ eſſe quod olim fuit, nec plumẽ mutatũ, niſi probetur. ff. de inſtit. l. ſi pupillus. §. proſcribere. Quarto: qa circa factum alienum, & maxime occultum præſumitur ignorantia, niſi probetur quẽ fuiſſe certificatum. ff. man. l. ſi fideiuſſor. & l. vlti. ff. pro ſuo. † Quãto: quia à pœna corporali excuſatur ignorãtia, ſiue iuſta, ſiue iniuſta. ff. de abigeis. l. j. ĩ fi. C. de plagia. l. plagij. dẽ liberali cã. l. igit. & iſta ignorantia ꝓſumitur. ff. de ꝓbat. l. verius. Sexto, de iſta quæſtione vĩ caſus. ff. de adult l. pen.

& hoc no. per Cy. C. de repudijs. l. vxor. Septimo: qa bānum, ꝙ apparet, prima facie ꝓsumit̃ esse aliquod. C. de edic. diui. Adr. tol. l. 2. & l. edicto. & ēt si dicat nullum, excusatur offendens: vt no. Dy. de acqui. poss. l. 1. §. si seruus. Octauo, qa fidātia sibi data vł expirasse per mortem cōcedentis, arg. leg. vlt ff. de pœ. & quod no. in l. 1. C. de postu. vñ apud successorem in officio talis fidantia non vł valere: quia ꝓmissio, & prohibitio facta fine cā queritare vł finita iurisdictione, & officio ꝓmittentis, vel ꝓhibentis, ar. dictarum legum. Nono, quia illud, quod est licitum facere, est licitum mandare quod fiat: vt not. ff. de vi & vi ar. l. cum fundum. & qui non potest teneri principaliter, nec secundario, vt ff. de fur. l. fullo. §. nemo. Decimo: qa generalis est ista determinatio, quod liceat bānitū occidere, nec distinguitur qualiter, vtrum ꝓ pecuniam faciendo occidi, vel quomodo. vnde nos non possumus contra generalē legis determinationem distīguere. ff. de aleato. l. 1. §. qaūt. ff. de mil. testam. l. in fraudē. §. fi. Nā cū iste bānitus sit hostis, non dī comitti dolus. ff. de dolo. leg. 1. §. non fuit. Item vnū statutū debet intelligi cū determinatione alterius. vñ statutum, ꝙ prohiber, & pœnam̃ imponit, non debet referri ad casus, in quib. reperit̃ specialiter ratio permissiua, vt ff. de leg. 1. l. quod ergo. §. hæres. & de verb. obli. l. q seruū mihi ex stipula-
4 tu. † Vltimo dico, ꝙ ita consuluerunt de facto Florentiæ ambo Iaco. But. & Bel. ꝙ bannū habens figuram banni, licet obligatio sit extincta solutione, vel absolutione, de qua non constat videti, & perlegenti bānum, excusat offendentē à pœna. Et ita teneo cum vtroque Iacobo. Et ita dico, & consulo ego Baldus.

CONSILIVM X.

1 *Quomodo probetur, quem esse usurarium manifestum: & qui, & quot testes in hoc sufficiant.*
2 *Testis se dicat, talem esse usurarium, quia sibi ad usuras mutuauit, dicitur idoneus: & probat.*
3 *Testis ad quem, secundario spectat emolumentum an sit idoneus.*
4 *Testes omnes regulariter dicuntur idonei, licet sint consanguinei, vel domestici producentis, quibus imperari non potest ratione patriæ, aut dominicæ potestatis.*
5 *Fama non inducitur per modicos, licet probetur per duos idoneos testes.*

Ego Angelus de Castelliõe Aret. Vtriusque l. D. Archipresbyter, & canonicus Paduanus, & canonicus Aretinus requisitus scribere veritatē sup articulo, cuius tenor talis est. Super lite consultat iurisperitus inter Vincētium quond. magistri Azonis de Malado, seu Huguzonem notarium, aut magistrum Bartho. Pelliparium: contra Danielē eius procuratorem, & procuratorio nomine pro ipso ex parte vna: & Pacem filium Michaelis, seu Ser Io. de Maledo notarium eius procuratorem, & procuratorio nomine pro ipso ex parte altera, vtrum dictus Pax sit, & veniat pronuntiandus publicus, & manifestus vsurarius, non obstantibus oppositis & obiectis per partem d. Pacis: an vero non veniat pronuntiādus. Et hoc visis ꝓbationibus vtriusq; partis, & oīb. actis, & actitatis
1 iter dictas partes &c. † Dico, & consulo, saluo semp consilio saniori, dictū Pacē ꝓnuntiādū, & pronuntiari debere, manifestū, & publicū vsurariū, non obstantib. oppositis, & obiectis p̃ partē d. Pacis. Et hoc dico, visis attestatiōib. testiū probatorū, & reprobatorū, ꝓductorū hincinde. præsertim vigore cuiusdā constōnis synodalis, q̃ incipit. manifestū aūt vsurariū declaram⁹, si ea parte. vbi dicit, idem esse dicendū, si ꝑ duos testes idoneos, & si sint in suis testimonijs singulares, ꝓbet vsurarius: cōtra eum tñ fama publica laborāte. Mō restat respondere ad q̃dam dubia, q̃ ex processu consurgunt, & prima facie consilio meo quæ repugnare videnť. Primū est nunq̃d ille testis dicat̃ idoneus, cū dicit, Pacem vsurarium, & pro rōne, & scientia sui dicti dicit, d. Pacē mutuasse sibi ad vsuras. Secūdum est nunquid dicatur testis idoneus qui de consanguinitate ꝓducentis existat. Tertium est nūquid fama posset per duos testes legitime probari. Circa ista dubia, licet longius possint refricari sermones, oī superfluitate explosa dicam, videre meo, veritatem simplicem, & breuiter cōcludendo. † Dico igitur ad primum, ꝙ testis, de quo agit̃, debet
2 idoneus reputari: eo ꝙ cōmodū, vel incōmodū causæ, in qua deponit principaliter, non spectat ad eum: † nec ob hoc solū, ꝙ
3 si pronuntiaretur d. Pax vsurarius in hac cā, obueneritdicto testi aliquod emolumētū, vel fieri deberet aliqua restauratio vsurarum; quia res inter alios acta &c. iura sunt vulgaria: quia non sufficit probare aliquem vsurarium, & sibi ab eo ad vsuras mutuatum, nisi probetur vsurarum solutio. & alia, de quibus, hł ꝑ doc. extra de iureiu. c. ex literis. hæc sententia probatur ꝑ Inn. extra de test. c. 3. probat tex. eo. tit. c. insuper. cum c. cum nūtius. vbi patet quod prælati, & clerici possunt esse testes in causa ecclesiæ suæ. & est rō: quia cā ecclesiæ non proprie est prælati, vel clericorum, licet secundario emolumentū sibi eueniat. Ad idē facit ꝙ hł, insti. de testa. §. legatarijs, & quod no. in Spe. de instrumentorum editione. §. postremo. alias incipit, instrumētū. ver. ꝙ de legatario. Nec ob. ꝙ notant doc. & glo. in ꝓllegato. §. legatarijs. in insti. de testīs; quia illud procedit, q̃n legatum esset tale ꝙ non deberet, nisi valeret testm̃, & testō approbato legatum necessario deberet, sed in casu nostro secus est: quia probato Pace vsurario, nihil tñ debet Benenennuto testi, nisi noua interpellatio, & probatio interuenerit, vt supradictū est. † Ad secun-
4 dum dico, ꝙ regulariter oēs testes dicuntur idonei, licet sint cō sanguinei, vel domestici producentis, quib. imperari nō potest ratione aut patriæ aut dñicæ ptātis. hic est tex 4. q. 3. ver Itē idonei. & no. doc. C. de testi. l. 3. fateor tñ, quod inter testem & producentem posset esse tanta affectio. & sine parentela, ꝙ dictum testis debilitaret̃ nec plene diceret̃ idoneus, & plene no. Hug. 3. q. 3. in summa. & Spe. in ti. de teste. §. 1. ver. Item excipitur, ꝙ ē
5 domesticus. & ver. seq. Sed in casu nostro de tanta affectione nō constat, q̃ mihi extiterit ꝑsentara. † Ad tertium dico breuiter, ꝙ licet fama nō inducatur ꝓ modicos inducta, tamē per duos idoneos testes probat, extra, de testi. c. cū literis facit. C. de bo. pos. secun. tab. l. 2. C. de fideic. l. fi. Ad idem, ꝙ no. doct. extra de iureiur. c. ad nostram. & est glo. ord. 2. q. 1. §. fi. Item no. Archid. in lectura, in c. omnibus. 2. q. 5. Et plenissime per modernos, extra de accu. c. inquisitionis. Hæc dico ego, & consulo Angelus supradictus, in cuius verū testimonium meum sigillum apposui. Et ita dico, & consulo ego Argen. dom. Rayne. Doctor.

CONSILIVM XI.

1 *Filij primi matrimonij an debeant habere plus, quam filij secundi matrim. occasione pactī quod ter secundus nomine filiorum secundi matrimonij interposuit.*
2 *Pactum factum in fauorem filiorum secundi ma. in præiudicium filiorum primi an ualeat.*

Casus talis est. Quædam Minutia olī domini Mini Iudicis de Cortonio hñs duos filios ex primo matrimonio nomine Angelū, & Ioannē, transiuit ad secunda vota, & se maritauit cuidam Ristori Benucij, à qua d. Minutia Benucius olim Vannis Ristori de Cortonio pater præfati Ristori sui sēdi viri fuit confessus se habuisse, & recepisse dante, & soluēte, & tradēte pro seipsa dotem, & noīe dotis, res, possessiones, & bona æstimata in dicto instrō dotali contenta, & confinita, q̃ D. Minutia ex d. Ristore secundo suo viro 6. filios ꝑ pereauit, & habuit. s. Robertū, Matthæū, D. Ioannam, Claram, Antoniam, & Loysiam. Deinde decessit d. Ioannes ante d. D. Minutiam eius matrē, superstite d. Angelo fratre suo. Deinde decessit d. Robertus ante mortem d. D. Minutiæ, vnus ex filijs secundi matrimonij, superstite Liota eius filia, & nepote d. D. Minutiæ, post tractum temporis decessit d. D. Minutia intestata, superstite post eam d. Angelo vnico filio ex primo matrimonio D. Matthæo, Do. Iacoba, Clara, & Antonia, Loysia, filijs dictorum Minutiæ, & Ristori ex d. secundo matrimonio procreatis, & Liota nepte & superstite d. Ristoro secundo viro ipsius D. Minutiæ. Qui Angelus dicit se debere hre medietatē dotis p̃dictæ D. Minutiæ, ex eo, quia nititur ex l. hac edict. in prin. & ex §. sequētib. in d. l. e. & ex ibi no. per gl. q̃ incipit, sed pone. alias vero incipit, primi matrimonij. q̃ lex cū ibi no. ar. ēt. §. optime. in Auth. de nuptijs. coll. 2. videntur dubiū facere in materia ista, & facere pro parte d. Angeli filij ex primo matrimonio. Ex aduerso pro parte filiorum suorum secundi matrimonij. 6. computata nepte prædicta noīe Liota, & pro parte d. Ristori secundi viri suo proprio noīe. & tanq̃ patris, & administratoris dictorū suorum, filiorū, & neptis obijcitur, & dicitur, ꝙ d. Angelus nō debet habere ex dicta dote, nisi tñ legitimam secundum numerum liberorum primi, & secundi matrimonij: obstante pacto, perd. Do. Minutiam in dicto instrō dotali in fauorem filiorum secundi matrimonij, quo actum fuit, ꝙ si contingeret d. Do. Minutiam præmori d. Ristorio suo viro, filio, vel filijs ex ipsis ambobus cōiter descendentib. & extantib. vel extante, ad dictam restitutionem dictæ dotis non teneatur: sed sit, & esse dēat prædictorū filiorū nascīturorū, vel filiæ, siue filij. Item obiicitur, ꝙ ad dictā dotem, & bona

& bona d. D. Minutiæ, saltem æqualiter, & pro numero liberorum tam secundi, quàm primi matrimonij succeditur. non ob. d. l. hac edictali. & ibi notatis. & non ob. d. §. optime. vt est casus expressus in Auth. de nuptijs. §. nec illud quoq;. ibi, ex qua & simili diuisi. &c. Item ꝙ d. Angelus tm̃ legitimā hr̃e dēat, & non vltra, obstante dicto pacto vł tex. in Auth. de nup. circa fin. §. illud. collatio. 4. licet ibi consuetudo aliud dicat. Modo quæritur, & reuocatur in dubium, viso dicto puncto, & contentis in eo, & viso dicto instrō dotali d. D. Minutiæ, & pacto conuentionis in eo contentæ: & ipso instrō diligenter inspecto in qualibet parte sui, & considerato numero liberorum primi, & secundi matrimonij: an d. Angelus filius d. Minutię, & ex primo matrimonio succedat in dicta dote in 7. parte, vel dimidia, vel tantum dēat hr̃e legitimam in dicta dote, considerato numero liberorum secundi matrimonij, & primi. Item in quarta succedant parte filij 6. ex secundo matrimonio in dicta dote. Et an d. Ristorus secundus vir possit inuito d. Angelo hr̃e vsum fructum in vita sua, de portione, si qua contingeret d. Angelo de d. dote. Et respondet ad l. hac edictali. & auth. ad eos. C. eo. & in cor. vnde sumitur. & ad ibi no. vbi vł dici, ꝙ ad solos filios primi matrimonij, ꝙ vltra datū est, q̃ filijs secundi matrimonij pertinet. & per eos reuocat̃ tanquam non scriptum, & tanquam non datū, nec cōcessum, ꝙ videt̃ mirum, si hoc verum esset. & per consequens filij secundi mr̃imonij in d. dote, saltē æqualiter pro numero liberorum simul cū d. Angelo non succederēt: cum d. D. Minutia id totū, ꝙ
1 tempore secundi matrimonij dicti habebat in dotē, cōcesserit d. Ristoro. placeat videre, & cōsulere, vt alias consuluistis in isto pūcto. Qō erit de trib. † Primò, an filij primi matrimonij dēant hr̃e plus q̃ filij secundi matrimonij occasione pacti, ꝙ vir secūdus noīe liberorū secundi matrimonij interposuit, vt sic pactū pro secundis liberis appositum retorqueatur in ipsos. Ad quod quidam non intelligentes nituntˊper glo. l. hac edictali in glo. q̃ incipit. Sed pone. & volunt dicere, ꝙ duo filij primi matrimonij, vel ēt vnus tm̃ hēat tm̃, quantum decem ex secundo matrimonio: quia illa glo. dicit, ꝙ filij secundi matrimonij reuocant dimidiam datorum. Sed certe illa gl. nihil facit ad qōnem nostram: quia loquitur in casu, vbi pactum de lucrando collatum in secundum virum pro seipso, & non sub commemoratione liberorum secundi matrimonij. vnde si extant liberi primi matrimonij, & ex secundo matrimonio nulli extant filij, sed solus secundus maritus superuiuit vxori, tunc merito filij primi matrimonij reuocant, vt sint æquales cū secundo viro, quod est sic in telligēdū. s. ꝙ quilibet filiorum tantum dēat hēre, quantum secundus vir. Non aūt est intelligēdum, ꝙ solū vir dēat hr̃e vnā dimidiā, & oēs filij aliam dimidiā: qa tūc esset expresse contra intellectū legis, hac edictali. Si ergo illa gl. intelligeret̃ in nostro casu, sequeretur, ꝙ vnicus filius primi matrimonij tm̃ hr̃et, quā tum oēs filij secundi matrimonij, quod non est verū: qa de secūdo mr̃imonio lex loquit̃, non de liberis eius, nec de lucris liberorū: similiter dicit gl. ff. so. ma. l. si vero. §. de viro. Et ꝙ non loquit̃ de filijs secundi mr̃imonij, videlicet ꝙ liberi primi mr̃imonij essent meliores, q̃ liberi secūdi mr̃imonij. patet in Auth. de nup. §. nec illud quoq; nobis relinquēdū est &c. & ibi no. in gl. no. eā &c. nisi dicat, ꝙ ꝓpria ipsius mulieris bona, & dos liberis ex vtroq; mr̃imonio relictis æqualiter ab intestato iter oēs diuidant̃, vbi dos ē data, simpliciter dicere, ammodo ꝙ deterior sit cā liberorū sēdi mr̃imonij ex eo, ꝙ alias pł, & mr̃ eis magis ꝓspexerint, est absurdum: quia pactum, quod in eorū fauorē fuit or-
2 dinatum, nō dēt in eorū læsionē retorqueri. vt C. de sēdis nup. l. gnaliter. §. in his. in rōne lr̃æ. † Scdo q̃r in dicto puncto, nunquid dicta dos non obstante pacto p̃dicto de lucrando, & retinēdo ꝓ liberis sēdi mr̃imonij dēat diuidi inter oēs primi, & sēdi mr̃imonij mulieris. Et in hoc pūcto cōsuluerunt quidā, ꝙ dēret fieri diuisio virilis, & sic pactum nihil hēbat operari. ꝙ consiliū mihi non vł verū: quia in l. hac edictali. pactū aliquid operatur. aut. n. dicemus, ꝙ sit pactū effectualiter viri, & reducitur vir ad virilem portionē. & sic fiet diuisio de residuo iter oēs liberos tā primi mr̃imonij, q̃ secundi. est ridiculum istud: quia nulla. l. cauet̃, aut oporteret dici, ꝙ filij secundi mr̃imonij nihil hēret de dote mr̃is ex eorū persona, neq; tanq̃ hr̃des matris. Sed fiet diuisio solū inter maritū, & filios primi mr̃imonij. & istud est falsissimū: qa pactū de retinendo fauore liberorum sēdi matrimonij appositū nō dēt operari cōtrariū, vt dictū est. Si vero dicamus ꝙ istud nō sit pactū viri in effectu, sed interpretet̃ esse pactū ipsorum liberorū sēdi mr̃imonij, vt quēadmodū pł pōt stipulari filijs natis, ita possit & nascituris: tūc nulla. l. cauet̃, ꝙ tale pactū nō valeat: quia lex, hac edictali. loquit̃ de pacto viri, nō de pacto liberorū, qb. ipsa mr̃ ꝑt plene ꝓuidere, si vult. vt ī Auc. de nup. §. pe. Et ioō testat cōclusio ad tertiū pactum, videlicet an filij primi mr̃imonij dēant hr̃e solā legitimā. ꝙ verū credo. & ita consului, & consulo. Nam donatio p̃dicta nō vł descēdere de vxore ī maritū, sed à mr̃e in filios: licet ministerio mariti, saltē quo ad ꝓprietatē, q̃ i aduētitijs nō pōt q̃ri marito. Maritus ergo hēt retē. nō ꝓ se, sed ꝓ liberis: quia valet donatio, sicut quilibet alius extraneus esset, ꝓ ipsis liberis stipulatus, nec̃ video rōnē, quare pł nō possit stipulari cōtēplatione, qua & extraneus posset. imo multomagis dēt ꝓmitti patri, q̃ extraneo. vt ff. de verb. obl. l. quodcūq. §. fi quis ita. Cū igit̃ donatio facta marito valeat, filij primi mr̃imonij non dēnt hr̃e nisi solā legitimā. C. de inof. test. auth. vnde si parens. Non obst. l. hac edictali. in quantum loquitur de interposita persona: qa loquitur, vbi marius interponitalium pro se. Sed hic q̃n interponit se pro alio, non figuraliter, sed effectualiter. Item non obst. in Auth. de nup. §. optime: quia ibi ꝓ alio maritus recipiebat, hic non recipiebat ꝓ alio. Itē nō ob. ꝙ videat̃ ꝑfectitium: quia ridiculū est dicere, ꝙ dos, quā lucrātur liberi ex pacto patris, sit ꝓfectitia: quia non auferūt ea tanq̃ de manibus patris, neq; patris contemplatione, sed nudo eius ministerio tātum interueniente. vt ff. de iure dotium. l. mulier. ita enim debet pactum interpretari, vt ei quæratur, cui de iure pōt queri. non autem debet interpretari eum vitio. ff. de verb. obli. le. si ita stipulatus. §. Grisogonus. Item non ob. ff. de fal. le. de eo. quia ibi si valent cum effectu, actus acquirerentur cum effectu personæ prohibitæ, sed hic non acquiritur alicui personæ prohibitæ, sed permissæ. Et ita notabiliter teneo: non obstante quod quidam doctor Bon. tanquam fatuus dixerit, quod istud consilium erat contra. le. hac edictali. & respondeat per ludus tanquam ioculator. Et ꝓdicta sunt vera, nisi istud pactum intelligeretur, ꝓ filijs, tanquam pro hæredibus mulieris: quia omnes liberi primi, & secundi matrimonij viriliter succederent: vt ff. d verb. obl. l. continuus. § præterea. & ista opi. esset satis tolerabilior, q̃ alia opinio, q̃ refert se ad l. hac edictali. quia illa nullo modo potest sustineri. Ego Baldus.

CONSILIVM XII.

1 *Patrui appellatione an contineatur patruus magnus in statutis.*
2 *Fratres patrueles qui dicantur.*
3 *Pupillus an dicatur decedere ab intestato in materia iuris communi contraria.*
4 *Aliud est esse talem, & aliud haberi pro tali.*
5 *In statutis statur communi usus loquendi.*

Casus talis est, Statuto Ciuitatis Castelli cauetur ꝙ filio decedenti ab intestato mater non succedat extātibus filijs defuncti, fratribus, vel fratre, nepote, vel nepotibus ex fratre, patruo, vel patruis &c. Modo quidam Stephanus Arducij Bonasij ab intestato decessit superstitibus duobus filijs, vno masculo, & alia fœmina infantibus. deinde decesserūt dicti filij in ætate infantili, hæreditate patris non adita, superstitibus coniunctis infra scriptis, videlicet Omdedeo filio Bonasij prædicti, Vnando filio Vannis Bonasij prædicti, & Sabatino filio Martini Bonasij prædicti. Quæritur, cui hæreditas dicti Stephani de iure deferatur. Si mr̃ non extat, vel extat: sed ei obstat non petijsse tutorem dictis pupillis, succedat de iure communi dictus Omdedeus, tanq̃ proximior. Sed si mater extat, & habilis est succedere, non est dubium, quod mater succedit de iure cōi, vt in Auth. de hæred. ab intest. §. 1. & §. ex his. & in authentica. defuncto. cum similibus. Sed modo remanet dubium propter statutum. Et istud dubium habet duo capita. Primum, an iste patruus magnus cōtineatur appellatione patrui, in materia istius
1 statuti. Secundum est, an pupillus dicatur decedere ab intestato, in materia ista iuris cōi contraria. † Quo ad primum vł dicēdū, ꝙ licet frater carnalis aut istorū pupillorū sit eis patruus magn⁹: qa dicit sic tex. patru⁹ magn⁹ est frater aui. ff. de gradi. l. iurisc̃onsult. §. quarto gradu. & institut. de gradi. tñ nihilominus simpliciter, plato vocabulo cōprehendit: qa ꝙ indefinite dī, gnaliter dēt intelligi, vt in l. in fraudē. §. fi. de. mili. test. & l. gnaliter. & lega. ꝑstan. cum simi. Et audio, ꝙ quidam consuluerunt, & reportauerunt

portauerunt consilium de Bononia. Ego teneo, q verbũ, quod nullo addito dr, significet proximum patruelitatis gradum. i. illum patruum, q est in tertio gradu. Hos enim proprie, & simpliciter patruos vocamus. sed patruum, qui est in quarto gradu, non appellamus patruum, nisi cum adiectione: quia vocamus eum patruum magnum: vt d.l. iuris cõsl. §. tertio gradu. & iõ intelligendo p prius, & simpliciter, opinio mea est vera. & qui cõtrarium dicunt, statutum ex suo ingenio contra iustitiam extẽdunt. Adijcere. n. extendere est. & ideo iste Omdedeus non excludit matrem p dictã quia non est patruus primus, sed patruus magnus. Item id, quod statutum dicit, patruus, sine Zius paternus. i. frater patris, non Zius patris: Sic enim loquitur dictus. §. Si enim exponeret Zius paternus. i. Zius patris, iste bene esset de numero, sed sicut auus paternus est dicere, pater patris, & nõ auus patris: ita Zius paternus est dicere. i. frater patris, non patruus patris: vt d. §. tertio gradu. Fratres etiam patrueles hic nõ
2 sunt: † quia hi proprie sunt fratres patrueles, qui nati sunt ex duob. germanis. & sic sunt in quarto gradu. Sed isti Brandus, & Sabatinus sunt in quinto: quia eorum patres erant in quarto gradu secundum leges. Mater ergo viderimeo fouet iustitiã ex
3 isto capite. Sed posito, q hoc non esset † dico, q statutum, q excludit matrem à iure suo à successione intestati, est tanquam irrationabile, & per hoc etiam odiosum reputatur: & non habet locum, quando filius decedit intestabilis. puta, pupillus, & furiosus: qa it estat⁹, & intestabilis differũt. Nã nullus intestabilis est it estatus proprie loquendo: sed lex interpretat ẽt pupillũ in testatum: quia facit exitum intestati. l. r. §. j. de suis & legi. sed illud verum, vbi agitur de inducendo rõnabili fauore. Sed vbi tractatur de irrationabili, & dura exclusione, & maxi. in statuto, non est à ꝓpria significatione recedendum, secundum Pe. Gul. de Cu. & Ray. solus Bar. dicit contrariũ, ex cõi vsu loquendi. sed de isto vsu cõi cum sit facti, non dẽt sibi credi. Nam facta ẽt peritissimos fallunt. sed ipse dicit, q ibi est tex. de isto cõi vsu loquẽdi. sed salua sua reuerentia, hoc non dr ibi. & dicti illustres doc. qui dicunt ibi esse casum, ꝓ se fuissent multum fatui, q est stultũ dicere de tantis viris. & licet ibi dicat, q est cã, q talis sit cõis vsus loquendi in d. §. r. in ver. ꝓ intestatis. & in verbo creditur: tñ hoc non est verum: quia ille. §. nec in tex. nec in glo. loquitur de interpretatione vulgi, sed loquitur de interpretatione iurisc õsulti, q̃ ꝓcedit ibi pro tanto: quia ibi tractatur de rõnabili fauore, hic vero de irrationabili odio. nam excludere mr̃em à debita successione, vbi naturæ debitum soluitur, magis q̃ lucrũ captat: vt C. de codicil. l. fi. §. pe. & C. de imponẽ. lucra. descr. vltra medium, istud dr esse odium. & dato q non esset odium principaliter, & simpliciter, est odium secundum qd. & iõ restringendũ, vt d. l. cum quida m. de lib. & posthu. & le. maximũ vitiũ. de libe.
4 ꝓte. Nec obst. tex. dum dicit, q isti habentur ꝓ intestato. † Nam aliud est esse talis, aliud hẽri ꝓ tali. vt not. de verb. signifi. l. mercis. & in statu. sufficit haberi pro tali, nisi sit talis, qualem statutum requirit: vt ff. de neg. ge. l. 3. §. hæc verba. Item ille ablatiuus ab intestato. positus in conditione significat veram existentiam terminorum non fictam, saltem in statutis, & odijs, in quib. requiritur conditiones adimpleri formaliter: vt ff. de cond, & demonst. l. Mæuius. vnde de primo ad vltimum concludendo: qa casus improprius non hẽt locum in statutis: cum iste dicatur ꝓprie intestatus, statutum mr̃is exclusiuum non vendicat sibi
5 locum, sed stamus iuri cõi. † bene tñ confiteor, q si ꝓbaretur de consuetudine, seu de cõi vsu loquendi, videlicet, q intestatus vulgo diceretur, oĩs ẽt intestabilis. de verb. sig. l. anniculus. & l. vt Alphenus. & l. tuguri. ff. de sup. leg. l. j. in fi. de fun. inst. l. cũ lanionis. §. afinã. & de leg. 3. l. librorũ. §. q tñ Cassius: tñ durum est probare, q vulgus interpretet hos sermones, quorum distinct. & intelligentia in idiotis non cadit. & ita consului inhærendo opinioni multorum, sed non vnius tantum: quia illi, qui istã partem tenuerunt, fuerunt plures. Ego Baldus.

CONSILIVM XIII.

1 *Appellatione filiorum ex suo corpore natorum continentur nepotes nati ex filio, vel filia.*
2 *Haec conditio si sine filijs decesserit, qualiter exponatur.*
3 *Filius filia dicitur ex corpore sui.*

1 Punctus † talis est. Quidã testator habens ffem suũ condidit testamentũ suũ, in quo post hæredis institutionẽ, & alia plura legata, huic suo fratri legauit quasdam possessiones, & iussit, voluit, & mandauit per fideicõmissũ, quod qñcũq; dictus frater decederet sine filijs ltimis ex suo corpore natis, q prædicta bona restituantur quibusdam personis. Modo contingit, q iste testator decessit superstite fratre legatario, qui frater legatarius postea moritur, relictis duob. nepotib. ex filia. Modo quæritur, an dictæ possessiones deuenire debeãt ad dictas personas fideicom. an vero remanere debeant penes
2 nepotes prædictos d. fratris legatarij &c. † Hæc condõ, si sine filijs decesserit, inserta fratri, vel alij ltimo successori, exponitur pCæuolã. i. si sine liberis decesserit. & hoc ex larga significatione vocabuli, & ex mente defuncti. ff. de hære. insti. l. Lucius. Et ideo filius filiæ substitutum excludit: quia continetur noĩe liberorum. C. de con. infer. l. r. ff. de excu. tu. l. 2. §. auxiliantur. de ver. sign. l. liberorum. & ibi hoc tenet Bar. & dicit, q est casus in d. l.
3 Lucius, nec ob. illa verba, ex suo corpore natis. † nam cum filia sit nata ex suo corpore, per cõsequẽs ẽt filius filię pars sui corporis est, licet non sit in eius ptãte: tñ in substitutionib. non magis ptãtem, q̃ affectionem naturalem inspicimus. ff. ad Treb. leg. ex facto. § . si quis rogatus. sed in dispõne affirmatiua, si lego filijs fratris mei, vtrum includant nepotes, si filij non supersint, tractatur in l. Gallus. §. institutiõs. p An. de Py. Cy. & Bar. & est rõ in condõne: quia ibi agitur de aliqua prælatione personarum, q̃ę sit secundum ordinem charitatis naturalis. sed vbi simpliciter disponitur, ibi non cadit comparatio personarum. C. de institu. & substitu. l. generaliter,

CONSILIVM XIIII.

1 *Appellatione posthumi, seu futuri partus, in singulari, cõtinetur quicunq; partus postea nascituros, vt sic testamentum non rumpatur.*
2 *Clausula codicillaris quid operetur, vbi testamentum est nullum ratione praeteritionis.*

Punctus talis est. Quidam nomine Iacobus Putij de Assisio, hñs filium suum Stephanum, & vxorem prægnantem nomine Fina, fecit testm̃, in quo inter cætera sic disposuit. In omnibus aũt alijs suis bonis mobilibus, & immobilib. &c. sibi hæredem vniuersalem instituit Stephanũ suũ filium legitimum, & naturalem, & futurum partum nasciturũ ex dicto testatore, & dicta eius vxore, si masculus erit, & ad lucẽ peruenerit æquis portionibus. Si aũt partus erit fœmina, relict sibi pro dotib. ac iure inst. 200. lib. dena. & si omnes dicti sui filij hęredes vniuersales decesserint infra pupillarem ætatem, vel postea quandocunq; sine legitimis filijs ex se natis, quod omnia bona dictæ hæreditatis remaneant, & deuenire voluit, & mandauit pleno iure Cichelo Simonis. & sic dicto casu veniente in omnib. suis bonis vniuersalem eius hæredem substituit. post q testamentum nata fuit quædam filia ex dicta Fina eius vxore. Itẽ post tpa dicta eius vxor peperit aliam filiam. post tpa viuente dicto testatore decesserunt in pupillari ætate prædictus Stephanus filius masculus, & dicta filia primo nata. post prædicta d. testator decesset, superstite d. vltima filia. & d. Fina eius vxore. Quæritur modo vtrum dictum testamentum sit ruptum nariuitate
1 secundæ filiæ, quæ modo viuit, quasi videatur alias præterita, cũ d. dispõ de partu nasciturο loquatur in singulari, vel an comprehendat quoscunque partus nascituros post dictum conditum testamentum. posito pro constanti, q d. Fina tpe testamẽti erat prægnans. Itẽ quæritur, cui debeatur dicta hæreditas, an dictæ suæ filiæ vltimæ natæ, an hẽdi substituto in testõ. † Passus iste dubius est, dicendo posthumum hæredem. Nam quandoq; testator loquitur indefinite, instituo, & tunc de oĩ posthumo intelligitur. ff. de lib. & posth. l. placet. Non ob. q loquitur in singulari numero: quia singularis nominis appellatiui, & generalis comprehendit plurale. de ver. sig. lege in vsu iuris. ad hoc bene facit. ff. de te. tut. l. si quis ita. §. si quis filio. Quandoq; testor loquitur determinate, restringendo se ad posthumum, qui tũc in vtero est. vt dicẽdo instituo hẽdem posthumũ, qui est in vtero, tunc alius non continet, nisi ille. Ideo alij essent præteriti. de li. & post. l. Titius. §. 1. Quandoq; dubitatur, & tunc aut dispositũ circa posthumum põt rõnabili interpretatione referri ad quẽlibet, vt cum dico simpliciter, posthumum hæredem instituo, tunc omnes comprehendit, vt d. §. si quis filio. aut non põt referri ad omnes sine iniuria, vel detractione, & diminutione certi, & taxati relicti, vt est in casu nostro: quia 10. filiab. natis esset dictum, quod inter omnes haberẽt 200. li. de duob. reis. l. reos. §. fi. q non fuit de mente testoris. & ideo vr potius dicendum, hãc secundam posthumã fuisse præteritã: quia 200. lib. taxatiue

fuerunt

fuerunt relictæ primæ posthumę, & huic secundę nihil. ad hoc, arg ff. ad Treb. l. Iulius Phebus. ibi verbum, eum, comprehendit vnum: quia est singularis numeri. Sed verbum, eos, comprehendit plures: quia est pluralis numeri. vt ibi dicitur. & facit. ff.
2 de leg. 1. l. qui filiabus. in princip. & §. 1. cum similib. † Ex quibus concluditur, dictum testamentum ratione præteritionis non valere. tamen propter clausulam codicillarem debent restitui per posthumum substit. hæredib. deducta legitima Trebell. c. Ray. & cap. Ray. nam ista clausula codicillaris habet vigorem, etiam in præteritione posthumi, si testator istam clausulam iniecit, id est, inseruit, liberis. secus si extraneo: quia testator non habebat aliquos liberos. ff. de fideicommiss. lib. l. generaliter. §. ex testamento.

CONSILIVM XV.

1 *Quot testes requirantur ad reprobationem testamenti, quot ad declarationem, quot ad dispositionem, sed dispositi limitationem.*

Casus talis est. Andreas fecit testamentum, in quo inter cætera prælegauit vxori suæ certas res pure, & simpliciter, & eam in tertia bonorum suorum fecit hæredem. In alis duabus partibus duos alios consanguineos ipsius testatoris hæredes instituit. Mortuo d. Andrea testatore, dicta vxor petit à cohæredibus suis dictas res sibi prælegatas, & certa alia bona paraphernalia, quæ peruenerunt ad dictum Andreæam quondam suum maritum. opponunt cohæredes, & dicunt, q dictus testator prælegauit sibi dictas res in compensationem dictorum bonorum paraphernalium. & ad hoc probandum induxerunt magistrum Iacobum notarium, qui scripsit dictum testamentum, & qui testificando dicit, quod antequam testes vocarentur, & antequam dictum testamentum rogaretur, coram dictis testibus bene p duas horas dictus testator dixit, præsente dicto notario vxori suæ, quod relinquebat sibi dictas res in recompensationem bonorum paraphernalium. item induxerunt vnum ex testibus præscriptis in testamẽto vocatũ Vannem, qui dixit se non interfuisse illo testamento. item inducũt vnum alium testem, non de numero testium scriptorum in testamento vocatum Landum, qui testificando dixit, se audiuisse dictum testatorem dicere post confectum testamentum, quod relinquebat vxori suæ dictas res, & volebat eam esse contẽtam de dictis rebus. Modo quæritur, an isti testes reddant dictum testamentum suspectum, vel habeant aliquid probare, vel habent inducere aliquam suspicionem contra dictum testamentum, & quid iuris, Viso testamento prædicto, & visis attestatio-
1 nibus dictorum testium. † Quandoque testes volunt probare contra dictum testam. ad eius enerationem, quandoque ad inducendum suspicionem. Et isti casus determinantur in l. 1. in fin. quemadmodum testamen. ape. Quandoque testes volunt probare vltra scripturam testamenti, & tunc interdum volunt probare ad declarationem, & tunc sufficiunt duo testes. ff. de testamen. l. hæredes palam. §. sed si notam. Interdum ad nouam dispositionem, vel dispositi nouam limitationem. Tunc si deponunt super testamento, requiruntur septem testes rogati. l. cum proponeretur. de legat. 2. Cum igitur testes, de quibus quæritur, non sunt legitimi numero, ac etiam Vannes descriptus in testamento dicat se non fuisse præsentem, & reuera interfuit testamento, merito sibi non creditur. Item Landus est singularis in dicta ratione temporis: quia dicit, quod post confectionem testamenti. Et magister Iacobus dicit, quod ante per duas horas, & sunt sic singulares, & contrarij. & ideo creditur neutri, de testi. extra, c. cum tu filij. Ad aliam quæstionem respondeo, quod illa verba, & hoc totum, referuntur ad omnia præmissa. l. talis scriptura. de leg. 1. & c. Ego Baldus.

CONSILIVM XVI.

1 *Statutum, quod non possit cognosci de adulterio, stupro, vel incestu, extenditur etiam ad attentatum.*

Punctus talis est. Statuto cauetur q de adulterio, stupro, vel incestu non possit cognosci, vel inquiri, nisi ad accusationem porrectam per certas personas coniunctas, numeratas in dicto statuto. Modo syndicus villæ tertia persona, non de contentis, & numeratis in dicto statuto, denuntiauit curię quendam Titium de attentatu, causa carnaliter
1 cognoscendi quandã monialem. † Quæritur nunquid super dicta denunciatione debeat procedi, vel possit. Si non potest inquiri de incestu vel stupro cõsummato, multo minus potest inquiri de eo attentato. cũ. n. attentatũ fingat cõsummatum, quò ad impositionẽ pœnæ, vt l. si qs nõ dicã rapere. C. de epis. & cle. merito illud quod nõ est licitũ i veris terminis, nõ licet in fictis: quia nõ debet plus operari fictio, vel similitudo, quàm veritas. ff. si cert. pet. l. filius. Non obst. q hic vr esse cõmissum sacrilegium violando, & aggrediẽdo, vt l. si quis in hoc genus. quia iste ingressus confunditur cum ipsa attentatione, ff. de fur. l. verum. facit, quod no. C. de accus. l. qui de crimine. & si non potest inquiri de principali, non potest inquiri de eo, quod cum principali confunditur: quia à quo remouetur principale, remouetur accessorium: vt ff. de iniuriis. l. non solum. §. ego autem. Cum moniali autem siue stuprum dicatur, siue incestus, siue adulterium, non facit, nec refert, quia statutum omnes istos expresse dinumerat. Ego Baldus.

CONSILIVM XVII.

1 *Aditio hæreditatis non inducitur ex assertione, qua quis affirmat rem ad se titulo iusto, vel ex causa legitima aspectare vel pertinere.*
2 *Actus dubius, & generalis recipit interpretationem per actum praecedentem, & sequentem.*

Anno Domini 1364. indictio. secunda, &c. Quædã domina Isa quondam Bernardelli, & vxor Iaconelli domini Nicolæ de Perusio portæ S. Susannæ, & paro. S. Seueri, omni modo, via, iure, & forma, quibus melius potuit, fecit, constituit, & ordinauit dictum Iaconellum suum verum, & legitimum proc. factorẽ, actorem, & nunciũ specialem ad ꝓtestandum, & protestationẽ faciendum manu publici notarij, dominæ Nesuscię quondam Bernardelli de porta Ebur. & por. S. Bartholomæi, q nullam nouitatem faciat, nec fieri faciat in infrascriptis petiis terræ, quæ remanserunt in hæreditate Io. Bernardelli, fratris carnalis dictæ dominæ Isæ: & in eis non deuastet, nec deuastari faciat aliquam rem, vel arbores in ipsis existentes, cum dictæ petiæ terræ pertineãt ad dictam do. Isam ex titulo iusto, & legitima causa, vt asseruit. in primis in vna petia terræ posita, &c. Deinde dicta do. Isa. declarauit, dixit, & protestata fuit, se nolle esse hæredem dicti Io. sed ipsam hæreditatem potius repudiabar, &c. Modo quæritur, an per dicta verba contenta in dicto procuratorio, cum dicunt, q infrascriptæ petiæ terræ pertineant ad dictam dominam Isam ex iusto titulo, & legitima causa, vt asseruit, videatur hæreditas adiri, nec ne. & nunquid protestatio postea sequens de repu-
1 diando aliquid operetur. † Satis est dubium, nunquid illa verba, quæ sunt in procuratorio dicta, inducant adi. hæred. & videtur, q sic, quia asserendo ex iusto, & legitimo titulo, & causa, ex quo de alio titulo non apparet, videtur præsumi ex titu. præcedenti, scilicet ex titulo, pro hærede. Nam talis erat protestans, qui poterat etiam esse hæres d. Io. C. de acquir. possess. l. minus instructus. ff. de rei vend. l. quædam mulier. & l. si à te. si seruiven. cum si. Certum est enim, q ex ꝓtestatione præsumitur animus, qualis ex ꝓtestatione colligi potest. de acq. hær. l. ꝓ hærede. §. 1. de reli. l. at si quis. §. plerique. & non videtur posse iustificari ista protestatio citra nomen, & ius hæredis, ergo, &c. ff. de acq. hær. l. pro hærede. §. Papa. In contrarium videtur, q vbi nulla causa ſpecificat, ꝓtestatio est incerta, & protestans poterit declarare, sed non hæres eius. ff. de rei vend. l. Idem Pompo. scribit, si frumentum. §. vlt. quia ad iudicium refertur ista antiquitas, & sic non obst. de lega. 1. l. si quis à filio. §. 1. & quod not. Bartol. de acquiren. hæredit. l. gerit. ratione ergo incertitudinis non inducitur aditio hæredi. quia non constat, quod animo adeundi hæreditatẽ. Non ob. l. minus instructus. quia ibi præcesserat animus; & voluntas in tit. acquirendo, & ideo ât in possidendo præsumitur. hic nec animus præcesserit, nec de possessio-
2 ne constat. † Præterea, vt dixi, actus dubius, & generalis recipit interpretationem per actum præcedentẽ, & sequentem. de leg. 1. l. si seruus pluriũ. §. vl. ff. de test. l. hęredes palã. §. sed si notã. sed ista mulier postea dixit & declarauit se nolle esse hęr. quę declaratio trahitur etiam ad procuratorium, & protestationem: vt non fuerit facta animo eſſendi hęres. Nam posteriora ſpecialia, detrahunt generalibus, vt in c. generi. Item con. si statur protestationi, & repudiationi. C. de repud. hæred. l. suus. & ff. de inter. ac. l. si filius. el 1. Quapropter ex mente dubia, principio declarata postea negatiue, debemus dicere, quod non præsumatur à principio fuisse animus adeundi. & quod illa verba, ex iusto titulo & causa, non fuerunt prolata per respectum

tituli

tituli pro hrde,sed alterius, de quo non incumbit probatio , qa sufficit,q̃ sit possibilis.ad excludendum enim aditionẽ sufficit, q̃ non constat nobis qua mente verba protulerit à prin. ex quo postea non esse hæredem asseruit,& declarauit: cum suæ declarationi sit standũ.l.pro hærede.§.1.de acq.hær.per Iaco.de Are. & per Bart.in d.l.gerit. Voluntas enim,quæ est declaratio mentis ad aliquid amplectendum,vel respuendum , non apparet ex principio;quia verba fuerunt incerta. sed ex ipsa repudiatione manifeste constat de mente: ergo &c.de verb.obli.l.continuus. §.cum ita.Ego Baldus.

CONSILIVM XVIII.

1 *Renuntiatio , seu refutatio facta inuicem inter duos fratres in diuisione bonorum,an faciat cẽseri fideicommissum esse remissum.*
2 *Liberatio est quadam priuatio: & non refertur ad id, quod est in habitu: sed ad id,quod est in actu.*
3 *De intellect.qui Roma.§.duo fratres.ff.de verb.obli.*

Nobilis vir Vannes Procardi de Eugubio condidit testũ,in quo inter cætera sic disposuit.in oibus aũt suis bonis mobilibus, & ĩmobilib.iuribꝰ, & act.vbicunque sunt,&reperiri possunt,Petratiũ, & Corradũ suos filios,p̃ duabus partib.vniuersales hæredes instituit,& Iac.& Io.filios Pauli filij sui pro tertia parte hrdes vniuersales instituit. & si aliquis dictorũ hrdũ decederet sine filijs ex se natis de legitimo mrimonio, q̃ dicta hæreditas tota deueniat in superuiuentes & superuiuentẽ.& q̃ de hrditate d.Iac.& Io.ad manus Nesolũ vxoris oli Pauli,& matris dictorũ Iaco. & Io.aliquid peruenire nõ possit. Et si supradicti hrdes oẽs decederẽt sine filijs,vt dictũ est,q̃ tota hæreditas deueniat in certas alias p̃sonas.Mõ mortuo testatore moritur Petrutius sine filijs. Mõ Corradus Vãnis. & d. Iaco. & Io.venerũt ad diuisionẽ dictorũ bonorũ & hæreditatis, & vnus alteri,& alter alteri ad inuicẽ fecerũt finẽ , & refutationẽ, & quetationẽ de parte,seu portione alteri partiũ obuenięti in partẽ; necnon promiserunt inter se vicissim, vnus alteri, & alter alteri adinuicẽ,soléni stipula.hincinde interueniente, litẽ, vel cõtroversiã de reb.obuẽtis in partẽ alteri vllo tpe non inferre,nec in ferẽti cõsentire. Sed p̃dicta oĩa , & singula firma , & rata hrẽ,& tenere,attẽdere,& obseruare,& non contrafacere , vel venire, aliqua occasione,vel cã sub pœna dupli, & æstima. dictarũ rerũ stipu.hincinde soléniter p̃missa;& refectione dãnorũ &c. q̃ oẽs cõtrahẽtes supradicti,& quilibet ipsorũ iurauerũt ad sancta dei Euãgelia tactis scriptis,prædicta oĩa firma, & rata tenere,& hrẽ &c.Mõ q̃ritur, nunquid per istã diuisionẽ, & istam refutationẽ inuicẽ factam videatur sublatum , & remissum ius fideicõmissi futurum,vel non: & nunquid istæ promissiones in dicta diuisione factæ dicto fideicõmisso futuro in aliquo habeãt præiudicare &c. † Nunquid quia refutauerũt inuicẽ per hoc sit sublatũ, & remissum ius fideicommissi futurum.& videtur q̃ sic: qa nõ est statum in finibus simplicis diuisionis,sed processum vlterius ad refutationem, q̃ valet ẽt super iure futuro: vt l.1.C. de pactis. præsupposita ergo scientia testamẽti, videtur remissa spes fideicõmissi.C.de transac.in l.fideicõmisso.iuxta no.perDy.in §.duo fratres. Ad hoc ẽt videntur se extendere illa , vllo tempore non inferre, q̃ in futurum conferuntur.de ver.ob.l.cum stipulamur. l.si à colono.de ver.sig.l. verbum oportebit. Contrariũ est verũ quia diuisio non præiudicat fideicõmisso relicto post mortem. de leg.2.l.cum pater.§.hæreditatẽ. Nec ob.promissio de nõ veniendo contra diuisionẽ : quia nec ista promissio excludit fideicõmissum post mortẽ relictũ . Nã de fideicõmisso remittendo non vẽ cogitatum.de transa.l.qui cũ tutoribus.de pac.l.tres fratres.& hoc tenet Pe.Ray.& Bar.in d. §. duo fratres. Itẽ nec ob. refutatio,quia simplex refutatio intelligitur de iure præsenti, & non de iure, quod postea oritur, nec enim præsumitur repudiatũ, priusquam natũ.† Item liberatio est quædam priuatio,& ideo debet referri ad id,q̃ erat in actu, non ad id , quod erat in habitu.de condi.& demon.l. Titio vsufru. & de excep.rei iud.l. cum mater.§.eandẽ.& de condi.indebi.l.fi.§.idem quæsijt. Præterea istæ clausulæ sunt clausulæ adiuuãtes diuisionẽ: vnde magis veniunt ad exprimendum diuisionis effectum,quã ad ipsum augendũ,& faciendũ exorbitare diuisionẽ à ꝓpria , & mera natura diuisionis,ar.ff. loca.l.si vno de dam.infec.le. damni.§.& q̃ in stipulatione.Non obstat.le.1.C.de pac. quia ibi fuit expresse, & specialiter factũ pactũ de non petendo de fideicommisso futuro.i.relicto post mortem.Et sic non ob. Ego Baldus.

CONSILIVM XIX.

1 *Mulier secundo nubens, & dotem à filijs primi matrimonij petens,an teneatur ipse filijs cauere de dote restituenda in casibus à lege ordinatis.*

Factum tale est: maritus obligatus ad dotes vxoris decessit superstite vxore , & filijs genitis ex vtroque.post tempus vxor alteri nupsit, & viro secundo dotis causa cessit iura dictæ mulieri cõpetentia ad exigendum dotes cõtra dictos filios,& dicti primi mariti filios& tanq̃ hæredes patris eorũ obligatos dictæ ipsorum matri ad restitutionẽ dictæ dotis, q̃ secundus vir possidens idoneas facultates eiusdem ciuitatis incola cum p̃dictis,petit à dictis filijs, & hæredibus primi viri sibi solui dotes p̃dictas vigore cessionis sibi factæ à dicta domina eorum matre.ipsi vero filij petunt cautionẽ ab ipso viro suo,vel altero eorum de dictis dotib. eisdẽ restituendis in casib.ordinatis à lege in totũ, vel pro parte , prout dictis filijs de iure,& secũdũ formã statuti cõis Senarũ tunc debebitur . Quæritur ex p̃dictis an dictus maritus,& vxor, prædictorum cõuẽtorum mater , vel aliquis eorũ ad satisfaciẽdũ, vel caut.aliquã p̃standã teneatur , vel cogi possit ab ipsis filijs pro dotib.restituendis vt §. dictũ est p̃misso quodã statuto, cuius quidẽ tenor talis est. Si qua mulier habens filios,vel filias,legitimos, vel legitimas,vnũ , vel plures cuiuscunq; sexus fecerit testũ , vel codicillos, vel donationẽ, non posset relinquere, vel donare, vel vendere, aut alienare, ita q̃ filij eius q̃ remanserint postea, possint priuari bonis suis:misi cã necessitatis sui victus,saluo,q̃ quartã partẽ bonorũ suorũ possit ꝓ suo arbitrio disp̃ere, & de ea disponere, nõ ob. dispositione q̃ primo fecerit.c.supradicto.per statutarios fuit hoc additũ,videlicet,nepotes,& neptes,&descendentes ex ea.& detraxerũt, videlicet fecerit testũ,codicillos,vel don. & addiderũt in fi.videlicet reliq̃ tres partes ꝓ tanta,inter filios diuidant æqualiter.
1 † Viuente mre filij primi mrimonij , vel sedi nullũ ius habẽt in dote.& iõ cautionẽ nullã petere possunt à mre , vel cessionario eius,nec maritus cogitur alij se obligare ad restitutionẽ dotis q̃ vxori , cũ ẽt vxor nolit.ista probãtur.ff.de li. agno.l.fi. in Auth. de hær.& falc.§.si vero.ff.si à pa.qs fuer. ma.l.vsq; adeo.C. ne fide.do.den.l.1.& 2.ff.so. ma.l.2.post prin.nec debẽt esse soliciti ad hæreditate matris viuentis,nec pactio pot interponi. Ç. de pac. l.fi.cum fi.non ob.lex,hac edictali.§. his.illud.C.de se. nup.quia loquitur in lucris primi matrimonij non in dote mulieris. Cõcluditur ergo quod sine onere satisd. dicta dos exigi põt.ff. solu. mat.l.si prior maritus.

CONSILIVM XX.

1 *Quæ substitutio sit illa,qua matrem excludit latissime.*
2 *Pupillaris substitutio continet exemplarem factam muto & surdo, tempore testamenti.*
3 *Tacita substitu.excludit,vbi apparet de mente testatoris.*
4 *Vsurarius cum non posset facere testamentum , non potest substituere pupillariter filio impuberi.*

Quidam Petrus Arnardi habens Leonetã eius legitimam coniugem , & filium vnicum in pupillari ætate cõstitutũ,ac ẽt mutũ,& surdũ à natiuitate , cõdidit testũ: in quo ipsum eius pupillũ noĩe Blasiũ sibi hrdem vniuersalẽ instituit. Et si cõtingat Leonetã eius testoris vxorẽ fore p̃gnatẽ,& in fututũ ꝑgnari contigerit à dicto testatore, & pariat filiũ vnũ,vel plures:tũc vna cũ ipso Blasio sibi illos hæredes vniuersales instituit æqualib.portionib. Et eos adinuicẽ substituit,vulgariter,pupillariter,& p fideic. Si vero filias &c. & contingat ipsas filias mori in pupillari ætate,vel postea qñcũq; substituit vulgariter,& pupillariter, & p fideic, d. Blasiũ. qb. oĩbus deficientib.substituit d.Ia fratrẽ suũ exclusa matre,& oĩb.venientib.ab intestato,vt supra. Si vero cõtigat d. Blasiũ supradictũ mori,vt supra,tũc & eo casu sic aduenientẽ,substituit d.Iac. Arnardũ de ordine Cartusien.fratrẽ suũ in oĩb.bonis suis, noĩe ꝓprio,nec non noĩe ordinis:ita & tali modo,q̃ ipse D.Iac.teneatur, & debeat de bonis ipsius testatoris adimplere pro aĩa dicti testatoris&c.exclusa semper matre,&oĩb.alijs venientib.ab intestato & ipsa bona ipse D.Iac.p se capere possit,& valeat ꝓ suæ voluntatis libito absq; cõtradictione cuiusliber p̃sonæ. Deinde mortuus est testator p̃dictus, supstite d. Blasio tunc pupillo, ac muto & surdo à natiuitate. Deinde mortuꝰ est d. Blasiꝰ in adulta ætate, supstite d.Leoneta eiꝰ Blasij mre antedicta, inter q̃ Leonetã ex parte vna,& d.D.Iac.substitutũ ex altera,orta ẽ materia qõnis d̃ hrditate dicti testatoris. Dicit nãq; dicta Leoneta hrditatẽ dict

dicti filij sui ad eam pertinere ab intestato,& econtra, d.D.Iac.
1 dicit dictam hæreditatem ad se pertinere ex testõ.† Modo q̃ritur , ad quem dicta hære. pertineat,& quo iure. Et videtur,q̃ dicta hæreditas pertineat ad dictam matrẽ ab intestato. & hoc plurib. rationib.Primò,ratione temporis limitati per substitutionem pupillarẽ. & hoc sic ꝓbatur: qa quoties substitutio est à tempore limitata , cursus temporis facit eam euanescere, & vlterius non durare : vt ff. de vul. sub.l. ex facto. §. item quæro. Sed certum est, q̃ substitutio pupillaris est ex tempore limitata: non enim durat nisi in pupillari ætate impubere decedente, etiam si testator longinquius tempus addidisset: vt ff. de pup. sub.l.in pupillari.Cum igitur iste Blasius nõ decesserit in pupillari,sed in adulta ætate, merito vt, q̃ non solum pupillaris substõ sit extincta,sed & omnes eius effectus,ad quos quomodolibet trahi posset:vt ff.de le.r.l.q̃ fideicõmissum.& no.per Cy.C. de inof. test.l.ex trib. Secunda ratio talis est. distinctio,& dinumeratio substitutionũ expresse facta restringit substitutiones, & species,& casus enumeratos: qa enumeratio specierũ genus restringere consueuit. & maxime enumeratio temporũ,iuxta illam generalẽ regulam,q̃ trahitur,q̃ species derogat generi;vt ff.de vulg.sub.l.cohæredi.§.qui patrẽ.vt ff.de ali.& cib.leg.l.alimenta.§.Basilicæ.& l.Stichus.in prin.& ff.de le.3.l.hæres meus. §.duæ statuæ. Sed hic testator enumerauit tres spẽs substõnum. f.vulgarẽ,& pupillarẽ, & fideicõmissariam.& nihil dixit de substitutione exẽplari, & per consequens nec cogitauit, ergo non sumus in casu substitutionis exemplaris,sed in casu substõnis fideicõmissariæ, quæ substitutio fideicõmissaria nõ excludit matrem,licet grauet eam onere fideicõmissi,saltua falcidia:vt C.de impu.& alijs sub.l.precib.& in c.si pẽ.de rest.lib.6. Tertia ratio talis est,expressum facit cessare tacitum, p̃sertim subsidiarium, q̃ est introdu.in defectũ prouisionis expresse,vt d.§.item quæro.Sed post pup.ætatẽ fuit expressa substõ fideicõmissaria,ergo cessat substitutio exemplaris. Quarta ratio talis est , testator, qui facit substitutionẽ, vult causam ipsius substitutionis existere posse:qa qui apponit conditionẽ, eam vult existere,vt no.C. de cond. inser.l.cum patrẽ.tunc arguo sic. Testator vult existere conditionẽ fideicõmissariæ , ergo non directæ. Nam superfluum est substituere per fideicom. si directa substitutio vendicaret sibi locum. & est quodãmodo repugnantia inter directã, & obliquã, vt patet cõsideranti naturas earũ;qa directa inducit aditionẽ hæreditatis in persõa substituti; sed fideicom. nequaquã ; sed requirit aditionẽ hæreditatis per alium fieri.C.de fideicom. l. eam quã. ff. ad Treb. l. apud Iul.§. item Iul. Quinta ratio talis est, substitutio pupillaris, & exemplaris nõ sunt eiusdem formæ,& naturæ, ergo vna in altera non continetur: quia diuersorũ diuersa est ratio & conditio vt ff. de acq. pos. l. naturaliter.§. nihil cõmune. & C.de dona.inter vir.& vxo. l.si maritus. Sexta , & vltima ratio talis est. Ista substitutio exemplaris non fuit expressa, ergo nõ debet tacitè subintelligi,cum mater sit in medio , vt C. de impub. & alijs substl. precib. & no. C.de inst.& sub.l.fi. Vnde fauore matris directa dubia vertitur in obliquã: vt no. de vul.sub.l.verbis ciuilib. secundũ vnã expositionem gl.nec dicat aliquis,q̃ hic substituтus fuit frater testatoris, qui ex p̃sumpta voluntate defuncti excludit vxorem iuxta no. ff. de vul. sub. l. Lucius. quia iste frater fuit substitutus vt minister, non vt cõmodum sentiens, nec in suum fauorẽ sub fraterna charitate,sed tanquã minister pauperũ, qui sunt extranei,& non excludunt debita iure naturæ, vt no. ff. de inof.test.l. Papi. §.fi Imperator. Ex quib.rationibus videtur cõcludi pro matre.
2 In cõtrarium videtur plurib. rationibus.† Prima ratio talis est, pupillaris expressa continet exemplarẽ factam, muto,& surdo tempore testũ, qui postea non fuit liberatus ammodo, vt not. Gul. de Cu. in materia substi. exemplaris.& Bart.in eadẽ materia, qui tractat de eadẽ substitutione in l. ex facto.& ꝓbatur ratione, in habentibus maiorẽ symbolum,idest, maiorẽ similitudinem facilior est transitus;vt ff. de acceptil.l.an inutil.§.fi.licèt maiorem similitudinẽ habeat exemplaris cum pupillari, quam pupillaris cum vulgari. & tamen vna expressa continet alteram
3 ex iuris interpretatione. vt ff. de vul. sub. l. iam hoc iure. † Secunda ratio talis est: qa quandocunq; apparet de mente testõris, q̃ voluit mrem pupilli directè substituendo excludere, substõ etiam tacita matrẽ excludit: vt no. C. de impu.& alijs substl.precib. in glo. quæ incipit. immo.& est glo. valde notabilis,& communiter no.doc.Sed hic est aperta voluntas defuncti: quia in testõ sepius repetit, exclusa matre. Tertia ratio talis est.nam si rectè considerentur substitutiones factæ in testõ, nos reperimus in ipso quadruplicẽ substitutionẽ. s. vulgarẽ, pupillarem, fideicõmissariam , & cõpendiosam. de primis tribus est expressum, quartũ vero intelligitur, ibi, dum dicit, quib. omnib. deficientibus dominũ Iac. fratrẽ suum, vt infra, exclusa matre. & etiam post subdit, si vero contingat dominum Blasium eius filium mori vt supra, tunc substituit do. Iac. in omnib. bonis suis. quid est autẽ, quod dixit supra, nisi in pupillari ætate,vel postea quandocunq;: & etiam si non excessisset tempore, ista substitutio dicitur cõpendiosa secundũ omnes vt no.d. l.precib. Sed ita est, q̃ substitutio cõpendiosa excludit ipsam, quæ matrẽ excludit. ergo matet excludit. item ista cõpendiosa, considerato, q̃ aliæ species sunt numeratæ, non potest aliquid operari, nisi exemplaris, ergo operetur in ipsa, de leg. 1.l. ti quando.& ff. de vsu.l. si stipulatus.& l.1.ff.ad municip. Quarta ratio est.testator dixit, in omnibus bonis suis.sed sola substitutio directa est omnium bonorum delatiua:ergo ista substitutio interpretatur directa. hanc rationẽ approbat Bart. ff. de vulga. sub.l. Centurio. Quinta ratio est , qa testator voluit, q̃ dictus D.Iac. omnia bona capere posset sua ꝓpria authoritate,per quę verba significatur viam capiendi directam, & non de manu alterius:vt ff. de leg. 2. l. Titia cum testõ.§. 1.Sexta, & vltima ratio est: qa ex narratione substitutionũ talem substitutionẽ fecit pater post liberos, qualem inter liberos , & pauperes loco liberorũ supposuit. Sed liberi inter se matrẽ excluderẽt, ergo & pauperes excludunt,ista ratio ꝓbatur per tex. in d. c.si pater. Ex quibus apparet, quod si dictum testũ est alias validum, dicta Leoneta habens maritum
4 omnino est exclusa.† Sed dubitatur,vtrum dictum testũ valet, nec ne. Nam proponit, q̃ dictus testator fuit vsurarius manifestus,& q̃ multi contractus vsurarij apparent,licet non tenuerit altare paratũ,& q̃ non præstiterit cautionẽ secundum formam capituli, quamquã. de vsuris. li.6. Et videtur prima facie dicendum, q̃ dictum testũ valeat, primo ꝓ fauorem animæ,ar.ff. de vsu.l.si bene.in princ.& ff.de relig.l.sunt personæ.Secundò: qa substitutio exemplaris est testũ filij. sed filius nõ fuit vsurarius, ergo testũ valuit,vt ff. de inoffi.test.l.Papi.§.sed nec impuberis. contrarium est ipsa veritas : qa vsurarius manifestus non p̃stita cautione est intestabilis , & nihil per dispositionem vltimæ voluntatis ordinare potest. Vnde talia legata quouis modo facta, & substitutiones sunt irrita & ipso iure nulla, secundã formam capituli, quamquã. de vsu.lib.6.

CONSILIVM XXI.

1 *Statutum excludens filias totaliter à bonis paternis est iniquum, & contra ius naturale: Unde odiosissimum.*
2 *Statutum bene potest minuere dotem filiæ,licet non possit eam excludere ab alimentis.*
3 *Statutum excludens fœminas à successione, intelligitur de dotatis, vel dotandis de bonis eius de cuius successione tractatur .sed quid si statutum excludat propter masculos, & omnes masculi sint mortui superuiuente fœmina. & nu. 4.*
5 *Nomine liberorum non comprehenduntur fœminæ, nec descendentes per fœminas.*

Sint contentæ & ad bona paterna non possint habere regressum. Rubrica. filia, seu filiæ patrẽ, seu fratre carnali, auo, vel, auia dote sibi data sint contentæ, nec possent, vel possint à patre , vel matre, auo, vel auia defunctis, fratre, vel fratribus, seu liberis eorũ, descendentib.viuentib.ad bona paterna vel materna, aui vel auię ipsæ filiæ , vel successores earum hãe regressum ; vel aliquid petere occasione hæreditatis alicuius dictarũ personarũ, vel alia quacunq; causa, siue renuncianerint, siue non. Si autem ęs decesserit relictis plurib. filiabus,vel neptib. tantum, quælibet in virili æqualitate succedant. Quod si ex ipsis aliquæ fuerint nuptæ tantũ, minus accipiant de successione , quanta fuerit quantitas seu dos. Cæterũ si pater, vel mater, auus, vel auia ipsis filiab. vel neptib. nuptis aliqd reliquerit vltra dotẽ, vltra petere non possint occasione legitimæ, vel alia quacunq; de causa viuentibus fratribus masculis, vel patruis,vel eorum liberis.

De filijs vel filiabus simul remanentibus patre ab intestato defuncto. Rubrica. Patre ab intestato de bonis suis nullatenus disponente, & filijs & filiabus simul relictis,fratres teneantur sorores dotare dote idonea, inspecta

qualitate personarum, & conditione patrimonij constituta, cuius dotis idoneæ declaratio fiat, & stetur declarationi duorum proximiorum consanguineorum dictæ sororis, seu puellæ infra 25. an. à tempore sui ortus. Sin autē pater aliquid reliquit pro dote earum, & dixerit esse contentas ipso relicto, sint contentę, vlterius ad bona paterna, vel materna tanquam successores eorum non aspirare, & in vtroq; casu præmisso non possint hīe regressum: sed ipsi filij masculi in bonis paternis: vel maternis, vniuersales hæredes existant. Quod si contingeret aliquem ex ipsis fratribus esse absentem non ratificantem dotē per alios fratres constitutam, non teneatur stare constitutioni dotis factæ per fratres. Sed mulier regressum habeat versus fratrē absentem pro portione dotis ad se tangente. sed si aliqua ipsarum filiarū tempore mortis patris esset æta. 18. ann. infra biennium, vel triennium fratres eam teneantur maritare, aliter ipsa se maritare possit, fratribus etiam ignorantibus, vel inuitis, quibus necessitas immineat eam dotare, vt superius est expressum.

Punctus quæstionis talis est. Quidam nomine Gregorius intestatus decesserit, relictis duob. filijs. s. masculo nomine Iacob. fœmina nomine Aluaniſt. aista nupsit datis sibi 300. libris in dotem à matre sua, nec facta renuntiatione de bonis paternis. Moritur post hoc ipsa Aluanista filia relicto vnico filio nomine Carbous, & superstite sibi dic. Iacobo fratre suo, Post hæc moritur dictus Iacobus relictis trib. filijs suis, videlicet, Christophoro, & Ioan. filijs masculis, quos sibi hæredes instituit, & alia nomine Allumella filia fœmina. Deinde moriuntur prædicti Christophorus, & Ioan. filij masculi prædicti Iacobi, filij quōd. prædicti domini Gregorij: relictis videlicet, Nicolao filio alterius ipsorum, quem Nicolaum ipsi Christophorus, & Io, sibi instituerunt hęredem, & sibi Nicolao substituerunt dictam Allumellam sororē dicti Christophori, & Ioan. amitam dicti Nicolai. Moritur vltimo dictus Nico. nepos dictæ Allumellæ, & Allumella dicit se debere succedere vigore dictæ substitutionis sibi factæ per dictum Christophorū, & per dictam Io. suos fratres in omnib. bonis, & toto patrimonio quond. dicti d. Gregorij, dicens se debere admitti ex persona dictæ Allumellæ suę matris, & ad bona dicti Gregorij sui aui mortui intestati & c. quæritur quid iuris. Visis statutis
1 superius nominatis. † Statutum, qđ totaliter excludit filiam à bonis paternis: quia si est iniquum, & contra ius cōmune naturale, reputatur odiosissimū, vt no. Dy. in c. indultum. nec debet propriè dici fauor, sed iniquus fauor: quia dēt restringi, nō ampliari: vt in c. odia. Sed si fœmina nō excluditur simpliciter, sed contemplatione dotis datæ, vel dandæ, istud statutum non di-
2 citur iniquum: quia dos succedit loco alimentorū. † Vnde habet legitimā taxatam sibi in dote: qa legitima potuit sibi minui per statutum. C. de nup. l. patrem. per Cy. sed ab alimentis non pt excludi per statutū, quin debeat de paternis habere alimenta, vel æquipollens, puta, dotem. Intellectus autem statuti non dēt referri ad impossibilē intellectum. ff. de ver. ob. l. cōtinuus.
3 §. cum quis sub hac. ff. de leg. 1. l. apud Iul. §. fi. † Et ideo videtur intelligendum statutum de ea, quæ fuit dotata, & aliqd consecuta, vel dotanda de bonis eius, de cuius successione tractatur: sano inspecto intellectu, qđ declaratur per aliud statutū de filijs, & filiab. &c. quia ergo ista Aluanista do. Gregorij nunq̄ fuit dotata de bonis patris, cessauit in ea causa exclusionis, ergo & exclusio. ff. de inof. te. l. si institutā. ergo de iure cōmuni portionem suam transmisit. C. de stipu. ser. l. liber hō. §. fi. hoc no. Cy.
4 C. de bo. quæ lib. l. non si. † sed si fuisset dotata de patrimonio patris, Carbous nullū ius hēret: quia successio ad masculū translata, & Allumella in totum mortua perpetuo durat in successionib. masculorū. C. de do. l. si auia. & no. ff. de adul. l. pup. Sed si filia superuixisset post omnes masculos, remanente ex illa vna fœmina, cōsideratio statuti secundū considerationē prudētum considerauit fœminā vltimo in gradu non esse melioris successionis, quā filia. C. de bo. ma. l. si viua matre. rediret res ad suam naturā. de pac. l. si vnus. §. pactus. ver. qđ in spem dotis. ff. de pac. Et licet in nomine liberorū comprehēdantur nepotes, & pro-
5 nepotes, etiam ex filia. C. de condi. insert. l. 1. † tamen dico, nomine liberorū non cōprehendi fœminas, nec descēdentes per fœminas: qa tex. dicit, seū liberis. nam de natura coniunctionis est coniungere æqualia in ratione. C. de ser. fu. l. si fugitiui. & l. 1. de re. du. sed nullo modo sunt similia in fauore exclusiuo masculus, & fœmina. & de masculo lex loquitur, vbi fœmina excludatur, persona masculi qui perfectè, & non suspensiuè fœminam excluisset, & ita debet intelligi, quod no. Bar. in l. æquissimum. ff. ad Ter.

CONSILIVM XXII.

1 *Conductor bestiæ ad vecturam an teneatur de morte dictæ bestiæ.*

1 **Vannutius** † accepit quandam bestiam ad vecturam, quæ infirmata est in itinere, & dimissa fuit apud hospitē, & diligenter custodita per hospitem: tandem mortua est. quæritur, vtrū Vannutius teneatur eam emendare. Resp. non: qa non tenetur de vitio naturali. Item nec de casu fortuito, imo nec tenetur etiā de leuissima culpa. si autem non fuisset diligenter custodita, teneretur. & ita alias consului. Ego Baldus.

CONSILIVM XXIII.

1 *Clerici Greci, qui possunt habere vxores, an gaudeant priuilegio respectu honorum ipsorum, ne teneantur ad datia, vel collectas: & quid de aliis clericis non coniugatis.*
2 *Auth. de priuileg. dotium comprehendit etiam clericos orientales.*

Orientalibus licitum est vti matrimonio contracto ante sacros ordines, extra de cle. coniu. c. cum olim. & plenè legitur, & no. 28. di. ca. diaconi, & clerici legitimè vxorati, habēt ipsi, & vxores eorū, & filij eorum priuilegia immunitatis. C. de epis. & cler. l. 2. huiusmodi enim clericos tuetur ecclesia, de pœni. & remis. c. quæsitū. ergo habent priuilegia occidentalium, sicut alij, qui vxores non habent: vt munera extraordinaria non subeant, nec collectas soluant, sed solū tributū ab eis exigatur: vt no. C. de epis. & cle. l. 1. & auth. itē nulla cōmunitas. de immu. eccle. c. nemi. ipsi autem sunt veri clerici: licet nō ꝓfiteantur continentiā, & hīt expressum characterē sacrū sicut occidentales: qa in eadē forma confertur ordo, sicut & nobis, & characteres imprimuntur, q̄q̄ nos simus ad plus obligati, quā ipsi, tamē cōe est sacer dotiū. & breuiter pro eis vī casus ad literā in l. 2. C. de epis. & cler. sola enim tributa soluunt. eo. ti. de his. à quib. nemo excusatur. C. sine cen su vel religs. l. omnes. qa potius cōuenitur res, quā persona, & ipsa res est ꝑpetuo affecta, & hēt ꝑpetuā causam affectionis. de mun. & ho. l. rescripto. §. fi. & l. mune. ff. de censi. l. forma. & 18.
4 q. 2. c. sed vitium. 11. q. 1. c. si trib. † In cōtrarium vī, ꝓp regulā generalē, qua clerici etiā licite cōiugati nō habeant immunitates rerū propriarū: vt in c. 1. de cle. coniu. lib. 6. & no. 23. dist. c. clerici. facit, q̄ no. 54. dist. c. nulli. 11. q. 1. ca. clericū. el 1. vbi hoc no. expresse & indistincte in quolibet cōiugato 31. dist. c. qm̄. & c. aliter 81. dist. c. Maximianus filius. & qui sunt scismatici, nō videntur habere priuilegia clericorū, nisi in tertis Græcorū, quæ reguntur per laicos Græcos, in Auth. de priui. do. hæreticis mulierib. nō ꝓstandis: qa qui male viuunt in fide, nō merentur priuilegia fideliū. C. de sac. san. eccle. l. si sub ꝓtextu. & no. id. Auth. de priui. do. Guido in d. l. 2. C. de epis. & cle. tenet expresse, quod orientales clerici vxorati habeant omnes immunitates illius. l. s. q̄ non teneantur ad munera sordida, nec extraordinaria, sed ad solū tributū. nec ꝑdia sunt tributaria, nec etiā teneantur ad superindi. sed Imperator non vidit istud. c. vnicum. de cle. coniu. in 6. qđ non erat tēpore dicto in rerū natura. & ideo dicendum vī, q̄ aut clerici orientales nō sunt vxorati, & habent priui. sed illi, qui habent vxores, priuilegio immunitatis non gaudent. & sic lex illa est hodie correcta quo ad clericos coniugatos in Occidente, Oriente, Septentrione, & Meridie. nam Vicario Iesu Christi poresta data est in omnē terram, quę Orientem videt, & Occidentē solem, ac Septentrionē & Meridiem: vt in Auth. vt omnes obe. in. prouin. §. hæc considerantes. col. 5. Senioris enim Romæ Papa primus, & princeps sacerdotum: vt in Auth. de eccl. tit. in prin. col. 9. & 22. d. c. de Constantinopolitana. & 21. dist. c. de certis. & c. clerici. & c. in nono. & 18. dist.
2 in memoriam. & c. nullitas. & c. ita dns. cum infinitis si. † Et illa Auth. de priui. do. quæ dicit, esse hæreticū eum, qui non est ecclesiæ membrum, sub membris ecclesiæ aptum comprehendit etiam Orientales clericos. ergo si sint coniugati, hīt immunitatem clericorū vt in Auth. de eccl. tit. §. 1. col. 9. & C. de sac. san: eccl. l. placet. & potius ex tolerātia, quā lege Iustiniana permissum est eis vxorari. facit, qđ no. in Auth. de eccles. §. presbyteris aut diacon. & 31. di. c. Maximianus. & 32. dist. quasi per totum. Et licet toleretur vnū incōueniens, q̄ in sacris retineāt vxores, non

non sunt toleranda tamen duo inconuenientia. s. quod habeant vxores, & priuilegia. C. de do. promis. l. 1. quasi inter contradictoria tenens vnum pedē in vno reliquum in altero statu, in sacro videlicet, & profano: viuendo actu, & habitu. C. de indicta liberta. l. vnica. C. de lati. lib. tol. l. 1. §. cum igitur. ff. de condi. & de. l. Titiæ si non nupserit. ff. pro suo. l. si ancillam. 83. dist. cap. si nihil.

CONSILIVM XXIIII.

1 *Malafide possidere, an, & quando reus dicatur.*
2 *Malafides in causa app. semper præsumitur contra reum condemnatum.*

1 **Titulus** † possessionis datur posteriori habenti iustam causam litigandi: quia non tenetur temere ius suum indiscussum relinquere. ff. de peti. hære. l. illud. & hoc parum vlq; ad tempus, quo liquidatum est de iure actoris, & non postquam ipsum reum constat non habere: tunc enim incipit malè litigare, & ex tunc teneri incipit ad expensas litis. ff. de iudic. l. destitisse. C. de iudic. l. rem non nouam. §. fi. & hoc in causa
2 principali. † Sed in causa appellationis semper præsumitur contra reum condemnatum mala fides. quia præsumitur per sententiam. C. de admi. tu. l. si bonam. Et ideo cum condemnatoria confirmatur, postea per iudicem appellationis debet reus in expensis totius secundæ causæ condemnari. hoc plenè no. in ca. Ignorantia facti. de re. iu. lib. 6. Iudex igitur appellationis debet cōfirmare sententiam in expensis, sicut principali. cum ista modificatione temporis, quod non teneatur, nisi à die, quo ius agentis fuit plenè liquidatum, & hoc etiam modo debet taxare. s. ab apertura processus primæ causæ.

CONSILIVM XXV.

1 *Si in libello sit deductum mutuum naturale, & in processu sit probatum de ciuili, an dicatur probata intentio actoris.*
2 *Diuersitas loci an repellat testem.*
3 *Testes deponentes de minori mutuo, quam sit petitum, an probent.*

Punctus infra scripti consilij apparet ex ipso consilio: qa tria quæruntur, vt infra patet. Ex themate supradicto tria eliciuntur dubia manifestè. Primum, an si in libello deducatur mutuum naturale, & ꝑbetur solum de ciuili, sit probata actoris intentio. Secundum dubium, an si testes deponentes super mutuo, & sint diuersi in loco, ꝑbent. In tertio, an si deponunt de minori quantitate, quā deducta sit in libello mutuo, probent de illa quantitate, super qua deponunt.
1 † Et quo ad primū dico, q̄ non est probata actoris intentio: qa si ago ex mutuo, & testes non probant de numeratione mutui, sed de confessione: ibi testes non probant. ita tenet Spec. in tit. de teste. ver. sed pone egi. Et ideo in libello non est intentanda sola numeratio, sed numeratio, & cōfessio secundū Gul. & hoc verum in mutuo: quia confessio est species, idest, modus, & forma contractus per se. Sed in alijs est species ꝑbatio: quia in alijs contractib. non oritur actio ex cōfessione, sed ex probatione. alias esset frustra, & species ꝑbationis non esset necessaria: qa in libello exprimitur: sed species contractus sic. & sic non ob. l. Publia. in fin. ff. depositi. vnde aut in libello deducitur sola numeratio: vt in themate ꝓposito, & non sufficit ꝑbare mutuum ciuile, idest, confessionē: nam vbi ꝑbatio non est cōformis petitioni, debet sequi absolutoria ab illa actione. ff. de his q̄ not. infa. l. ob hæc verba. Aut deducitur & cōfessio, & mutuum naturale: & sic vtrum q; deducitur, & tunc ex iurib. superius allegatis, & ex no. per Bart. ff. de verb. ob. l. si ità stipulatus. §. Grisogonus. patet, quod potest sequi cōdemnatio. Et hoc de primo.
2 † Quo ad secundum, an diuersitas loci repellat testem, dico, q̄ aliquando factū, super quo testes deponunt, non est iterabile, tunc si sunt varij in loco, illa diuersitas loci inducit conditionē, & incōpatibilitatem: qa quando vnum factum ꝓponitur, & ad aliud probandum de diuerso loco deponitur, falsum deponit, necesse est. Sed si factū, super quo testes deponunt, esset iterabile, vt confessio, sicut est in casu nostro, tunc diuersitas loci in testib. si non reddit eos cōtrarios, reddit eos singulares. Et singularitas testiū diuidit testimonia, & lacerat ea. qa omne diuisum laceratū est, & ideo nō ꝑbant, vt C. de test. l. testium, per gl. & Cy. & l. ob carmen. §. fi. de te. & per Inn. in c. qualiter & quan
3 do. de accu. & de elec. c. bonę memorię Maguntino. † Et ex prędictis patet etiam solutū tertium dubium. i. q̄ non ꝑbant de illa quantitate, super qua deponunt, ꝓp supradictas rationes. s. quia sunt varij in loco, & quia fuit deductum tantum mutuum naturale, & ipsi deponunt de ciuili: alias autem bene probarent de quantitate, super qua deponunt: licēt plus in libello fuerit petitum: vt l. quidam æstimauerant. ff. si certum pet. & est expressum. ff. de liber. leg. l. 1. t.

CONSILIVM XXVI.

1 *Testamentum factum per incarceratum, cum requiratur liberæ dispositio testa. non valet, nec talis instituens, qui testatorem detinebat in carcere, admittitur ad hæreditatem. & nu. 3.*
2 *Metus probatur ex indiciis, & causis.*
4 *Occidens testatorem, vel eius infirmo nō subministrans necessaria privatur successione per sententiam: non autem ipso iure, sed cui applicetur talis hæreditas. & nu. 5.*

Punctus infra scripti consilij apparet ex consilio iam scripto, nam tria requiruntur, vt infra patet, in effectu casus talis est. Quidam accepit quandam in vxorem, quæ non erat æta. 12. annorum, tandē ipsa perueniente ad ætatem legitimā. cum vir suspicaretur ipsam: quia erat pulchra, nil tamen sinistri apparebat, detinuit eam in priuato carcere plurib. dieb. tandem ipsam extraxit de carcerib. & ipsa dum esset extra carceres fecit testm̄, in quo post aliqua marium suum instituit hæredē. tandem iste maritus institutus reposuit eam in carcetib. & eam ibidem retinuit plurib. dieb. deinde eam interfecit. quæritur de eius bonis, vtrum pertineant ad maritū institutum, an ad eius matrē. Ex puncto præfato aliqua dubia elici videntur. Et primò, an valeat testm̄ factum tempore, quo quis fuerit extra carceres, & ante testamentū, & post extirit in carcerib. mancipatus. Secundò, an institutus in testamēto, si testatorem interfecit, priuetur hæreditate. Tertiò, si hæreditas aufertur ab eo, qui testatorē interfecit tanquā ab indigno, an ap-
1 plicetur fisco, vel venientib. ab intesta. † Et quo ad primū vī, q̄ tale testamentū valeat: qa ad valorē testamēti inspicimus tempus conditi testamenti. Sed tunc temporis ista mulier videbatur libera: quia extra carcetes, ergo licitum est viro inducere vxorem blandis verbis ad se instituendum: vt l. fi. C. si quis aliquē testa. prohibuerit. In contrarium videtur veritas: qa testatoris dispositio dēt esse libera: vt l. 1. de sacrosan. eccle. sed hic non fuit libera: q̄ non fuerit libera, patet. nam cōpulsus dicitur, qui vehementer timet, ne cōpellatur: vt no. per Cyn. in l. nouissime. §. fin. ff. qđ fal. tuto. auth. & per Inn. in c. bonæ. el 2. de elec. vbi dicit, q̄ iustus timor impressionis sufficit, licet impressio nō fuerit secuta: sed hic fuit iustus timor, scilicet metus carceris præcedens: vt l. qui in carcerem. ff. quod metus causa. qui
2 metus dutare cēletur, durante potestate metus inferēdi. † nam metus comprobatur ex causis, & indicijs: vt no. Cy. in l. carcerem. C. q̄ metus causa. & Inn. in c. 1. extra eō. & Bar. ff. de condi. ob tur. causam. l. si ob turpem. Præterea metus præsumitur factus, vbi metus, vel verbera præcesserant, vt no. Inn. de offi. deleg. c. causam matrimonij. doc. in l. 1. §. quæ onerādæ. ff. quarum rerum actio non datur. Et ex præterito cōmisso ꝓsumitur perseuerare. C. de nup. l. & si contra. per gl. & Cyn. Præterea in casu nostro impressio carceris nō solum ꝓcessit testamentum, sed secuta fuit testm̄, & sic ex perseuerantia apparet causa indicatiua. ff. de regu. iur. l. q̄ cālore. Et ex duob. extremis iudicandū de medio. facit in fi. q̄ no. per Iac. de Aret. in prooemio C. & per Dyn. in l. 1. fol. mat. & est gl. 16. q. 4. c. volumus. Non obst. prædictis, qđ dicitur, q̄ dēt inspici tempus testamenti: qa fateor, nisi præcedat aliqđ qđ reddāt illud inhabile, & ex ꝑterito inferat in ꝓsens. Item non obst. l. fin. si quis aliquem testa. prohibuerit. quia fateor, quod licitum est vxorē blandis sermonibus inducere ad se instituendum: dum tamen cesset metus, vel dolus, q̄
3 raro cessare præsumitur: vt no. per Cyn. in d. l. fi. † Ex prædictis apparet testm̄ non tenere, & hæreditatem ab isto marito tanquam ab indigno auferendam: vt l. 1. C. si quis aliquē testa. prohibuerit. Nec obst. prædicta, quæ no. gl. in d. l. qui in carcerem. videlicet, q̄ stans in carceribus potest facere testamentum: quia intelligo, non ad cōmodum detinentis. idem si sit extra carceres, ex quo non habet liberam voluntatem: quia adhuc à custo-
4 dib. detinetur: vt ibi not. per doct. † Quo ad secundum dubium dico, q̄ præsupposito, q̄ hic nullus metus interuenisset, tamen ex quo iste maritus institutus ab vxore vxorem interemit, repellitur à successione. vt no. per Bartol. in l. fi. ff. si quis aliquem testa. prohibuerit. Nam testatorem occidens: vel etiam q̄ mi-

nus est, eum infirmum negligens, omni commodo successionis tanquã indignus destituitur: vt l. si ab hostibus. §. si vir vxorem. ff. sol. mat. Idem tamen maritus est indignus per sententiam, nõ ipso iure, de adimen. leg. l. ex parte. & ff. de vulga. & pup. sub. l. ex facto Iul. & no, per gl. ff. fa. er. l. his consequenter. §. in familiæ. † Quo ad tertium vero, an ista hæreditas debet auferri ab isto marito tanquam ab indigno, & applicari fisco. per no. in l. Pap. §. meminisse. & l. Lucius. ff. de iure fisci. Dicendum est, q̃ non. Ex quo supereſt legitimus hic, vt est mater, & no. per Bart. in l. cum ratio. §. præterea. ff. de bonis dam. Ex quibus omnibus concludo, ad matrem tanquam ad hæredem legitimam ab intest. hæreditatem dictæ suæ filiæ pertinere, & non ad virum institutum. Ego Baldus.

CONSILIVM XXVII.

1 *Ecclesia habens aliquam rem in emphyteusim ab alia ecclesia an incidat in commissum, vel propter indebitam alienationem vel canonem non solutum.*

1 Reuerendissime, & singularissime pater & domine, † ab illa. quæritur, an ecclesia habens rem in emphyteusim ab alia ecclesia incidat in commissum; vt præfata dominatio nouit, diuersæ sunt opin. nam Pet. & Abb. tenent, quod incidat. pro quorum opi. facit ratio: quia non potest alienari res ecclesiastica sine solennitate. 10. q. 2. cap. hoc ius. 12. q. 2. c. sine exceptione. etiam si pretium recipiat: multo minus ergo, si non habet pretium. Item princeps concessit istud priuilegium, ergo non potest reuocari. de re. iur. c. decret. lib. 6. Item daretur materia fraudandi iura ecclesiastica. hoc probatur in vsibus feudorum. Vbi si prælatus cõmittit feloniam cõtra regem, à quo ecclesia habet feudum, illo viuente priuatur emolumento feudi, post mortem autem reuertitur ad ecclesiam: quia delictum personam & c. vt in regula delictum. de reg. iur. lib. 6. hanc opin. s. q̃ res non incidat in cõmissum, sed agatur ad canonem temporis præteriti, tenet Gof. in summa de immu. eccle. & hoc per l. placet. C. de sac. san. eccl. quę est canonizata. 16. q. 1. ca. placet. Et idem tenet Ioan. 11. q. 1. cã. si tributum. idem tenet Io. And. in c. constit. de reli. domi. & Ioan. de lig. ibi cuius sunt prædictæ rationes. Sed in contrarium facit, quod no. gl. Inn. & Hostien. in d. c. constit. vbi expresse tenent contrarium, scilicet q̃ incidat in commissum, de hoc est gl. in d. Auth. qui rem huiusmodi. vbi hoc expresse determinat, de hoc per Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. 14. Et si opi. Io. And. esset vera, emphyteusis non seruaret suam naturam, nec vnquam rediret ad proprietatem, q̃d est absurdum. & istam partem credo veriorem: quia in dubijs inhærẽdum est, vt credo, gl. & istam partem etiam teneo. Ego Bald.

CONSILIVM XXVIII.

1 *Legati ademptio, seu reuocatio an possit probari per duos testes.*

1 Super † eo, quod quæritur, an reuocatio legati possit probari per duos testes, sunt opin. nam quidam dicunt, quod solenne legatum nõ reuocatur per minus solennem voluntatẽ, & inniituntur regulæ generali. & speciali. Nam regula generalis est, q̃ prout quod q; producitur, sic resoluitur, & sic eadem sententia est corruptionis & generationis. ff. de so. l. prout quisque. regula specialis est in vltimis voluntatibus, q̃ minus solennis non tollit solennitatem solennem. ff. de leg. 3. l. si iur. C. de testa. l. hac consultissima. §. pe. pro hoc etiam facit hæc ratio. nam ideo solennitas numeri testium requiritur, ne aliquid possit cõmitti falsum, improbando circa vltimam voluntatem. C. de fideicõmiss. l. quæstionem. Sed ita possit committi falsum in probando ademptionem, sicut in probando legatum. ad hanc rationẽ facit etiam ratio naturalis. Pone in testamento solenni reliqui alicui maximam quantitatẽ, vel partem bonorũ maximam relictam. in quã & non verisimile esset credere duob. testib. de ademptione. ff. de testamento militis. l. diuus. nam non esset, qui posset eos reprobare: & sic de facili vera iudicia possent irritari, q̃d est absurdum. Item si legatum est fauorabile, non probatur duobus testib. ergo multo minus reuocatio legati, quæ est quodãmodo odiosa. Item reuocatio est vltima voluntas. ergo stando est regulæ, quæ ponitur. C. de codicil. l. si quis agere. §. fin. Et saltem requiruntur 5. testes, nisi ista reuocatio haberet in se causam, puta inimiciciarum. ff. de adi. leg. l. ex parte. & l. si inimicitiæ. Et ga quę extrinsecus veniunt, & non ex ipso testamento, per duos testes probari possunt: sicut sunt inimicitiæ capitales, vt dixi. In contrarium sic probatur, ex legato nõ solenni corã duobus testib. facto nascitur obligatio naturalis: vt no. C. de iur. & fac. ignor. l. cum quis. per gl. & vltramontanos. ergo econtra per ademptionẽ tollitur obligatio naturalis: ga sublato obstat argumento: quia æquitas scripta est cõtra agentẽ. Et ad hoc faciunt iura satis no. C. de fideic. l. fide dignũ. ff. de lega. 1. l. si ita scriptũ. de testa. mili. l. militis codicil. §. veteranus. de adi. leg. l. 3. §. nõ solum. Et p̃sumptio est, q̃ licet sint duo testes, tamen dicant veritatẽ. l. fi. C. de rebus eorum. Et hæc vlt. pars est vera, si testes sint notæ fidei, & omni exceptione maiores. Vnde etiam leuis macula, vel leuis sinistra suspicio debilitaret eos hoc casu, sic q̃d non crederetur eis. arg. C. de contrah. stipu. l. optimã. in fi. & in Auth. de testi. §. & licet. & sic legatũ esset multũ magnũ, & fideic. vniuersale, q̃ æquiparetur in aliquib. institutioni hæredis, forte nõ esset credendum duob. testib. in facto tam p̃iudiciali, & clandestino. suspectũ est enim q̃ clam fit: & secrete factũ dicitur, q̃d palã fieri consueuerit: & boni p̃toris est intercipere istos testes, quantũ potest: vt no. Azo in sum. de testi. Et ideo sunt multũ subtiliter interrogandi de singulis circunstantijs, nisi, vt dixi, essent testes valde probati. de iure etiam canonico nõ dubito istã ademptionẽ valere, extra de testat. c. cum esses. & c. relatũ. approbata fide testium, de quo standũ est discretioni iudicantis: vt in l. testiũ. ff. de testi. in ver. tu mag. & C. de test. l. nullum. si ergo iudex credidit p̃sonis, credere debuit & dictis, vt l. nõ omnes. §. à Barbaris. de re milit. Et ideo secundũ ea, quæ, pponuntur iuste iudicauit absoluẽdo. acta tamen loquantur: ga hoc in facto consistit, & acta sunt tot, q̃ ego multis alijs implicatus non possum singulatim ruminare. Sed in iure id est, q̃ ego ipse scripsi. Ego Bald.

CONSILIVM XXIX.

1 *Secundum testamentum non habens hæredis institutionem an tollat primum: & an saltem valeat istud secundum in sua vltima voluntate.*

1 Secundum † testamentum non videtur prima facie, quod valeat: quia non habet hæredis institutionem. l. proxime. de his quę in testamento delentur. Et si ita est, valet primũ. tamen non curritur tempus hospitali de Scala, antequam testamentum fit eis notum; quia conditio potestatiua requirit scientiam. ff. de condi. & demon. l. 2. si autem repudiaret, præsupposito q̃ primũ testamentũ valeat, succederent alij substituti secundum ordinẽ testamenti. Ego vidi scripturam secundi testamenti nunc mihi ostensam, & non videtur, q̃ testator fecerit aliquẽ hæredem, nisi ex rebus certis: saluo q̃ vxori suæ sub quodam inuolucro verborum videtur reliquisse vniuersum: vtrum fuerit de mente testatoris, vel non, ignoro: tamen quia verba dicunt, denarij, & aliæ res: & tunc videtur, q̃ verba sint generalia: intentio tamen non sic videtur fuisse, per id, q̃ sequitur, & inquantum &c. Ego non possum salua conscientia damnare testamentum secundum: quia testator voluit omnibus alijs prævalere, saltem secundum testm̃ valeat vt vltima voluntas. Ego Baldus.

CONSILIVM XXX.

1 *Bona & fructus qualiter debent diuidi inter fratres, ex quibus remanserunt filij, ex vno vnus, ex alio plures: & quid si duo fuerunt captiui, & soluerunt, an alij teneantur: & quid de dotibus solutis ex pecunia communi, & an præsumantur socij: & si non, qualiter probetur.*

Qualiter debeant diuidi bona, & fructus bonorum inter fratres, ex quib. remanserunt filij, videlicet: vnus ex vno, & duo, seu plures ex altero. Et quid de captura, cum duo fuerint capti & soluerunt, an illi teneantur. &
1 q̃d de dotib. solutis ex pecunia cõi. † Super prima petitione diuisionis, Io. hẽr ius: qa bona Adomandutij ad quẽlibet filiorum pertinuerunt, pro parte dimidia istius de hær. q̃ ab intestato. §. cum filius. Super secunda petitione d. Io. habet ius, videlicet. q̃ dotes solutæ de pecunia cõi debeant reddi Ioan. Tamen est videndũ, de quib. reb. cõmunib. sunt dotatæ, nã si fuerint de pretio verum venditarũ sufficit d. Io. restitui dimidiam pretij redacti ex dictis reb. C. de rei. ven. l. mater. & sic est resp̃sum etiam quartæ, & quintæ petitioni. Super tertia petitione dico, quod illud, q̃ est solutũ de reb. cõmunib. hæredi. debet reddi d. Io., p dimidia, sed illud, q̃d est solutũ ex lucro personarum, & operatum, dẽt ei reddi solummodo pro virili sua, quę est quarta pars: quia

quia quatuor sunt lucrantes. Super 6. petitione dico, quod supellectilia hæreditaria debẽt diuidi per dimidiam: sed supellectilia q̃sita ex operib. debẽt diuidi in viriles, id est, in capita. Super 7. petitione de fructib. dico, q̃ fructus percepti ex reb. hæreditarijs dẽnt diuidi dupliciter. nam dimidia fructuum dẽt diuidi in duas partes, alia dimidia in quatuor partes, & sunt assignandæ partes. Fructus autẽ recollecti aliunde ex laborerio rerum alienarum dẽnt omnes diuidi in viriles, id est, pro numero personarũ. & Io. debet hẽre ex his quartam partẽ. Lucra, & dãna negotij veniunt in societate. ea vero quæ nõ sunt negotiatiua, nõ veniunt in societate, & ex reb. cõmunib. paternis nõ probatur societas. Sed ex p̃miscuis actib. & q̃stuum, & ex damnorum cõmunicatione, & ex qualitate diuidendi vnus cum altero: vt l. si socius. ff. si cer. pe. seorsum autem negotiantes non sunt socij: vt l. itaque. ff. pro socio. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXI.

1 *In restitutione dotis an attendatur statutum, vel consuetudo loci contractus, vel domicilij viri:*
2 *Mortua vxore dos non est dos: nec locum habent statuta de nouo edita de dotibus.*
3 *Statutum debet ita intelligi, ne tollat iura naturalia.*

Statuto ciuita. Ast. cauetur, quod vir vxore præmortua sine liberis totam dotem lucretur, in quo statuto asseritur ex consuetudine loci hactenus idem fuisse seruatum. Itaq; dictum statutum consuetudinẽ non scriptam asserit secundũ formã legis scriptæ redactam. Modo accidit, q̃ quidam Ia. Mutius dedit doté cuidam Gregorio habitanti in villa Maxij, qui prętenditur fuisse ciuis Ast. in dicto loco Maxij, non subiecto in iurisdictione ciuita. Ast. quasdam dotes tam in reb. immobilib. quã in pecunia consistentes: & proinde factũ fuisse instrm de restitutione dotis sub hac forma videlicet, qa d. Gregorius maritus p̃missor dotis restituendæ, & soluendæ, & maximè secundũ formã statuti, & ordinis, & consuetudinem ciui. Ast. quib. maritus se obligauit, vt efficacius teneatur ad solutionem, & restitutionẽ dictæ dotis. Præsupponitur etiã, q̃ dictum statutum emanauit post celebrationẽ dictorũ contractuum, ac etiam pro matrimonij dissolutione tantũ. in d. statuto cauetur expresse, q̃ ipsum statutũ trahitur ad p̃tita, præterita, & futura. Item præsupponitur, q̃ in dicta villa Maxij obseruabant ius cõmune: & q̃ dictus vir tempore cõtractus, & soluti dicti matrimonij erat incola dictæ villæ, ibiq; domicilium habebat. Ex quib. omnib. quæritur, vtrum hęredib. dictæ mulieris dicta dos integrè restitui debeat: an vero prætextu dicti statuti restituenda non veniat vllo modo. † Et ad euidentiam p̃mittendum est, q̃ hæredes mulieris in repetenda dote, non solum respectu fori, sed etiam respectu lucri ipsius dotis debent sequi statuta, & consuetudines domicilij viri: sicut dixit lex illa vulgaris, tamen notabilis. ff. de iudi. l. exigere dotem. & ibi etiam per doc. & ff. de cond. ind. l. qui certo loco. & no. per Arch. 12. dist. c. illud. & per Bartol. in l. cunctos populos. in 3. col. ibi dum dicit, fallit in dote. ff. de iudi. l. exigere. per rationẽ ibi positam in tex. Et hoc verum, nisi aliud actum sit inter partes, puta, quia alius locus esset insertus restitutioni dotis. nam pacta, quæ fauent restitutioni dotis sunt seruanda, p̃sertim ea, per quæ redit actio dotis ad suam naturã: vt ff. de pac. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ver. q̃ & in specie dantis. Cum igitur in casu ꝓposito proponatur, q̃ in domicilio viri seruatur ius cõmune, merito dicta dos est in casu restitutionis. vbi est notandum, q̃ magis est consideranda quo ad legẽ fori consuetudo domicilij, quã consuetudo originis, ad hoc facit, q̃ no. in c. statutum. §. nullus tamen, super verbo vnam dietã. de resc. li. 6. Et confirmatur alia ratione; quia sol. mat. morte mulieris hæredes mulieris non sunt subiecti legi matrimonij: quia nulla remanent reliquiæ matrimonij: vt in
2 Auth. de nup. §. deinceps. col. 4. † Et dos ista nõ est dos, nec habent locum ipsa statuta, nouiter edita de dotibus postq̃ desijt esse dos. licèt enim actio de dote cõpetat, hẽ respectus ad id, q̃ iam fuit dos, nunc tamen non est, ar. ff. de diuor. l. q̃ ait lex. Præterea in dicto instrõ hæc verba, cui ius dederit: quæ verba propriè significant ius cõmune: vt l. omnes populi. & insti. de iure naturali. §. 1. & 2. Præterea in dicto instrõ licèt fuerit adiectus locus, est tamen ibi dictio, maximè, quæ est augmẽtatiua, & non diminutiua. Item apparet, q̃ dicta verba fuerunt adiecta in fauorem mulieris, etiam ad ampliandum. Vnde non debent operari contrarium: vt ff. de peri. & commo. rei ven. l. si vina emerim. & ff. de l. cõmissoria. l. 2. cum l. seq. & C. de legi. l. q̃ fauore, cum materia sua. Præterea illa verba, secundũ formã statutorũ, respiciunt statuta tunc vigentia tẽpore contractus: vt in c. clericus. extra de iureiu. nec potest nouum statutũ, vel saltẽ nouiter disponere contra pacta conuenta: † quia in dubio statutum debet sic interpretari, vt nõ tollat iura naturalia perfecte quæsita. Tale enim statutum esset iniquum: vt inst. de iu. naturali. §. sed naturalia quidem. & no. Pe. Cy. in l. fi. C. si contra ius, vel vti. pu. ad hoc. ff. de polli. l. toties. & ff. de exce. dol. l. 1. in fi. Ex quib. omnib. satis aperte concluditur, dictã doté esse in casu resti. dicto statuto nõ obstante: & nõ obstante consuetudine, de qua fit mentio in dicto statuto. Et maxime: qa de dicta consuetudine in p̃teriti non constat. ad hoc facit c. si Papa. de priui. lib. 6. Et ita dico, & consulo ego Bald. de Per. V. I. D. & maxime quando duo iura faciunt vnum pro dote respectu vnius iuris: alterum cõmuniter respectu originis, potius est fauendũ doti, quam titulo lucrationi. in ambiguis pro dotib. de reg. iur. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXII.

1 *Fugiens de carcere an habeatur pro confesso.*
2 *Qualiter puniatur potestas, qui habet sub sua custodia carceratum, si aufugit.*
3 *Fuga carcerati an inducat probationem contra magistratum.*

1 Primus † quæstionis articulus est, an fugiens de carcere habeatur pro confesso. gl. dicit, q̃ sic, in l. eos. de custo. reo. Regulariter autem si quis fugit, fuga reddit eum suspectum, sed non conuic. in Auth. de exhib. reis. §. si vero. & not. per Cyn. in l. 1. C. de rapt. virgi. tamen dicta gl. dictæ l. eos. sic debet limitari. Nam aut quis detinetur pro generali inquisitione, & non habetur pro confesso: quia ficta confessio, sicut vera debet cadere super certo, & ideo debet crimen certum probari: vt l. 1. C. vt omnes tam ciuiles, quam criminales. & in Auth. vt iu. sine quo quo suffr. §. necessitas. Aut detinetur pro inquisitione specialis criminis. & tunc aut fugit cum fractione, vel cõspiratione. & loquitur lex, eos, aut aliter, & tunc non habetur pro confesso, punitur tamen pro motu iudicis: vt not. Gul. de Cun. in l. succurritur. quib. ex causis maiores. Secundus
2 articulus est † de potestate, qui hẽt sub sua custodia carceratos, & sic gerit vicem cõmentariensis, qualiter puniatur, si aufugit, & vr, quod eadẽ pœna, qua debat puniri carceratus; vt l. ad commentariensem. C. de cust. re. Nam ratione officij in eo præsumitur dolus, q̃ idem est, q̃ lata culpa, pro qua hoc speciali casu imponi potest pœna capitalis; vt no. Cyn. in d. l. ad cõmentariensem. Dicendũ est, quod si custodiuit eo modo, quo solent custodiri, excusatur à lata culpa, ar. no. C. cõmo. l. si vt certo. §. sed an etiã hominis. ff. de ne. ge. l. si negocia. punitur tamen pœna arbitraria. l. fi. ff. de custo. reo. Tertius articulus est, † vtrum
3 fuga eius inducat probationẽ contra magistratũ. & vẽ sic, vt ff. ad Sillai. ille. l. in cõditione. Item in contrarium videtur: qa fuga, & contumacia vnius nõ nocet alteri, nisi forte magistratus esset in dolo, vel lata negligẽtia. C. de exa. tri. l. quot. & q̃ no. per Dy. in l. fi. ff. quando ex facto tutorũ. Item ficta p̃batio non extenditur ad alium, in quo par culpa non reperitur. ad hoc. ff. de in lit. iu. l. videamus. & ff. de iur. fis. l. qui delatorem. de inof. test. l. qui repudiauit. §. vlt. Et ita dico, & consulo ego Bald.

CONSILIVM XXXIII.

1 *Scribens, vel scribi faciens in instrumento aliquos fuisse præsentes, qui tamen erant absentes, falsum committit.*
2 *Falsum non committitur sine dolo.*
3 *Quæ pœna puniatur faciens scripturam publicam sine priuata falsam.*

1 Licet † ille, qui scribit, vel scribere facit aliquos fuisse præsentes, qui erant absentes, falsum cõmittit: vt C. de falsis. l. qui veluti. & C. de contrah. & com. sti. l. optimã. in fin. & extra de test. l. tam literis. tamen debet hanc absentiam probare per testes non singulares, extra de his quæ fiunt præla. cap. 1. & no. per gl. or. in d. c. tam literis. & patet expresse de ele. c. bonæ memoriæ Maguntino. facit quod no. C. de testi. l. testium. & ff. de testi. l. ob carmen. §. fi. Et ideo in casu nostro singulares testes non sufficiunt etiam contra tabellionem de magi-
2 stratu, qui dicta uerat literas, non nomina testium, † non est dubium, q̃ non tenent. 2. quia falsum sine dolo non cõmittitur,

vt no. C. de fal. l. nec exemplum, & facit, quod no. eo. tit. l. si quis decurio. per Cyn. & ff. quemadmodum te. ape. l. 1. in fi. & de fid.
§ inst. c. cum Io. here. † Item hæ literæ nemini præiudicant, nec etiam erant solennes, qa non erat nomen dñi, nec indictio: vt in Auth. vt præponatur nomen Imperatoris: vt no. ff. de eden. l. 1. §. editiones. & ideo non habet locum pœna legis Corneliæ. sed si constaret de crimine, esset crimen stellionatus: vt no. Cy. in l. 1. C. de sepul. vio. & patet. ff. de fal. l. si qs legatis. & ff. de pœnis. l. si quis aliquid. §. testamentũ. & facit. ff. de dolo. l. quæ dam. Ego Baldus.

CONSILIVM XXXIIII.

1 *Filia dotata, qua ex forma statuti non succedit patri ab intestato, cui pater aliquid reliquit in testamento, non tamen iure institutionis, possit dicere testamentum nullum tanquam præterita.*
2 *Pater, qui instituto filio impubere reliquit executores ad describendum, vel distribuendum bona sua post mortẽ dicti filij sui, si decesserit in pupillari ætate, an videatur illos pupillariter filio substituisse.*

1 Quæritur † vtrum filia dotata, quæ ab intestato non succedit, cui pater aliquid reliquit in testõ, non iure institutionis, possit tangẽ prerita dicere testamentum nullũ. Respondeo, non: qa nõ succedens ab intestato non rumpit testamentũ: vt no. Bar. de li. & posth. l. Gallus. §. & qd si tantũ. & ego plenissimè examinaui in l. maximũ vitium. in vlt.
2 q. vbi videre dignemini, C. de li. præ. † Secundò qritur, vtrũ si pater reliquerit exequutores ad distribuendum bona sua post mortẽ filij, si decesserit sine filijs, intelligatur ei in pupillari ętate substituisse. Respondeo, nõ: qa isti executores sunt distributores, & nõ hæredes: vt C. de epis. & cle. l. nulli vero. & eo. ti. l. si quis ad declinandã. qa ibi nulla pcesserat institutio hęredis vniuersalis, hic sic, iux. no. ff. de hær. inst. l. his verbis. Item pauperes non sunt directo substituti: qa debent capere de manu substituti. Et ita sæpe consului ego Bald.

CONSILIVM XXXV.

1 *Pactum, quod vxor sol. mat. possit ingredi possessionem rerum dotalium sua authoritate, etiam rebus per alium quam per maritum possessis, an possit per iudicem mitti executionis non citato possessore.*
2 *Præsens non est citandus.*
3 *Defensio, & citatio sunt de iure naturali.*
4 *Soluto matrimonio retrotrahit dominium, licèt non possessio.*
5 *Pactum, quod quis possit propria authoritate possessionem ingredi, an possit exercere contra tertium possessorem, & an excusset iudicem.*

1 Quæritur † Vtrum pactum quod vxor. sol. mat. possit ingredi possessionem rerum dotalium sua authoritate, mortuo viro etiam in reb. per alium possessis, possit authoritas iudicis exerceri possessore non citato? & videtur, q sic. nam per tale pactũ mulier videtur sibi retinuisse possessionẽ in casum sol. mat. ergo sua authoritate potuit ingredi: quia hoc nõ est acquirere nouam possessionem, sed continuare antiquã: vt. C. quod cum eo. l. si seruus. Item quia sol. mat. in mulierem retro transit dominium ipso iure, ergo & possessio. nam sine possessione non vr, quod dñium pertransire possit: vt C. de iu. do. l. in reb. qd no. in l. 1. §. 1. & ff. de vsuca. pro dote. & ff. de rei ven. l. si ager. Itẽ hoc casu iudex est merus exequutor pacti conuenti. vnde non vr. quod hẽat necesse citare possessorẽ: qa merus exequutor potest exequi sine citatione, vt no. Inn. de appell. c. ex ratione. Item istud pactum afficit rem, & quælibet possessorẽ, quando apponitur super re sua & quæ durat sua; qa a muliere nunq dñium precisè decessit, cum vir imaginẽ eius gerat, vt d. l. in reb. ad hæc. ff. de ser. expor. l. Titius. Item qd licèt sine iudice, licèt, & per iudicẽ, vt inst. de liberti. §. multis. Itẽ ad hoc facit, qd not. C. de iu. emph. l. 2. Ad idẽ facit, qd legitur, &
2 no. C. de pig. l. creditoris. † Itẽ si iste tertius possessor erat pñs, nõ requiritur alia citatio: cum sit pñs, & cõstet de nõ iure ipsius possessoris, ar. eorũ, quæ no. Inn. extra de filijs presby. c. constiturus. item aliquod debet esse speciale fauore dotis, q res dotalis prohibeatur in alium transferri in præiudicium mulieris: vt C. de iur. do. l. si pdium. Item non potest dici, q iudex fuerit in dolo non citando: quia licèt ordinẽ omiserit, fecit sine ordine, qd necesse non erat fieri cum ordine, vt ff. qd me. causa. l. fi. §. fi. ad hoc facit, quod no. in Spec. de loco. §. nuncãliqua. ver. 47. In contrarium vr. q per iudicẽ nẽo spoliandus est sua possessione, nisi citet: vt C. vnde vi. l. meminerint, & no. eo. ti. l. si qs in tan-
3 tam, & C. si per vim vel alio modo. l. fi. † nam poterat possessor hꝛe defensionem, quæ est de iure naturali. vnde in non citante

4 presumitur dolus: quia facit contra ius naturale: vt in c. pastoralis. de re iu. in cle. † Item sol. mat. licet transeat dñium, ipso iure, non tamen possessio. vt C. sol. mat. l. dotis. itẽ iudex non videtur posse excusari à dolo. qa q fecit, fecit in violentia, & violentia hẽt in se dolum. ad hoc. C. de iu. fis. l. facultas. lib. 10. & C. de bo. vac. l. fi. eo. lib. Præterea iudex facit cõtra sacras constitutiones, quę iubent semper citari possessorem, vt C. si ob publicas pensitationes. l. si deserta. & no. in l. qdã miles. §. 1. ff. qui. ex cau. maio.
5 Sed in transgressore legis præsumitur dolus, & scientia: vt C. de legi. l. lẽges sacratissimę. Item pro hoc facit, extra de præb. c. licèt epi. lib. 6 Sol. si non † esset illud pactum, prãs non excusãretur à dolo: vt l. 2. ff. qd quisq; iuris. & d. l. meminerint. tamen pp illud pactum ꝓcul dubio excusatur à dolo, ꝓpter diuersas opi. doc. illustrium, qui tenuerunt, q illud pactum posset exerceri etiam cõtra tertium possessorẽ iniustum, vt sentit gl. in d. l. 2. & Cy. & Pe. tenuit ibi istam opin. licèt Iac. de Bel. ibi in sua disputatione teneat contrarium. & idẽ Iac. Bu. & Bar. tamen etiam si vera esset opi. negatiua, cum de ista qstione non habeamus tex. & sint opi. contrariæ, nec sunt rationes demonstratiuæ, pro vel econtra: iudex excusatur à dolo: vt no. inst. de obli. quæ ex quasi delictis nascuntur. in prin. super verbo videbitur, per quam gl. iste potestas debet absolui; cum fuerit accusatus de dolo, & dolus non sit probatus: vt ff. de libe. causa. l. illud. Et ita dico, & consulo ego Bald.

CONSILIVM XXXVI.

1 *Filia dotata prohibita succedere ex forma statuti an possit tanquam prætérita dicere testamentum nullum.*
2 *Portio vnius hæredibus institutis deficiens vnito testatore an accrescat aliis cohæredibus.*
3 *Clausula codicillaris an aliquid operetur, quando testamentum est nullum ex causa prætéritionis.*
4 *Succedentes ab intestato conuenti an possint detrahere duas quartas.*

Proponitur, quod dominus Ant. Caracosam eius filiam nuptui tradidit, & ei certũ prædium assignauit in dotem: q tamen per testes non ꝓbatur, sed solum per confessionẽ d. Caracosæ, & voci eius &c. & ꝑ supponitur consuetudo, q filia dotata non succedat dotanti, nec alijs de genere cõstituentis, nec etiam ab intestato. Iste do. Ant. fecit testm, & quosdã suos nepotes transuersales hæredes instituit: videlicet fratris filios, in quo testõ dictæ suæ filiæ Caracosæ nihil iure institutionis reliquit, sed legati ti. modo ista Caracosa
1 vult dicere testm nullũ ratione ꝑteritionis. † quæritur, nunqd possit. hanc q. plenè tango. C. de lib. præt. l. maximũ vitium. & ibi sub correctione melius sentientis teneo, q talis filia ꝑterita non possit dicere nullum ex causa, qua ab intestato excluditur. Primò i qa huic filiæ ꝓpriè non debetur legitima. ergo nõ rumpit testm. vel qa dos succederet loco legitimæ. vt no. per Cy. C. de nup. l. sancimus. nam & de iure codicis hoc erat, q sufficiebat, quocunq; relicti titulo ei relinqueretur, & dos etiam imputabatur: vnde licet esset ꝑterita, habito respectu qa non erat instituta, tamen testm non poterat dicere nullũ, nec venire per contratab. Item excludebatur à querela inofficiosi pp ius supplementi, qd erat nouo iure introductũ: vt C. de inof. test. l. omnimodo. & l. sancimus. in prin. §. cum autẽ. ꝑterea ex quo ista filia non succedit ab intestato, nõ interest sua reducere testm ad causam intestati. vnde ei facere cõtra testm non licet, cum nihil sit habitura ab intestato, vt ff. de cõtrat. l. si post mortẽ. §. liberi. Præterea super hac ratione fundat se Bart. in l. Gallus. §. & qd si tantũ. de li. & posth. vbi dicit, q hodie nepos in ptãte aui, quem præcedit pater emancipatus ab auo, nõ dicit testm nullũ: quia non succedit ab intestato patre eum ꝑcedente, & acceptante. vnde qui ab intestato non succedit, non rumpit. & est ratio qa qui remouetur ab effectu, remouetur æquo modo ab eo, per qd introducitur effectus, vel ad effectũ peruenitur. l. oratione. de sponsalib. Item ista filia dotata est quodãmodo ab ipso statuto exhæredata, & factũ legis succedit loco facti hominis: vt ff. de manumiss. l. causam. §. 1. Sed si hõ. id est, pater solenniter eam exhæredasset, testm ꝓcul dubio esset solenne, nec posset huiusmodi filia venire p ius dicendi nullũ: vt ff. de hær. inst. l. qui volebat. concluditur ergo q dictũ testm valet. Vnde est aduertendũ, q si cõsueuerat loquerẽ solũ in causa testati, videlicet, q filia dotata nõ succedat facto testõ, nisi excluderet eã ab intestato, tũc posset dubitari, nunqd ꝑterita posset rumpere. nam testamentũ propriè tunc non est testamentũ, cum nõ sit solenne:

vr pa-

vt patẽt ex his, quæ leguntˉ, & no. in l. 2. C. de edict. diui Adr. tol. & l. 2. in pr. ff. quemad. ape. & ff. de pœnis. l. si quis aliquid testm. vnde nec dr. testõrem decessisse testa. cum ipso iure testamẽtum caret solennitate, vt C. de test. l. si vnus. & ff. de libe. & posthu. l. Gall°. §. in omnib. & l. inter cætera. & ff. de iniu. test. l. 1. & l. post-humorum. & l. cum in scdo. cum si. tamen de hoc nõ expedit ad pñs disputare: qa nõ sumus in isto puncto, sed in puncto primo quo rẽeo cõtra filiam dotatã facit qd no. Cy. C. de adul. l. publi-
2 co. Ex hoc supposito q testm valeat, sequitˉ videre de alio puncto, † videlicet si vnus ex dictis nepotib. decessit viuo testõre, vtrum accrescat alteri. & de hoc non est dubium, q sic, vt C. de cad. tol. l. 1. §. pro scdo. & l. 1. C. qñ non pet. partes. & ff. de leg. 1. l. ciuitatib. §. Lucius. & qd no. ff. de acq. hær. l. si seruus eius ab ex-
3 tero. Mõ qritur tertium dubium. † ponamus, q dictum testm esset nullum, nunquid clausula codicillaris, si non valet, &c. aliquid operetur, & glo. breuiter dicit, q non, in auth. ex causa. C. de lib. præt. & Gul. de Cu idem tenet in l. vl. C. de co. di. & est tõ: qa si valeret clausula, resultaret, q iste præteritus esset grauatus per illam clausulam, sed istud est impossibile, q præteritus grauetur, vt l. 2. ff. de leg. 3. & C. de fideic. l. plura. & est tõ: quia ille demum potest grauari, qui nõ succedit contra voluntatem defuncti. vt no. in l. 1. vel maxime. ff. de coll. bon. sed præteritus alio instituto venit contra voluntatẽ defuncti. ergo non potelt grauari, vt C. de fideic. l. ab eo. Item venit beneficio legis, & nõ testatoris, quod legis sibi non potuit auferre, ergo nec effectum beneficij, vt ff. de adopt. l. si arrogator. §. sed nec imputati. Item pro hoc est lex expressa. ff. de inof. test. & scdm hanc opinionem gl. olim practicabatur. sed superuenit postmodum D. Dy. Cyn. Bar. & multi alij doct. & dicunt, q dicta clausula operatur in isto casu ꝑteritionis, sicut operatur alias qñ testamentum deficit ratione alterius solennitatis, vt ff. de iniu. test. l. posth. §. si paganus. ff. de leg. 2. l. Lucius. §. filiam. de manu. testa. l. si iure. C. de fideic. l. ex test. ff. de testa. l. ex scriptura. ff. de leg. 2. l. codic. §. vlt. & not. ff. si quis omissa causa testamenti. l. qui autem. §. quid ergo. & ita tenet Cy. in authen. ex causa. & videtur expressum melius quã alibi. ff. de fideic. lib. l. generaliter. §. ex testamento. & istam opi. communiter tenent Mod. & secundum eam, salua semper substantia veritatis, sæpe cõsului. Modo sequitˉ alius punctus,
4 † nunquid successores ab intestato conueni, quibus debetur quarta iure naturæ ex persona sua ex fideicommisso possint detrahere duas quartas. videtur, q sic: quia veniens ab intestato est rogatus sub conditione, si testamentum non valeret. sed si filius sub conditione rogatus detrahit duas quartas, id est, trientem de asse toto, & quadrantem de besse, id est, 8. vncias de residuis, vt extra de test. c. Ray. & cã. Raynal. quæ opi. quia canonizata per illa capitula, tñ contra veram sñam iuris ciuilis negari non potest, vt in c. si pater. de test. lib. 6. Sed tamen dico, q in hoc casu non trahitur nisi sola legitima. & est ratio: quia illa conditio, si nõ valet, &c. est vera de præsenti tempore testi non habẽs potestatem conditionis. & sic filius succedens ab intestato est pure rogatus, vt ff. si cer. pet. l. cum ad præsens. & ff. de iniu. test. l. cum in secundo. vnde si detraherẽtur duę quartæ, contradicerent sibi adinicem, quod est impossibile. non obst. ca. si patet, quod loquitur in conditionibus successiuis, quæ sibi coincidunt. & per consequens nec inuicem concludunt. & secundum istam partem sæpe consului. Ego Baldus

CONSILIVM XXXVII.

1 *Causa, propter quam mouetur Princeps, est consideranda.*
2 *Intentio Principis semper intelligitur habere conditionem, si preces veritate nitantur.*
3 *Princeps, qui interdixit alicui, qui dicebatur prodigaliter, & luxuriosè viuere, alienationem quamlibet sine cõsensu quorundam bonorum hominum, an videatur eis interdixere voluisse factionem testamenti, præsertim cum in testamento instituerit filios.*
4 *Si instituit in filios testator constituit suos executores ad distribuendum, &c. si dicti filij instituti decesserint sine masculis, an talis substitutio cesset, ac detracta ipsis decedentibus in pupillari ætate, ita quod excludat matrem: dictum est aliquod supra.*
5 *Substitutio pauperum triplex est, scilicet institutoria, distributoria, & indefinita.*

Decreto, seu rescripto Illust. Prin. Magn. do. comitis virtutum, ad instantiam quorundã consanguineorũ cuiusdam Ia. qui prodigaliter, & per lasciuiam viuere dicebatur, fuit constitutum, quod d. Ia. non posset vendere, donare, vel permutare, vel alio quouis mõ alienarẽ, sine cõsensu & voluntate certorum bonorum virorũ expressorum, in d. decreto Iacobi. postea veniens ad mortẽ instituit in suo testõ, qd fecit absq; voluntate prædictorũ nominatorum, Io. filium iam natum, & partũ existentẽ in vtero vxoris, &c. Itẽ constituit certos fideicõmissarios, & executores, distributores quorumcũq; bonorũ suorum cũ plena auctoritate, & prãte vendendi & dispensandi, & alienandi, & exequendi à debitorib. & eos deliberandi, & hoc eo casu, quo hæredes sui masculi decederent sine liberis, & postea decessit ipse Iac. ætatem 25. ann. & postea decessit ipse Io. eius filius in pupillari ætate suꝑstite matre, & quadam sua sorore dicti pupilli, quæ nata fuit post mortem d. Iac. & postea decessit dicta soror in pupillari ętate. modo mr dicit hæreditatem ad se spectare: asserens, q dictum testamentum fuit nullum pp interdictum dñi, in quo testamento, vt dixi, filij erãt instituti: & si decederent sine liberis, erat dispositum, vt supra
datur à successione, & est ratio, ꝙ aut incipit gerere tutelã filij, & tunc nõ est dubiũ,ꝙ priuatur,quia transiuit ad scda vota non petito tutore:vt C.ad Tert.l. omnẽ.& in auth. de nup §. si autẽ tutela. Aut nunquã administrauit vt tutrix , nec vnquã suscepit tutelã:& tunc quia nõ paruit iudicio testatoris; vt excusa: vt ff. de excus.tut.l.Nesen.& ꝙ no.C.de leg.1.ab administratione. In contrariũ videtur:quia licèt priuetur legatis,non tamen priuat substitutione pupillari : vt ff.de excus.tut.l.amicissimos.& l. tutor petitus.§.quæ tutoribus.vbi sunt gl.multũ singulares. Considera,ꝙ si mater aliquid gessit vt tutrix, sine dubio repellitur à pupillari substitutione:quia alium tutorẽ non petijt,& quia rationẽ administrationis nõ reddit. si autẽ aliquid nõ gessit vt tutrix, tunc ét per transitũ ad scda nota reddit seipsam suspectam. & culpa sua videt repelli à substitutione:quia inmodestè, & inordinatè habuit se erga filios,& erga voluntatẽ primi coniugis, qui de ea melius præsumpserit, ar.ff. de leg.2. l. vnũ ex familia.§. itẽ Imp.Marcus. Itẽ si hoc nõ esset de iure,tñ videt pp scdas nuptias,ꝙ perdiderit saltẽ proprietatẽ, vt in auth. de nõ elig.scdò nub.§.Gregoria.& ꝙ no.C de sec.nu.l.fœminæ.Itẽ de iure municipali quæstio est multũ dubia, quia nõ videt testator destinasse iudiciũ suum in hanc vxorẽ,quę non seruauit maritalẽ honorẽ.Sed ista non est sufficiens ratio scdm quoscdã,cum statutũ cõseruet relicta.ergo & substitutionẽ pupillarem , & tutelã, cum sint connexa.Sed rñdeo,quia statutũ non dicit hæc:& quia statutũ videtur eam repellere,nisi verè, & propriè hoc expressum esset per voluntatẽ testatoris scientis eam nupsisse,quę scientia non cadit in marito , qui de futuro thoro diuinare non potuit: vt no.doct.in fi. C. qui dari tu.posf. auth. minoris debitor. vnde statutũ,ꝙ dicit,saluo ꝙ si institueretur , &c. videt debere intelligi, qñ ipse filius ex certa scientia instituit matrẽ hæredẽ postq̃ transiuit ad scda vota:vt C.de sec.nup.auth ex testõ.In hac quęstione diligẽter est considerandũ,ꝙ ista mater fuit relicta tutrix testamentaria, & tanquã suspecta deposuit tutelã etiã testamẽ-
2 tariã,vt no.Cy.C.ad Tert.l.omnẽ.in addi. †Et in dubio videtur præsumẽdũ, ꝙ maritus noluerit eam priuilegiare in bonis suis, cum memoria eius per transitũ ad scdas nup. offendatur , licet secus esset in alijs consanguineis,quã in vxore,& pupillo pupillariter substituto,ar.ff.de leg.2.l.Lucius Titius Damã. Sed si nõ esset relicta tutrix non putarẽ, ꝙ statutum excluderet eam , sicut aliàs consului.Cõtra matrẽ sentio, per §.si aũt tutelã.in auth. de nup.quia liberorũ tutela prius suscepta,& administrata trãsiens ad scda vota nõ reddens rationes tutelæ, administrationis successione priuatur. nõ obst. statutũ : quia loquitur scilicet qñ deliqꝛit in vno,scilicet transeundo ad scda vota.hic verò deliquit etiã in alio:quia tanquã suspecta est per legẽ remota à tutela, etiã testamentaria scdm veritatẽ:vt no.doct.post gl.in l.omnem. C. ad Tert. & quia spreta tutela liberorũ , & non reddita ratione administratorum: & sic est casus omissus à statuto. & sic sumus in iure cõi. in auth.de nu.§. si autẽ tutelam.& ita firmat ibi Cyn.in addi.nisi testator eidẽ transeundi ad secunda vota licentiam dedisset,vt auth. de nup.§.disponat. Ego Bald.

CONSILIVM LII.

1 *Hypothecam expressam prius habens præfertur secundo, &c.*
2 *Mentales non excludntur à dote matrit.*
3 *Auctor tenetur facere copiam instrumentorum et,cui vendidit.*

1 Obligatio prima facta versus Dominicũ, & fratres fuit eum † expressa hypotheca bonorũ: & ideo habentes istã expressam hypothecã,vel iura cessa ab habentibus præferuntur dori postea datæ: vt no.C.qui po.in pig. ha.l.assiduis.& ideo possessor dicti casamenti ex ipsa hypotheca fit securi contra hæredes mulieris vsq; ad illam summã veterẽ. ff.de exce.rei iud.l.ex sextãte. §.Latinus. tñ si post dotẽ datã noua debita fuerunt cõtracta,dico ꝙ dos est potior: quia ista sunt potiora credita,seu creditores: vt ff. qui pot.in pig. ha.l.si prior. Si tñ habentes iura istius dotis renunciauerunt , perdiderũt iura sua.dum tñ renunciatio sit solennis, & non infringat̃ per aliquod statutũ loci vigens tpe cõsensus, seu renunciationis. nã si vigeret aliquod statutũ tũc ipsis illud esset seruandũ:vt l.oõs populi.& de leg.1.l.si quis in quilinos.§.vlt. statuta verò posteriora nõ derogant priorib. cõtractib.C.de leg.& cõsti.l.leges, & constitutiones.C.de fid.instr.l.cõparationes. Et ideo si quidẽ nullũ statutũ est in loco,valuit renunciatio, de qua quæritꝛ: vt no. in l. 3.§. quid ergo. de cõtrario iudicio tutelæ. si autẽ ibi est aliquod

ſtatutũ, ſi quidẽ eſt impugnatiuũ renunciationis, & vigebat illo tpe, tũc nõ valet renũciatio, aliàs ſic: quia ſtatuta tradẽtia forã mã nunq̃ habẽt oculos retro. † Super eo, q̃ dr de moniali, nõ video quare, vel qualiter à dote matris excludat. C. de epi. & cler. l. Deo nobis. C. de iu. do. l. in reb. §. fi. quia nõ obeſt ei, q̃ eſt ſpõſa Dei. Cõcluſio eſt iſta, q̃ vſq; ad quantitatẽ vereris debiti nullũ ius habet, ſcđm ea, quæ narrant in themate, Dñicus, nec monialis, niſi, p̃ dimidia. Sed in nouo debito poſt nuptias, & dotem contracto cauſa dotis eſt potior. ſi tñ alter renunciauit, ſibi ſoli imputet, ſi ſtatutũ eam nõ iuuat. Et ideo ſcđm themа prædictũ excludit Dñicus omnino, monialis verò pro dimidia dotis maternæ vocat. Pridie cõſului in iſta materia ſcđm punctum aliter formatũ. Et idem cõfirmo, ſi vigeret illud ſtatutũ, de quo in cõſilio fit mentio, & viguiſſet tpe renunciationis Dñici. Sed quia nunc aſſeruit mihi, q̃ dictum ſtatutũ tunc nõ vigebat, oportet mutato themate conſulere, ſicut themа mutat. vt l. ſi ex plag. §. 3 in cliuo. ff. ad l. Aq. cũ ſi. † Itẽ auctor dẽt facere copiã inſtrumẽtorũ ſuorũ ei, cui vendidit. ff. de act. empt. l. Titius. & ad hoc tenet Io. Iſnard. pro defenſione poſſeſſionis, & ceſſionis iurium: omne eñ ius ſuũ cõpetit poſſeſſorib. ſcđm ſenſum cõtractuũ. B.

CONSILIVM LIIII.

1 *Verba, inſtituo fratrem meum mihi hæredem, & ſi is moreretur, inſtituo mihi hæredes filios ſuos, qualiter intelligantur.*

Inſtituo fratrem meum mihi hæredẽ, adijciens, q̃ ſi is moreret, q̃ inſtituo mihi hæredes filios ſuos, & nihil plus dico. † Quæritˀ, qũo hæc verba intelligantur. & ſi is moreretˀ, inſtituo filios eius. Et vr, q̃ intelligant hoc mõ, & ſi is moreretˀ. ſi me viuo, ar. de lib. & poſth. l. Gallus. & ff. de teſt. tu. l. pe. Sed hoc vr iniquũ, cũ teſtator æquẽ ſenſit de filijs fratris, & ſimpliciter. ff. de hær. inſt. l. Lucius. vnde illa verba, moreretˀ. intelligũtur, quãdocunq; etiã poſt mortẽ teſtatoris. Sed dubium eſt, quæ ſubſtitutio ſit. nã dubiũ eſt, q̃ poſt mortẽ teſtatoris põt decedere ante aditã à ſe hrditatẽ, & tũc filij eius veniũt ex vulgari. ff. de fideic. lib. l. Thais. §. Splẽdoforus. & tũc verba ciuilia, & directa ſtant in ꝓprio ſign. de vul. ſubſt. l. verbis ciuilib. & vr caſus in l. fi. C. de hęr. inſt. Alio modo põt intelligi magis largè, vt ſic inſtituo. i. precariè ſubſtituo. ff. de mil. teſt. l. quærebatur. Ergo frater ſi viueret, non haberet iſta bona libera: quia ſubiacẽt reſtitutioni in perſona filiorũ ſuorum, q̃ nõ videtur fuiſſe de mẽte teſtãtis. Itẽ ſequeretur, q̃ iſta eſſet ſubſtõ duplex, vulgaris, & fidei. De vulgari eñ non eſt dubiũ, ga eſt caſus in d. l. fi. De fideicommiſſaria non eſt magnum dubium, per ea, quæ habentur. C. de fideic. l. ſi frater tuus. verba tamen adeo directa ſunt, & ciuilia, quod fideicommiſſum ſapere non videntur. Item ordinata charitas videtur hunc intellectum potius amplecti. Eg. Bal.

CONSILIVM LIIII.

1 *Coniunctus vtrinq; an in ſucceſſione feudi paterni præferatur coniunctis ex altero tantum parente.*

2 *Donatio inter viuos non reuocatur per teſtamentum.*

Proponitur, q̃ quidam nobilis habens feudũ gentile, & paternũ, deceſſit relictis quatuor filijs: quorum vnus ex vna vxore natus, & tres erant ex alia vxore nati. Demũ deceſſit primus filius, qui erat ex prima vxore, relicto, & ſuperuiuente quodã filio ſuo legitimo, & naturali. deinde deceſſerunt duo ex filijs ſecũdi matrimonij ſine filijs.
1 † Modò quæritur, vtrum dictus nepos ex parte patris tñ coniunctis dictis patruis ſuccedat dictis duob. patruis defunctis ſimul cum fratre dictorum defunctorũ coniuncto ex vtroq; latere. Et nõ eſt dubium, q̃ in bonis non feudalibus præferuntur vtrinq; coniuncti: quia duæ rationes vincunt vnam, in auth. de conſanguineis, & vterinis fratrib. in rubro, & nigrõ. & in auth. defuncto. & in auth. ceſſante. C. ad ſen. conſ. tert. & de legitimis hær. ſed in feudo paterno non eſt ita: quia nõ attenditur in feudo fœmina, nec intelligitur eſſe maior coniunctio propter ipſius feudi naturam, quæ reſpicit conſanguineos & non vterinos,
2 vt in 10. col. qui feu. da. poſſ. c. 1. §. cum verò Conradus. † Secundò quæritur, vtrum donatio factã inter viuos poſſit per teſtamentum reuocari. & dicendum eſt, quòd non, vt C. de teſta. l. verba. & C. de do. ante nup. l. ſi ante. Ego Bal.

CONSILIVM LV.

1 *Laudum extra compromittentes, & extra res compromiſſas an valeat.*

2 *Abſolutio à iuramento in compromiſſo præſtito quando petì poſſit.*

3 *Abſolutio à iuramento no poteſt fieri, niſi parte citata.*

4 *Prohibitio arbitri de non alienando non impedit dominij tranſlationem.*

5 *Subſtituto per hæc verba, Vos inuicem ſubſtituo, ſi quis veſtrum deceſſerit ſine liberis, qualis ſit.*

6 *Dolus, vbicunq; eſt enormis læſio, præſumitur.*

1 Ad euidentiam † præmittendũ eſt, q̃ arbiter extra perſonas, inter quas aſſumptus eſt, nil laudare poteſt. ff. de arbit. l. arbitrator intra. & l. ſed interpellatur. §. ſi ex altera. & ff. de euic. l. ſi dictũ. §. ſi cõpromiſero. Nec expedit ob hoc petere reduc. vel reformationem arbitrij: quia iſte artículus eſt iuris ſcripti, qui ipſo iure patet. ff. de cond. inſt. l. quæ ſub conditio. §. de hoc iure. niſi eſſet talis articulus, de quo inter doct. eſſet concertatio. ff. de re iud. l. cum prolatis. ff. de mi. l. Æmylius Largianus. Secundò præmittendũ eſt, q̃ tres ſunt caſus. nam aut laudum habet in ſe bonam fidem arbitri, ſeu arbitratoris: aut habet in ſe dolum expreſſum ex inſpectione laudi: aut habet in ſe dolum velatum. Primo caſu ptãs
2 data arbitro eſt ſeruanda in quanto, & in quali, nec † põt peti abſolutio iſti. C. de tranſa. l. ſi quis maior. Secũdo caſu laudum non valet, nec eſt neceſſaria abſolutio à iuſo: cum euidens dolus, & calumnia apparet. ff. de ope. lib. l. ſi libertus ita. & in cap. Quintauallis. de iureiu. & ff. man. l. creditor. §. Lucius. in fi. Tertio caſu præſumitur pro laudo, donec liquidetur contrarium. C. de admin. tu. l. ſi bonam. de euic. l. Herennius. §. 1. cõtrarium autẽ non poteſt liquidari, niſi in iudicio, ad quod nõ poteſt deueniri, niſi prius abſoluatur à iuſo, extra de iureiur. c. 1. Tertiò eſt præmittendum, q̃ quandocunq; in iudicio requiritur aliquod præambulum, illud eſt exercendũ cauſa ſummatim cognita, tacito eo, q̃ lædi põt, vt ff. ad exhiben. l. thеſaurus. & † ideo
3 abſolutio à iuſo nõ põt concedi parte non citata. C. de tranſac. l. cũ hi. §. fi prętor. de re iu. l. de vnoquoq;. etiã ſi aſſimiletur intere
4 locutoriæ. de ado. l. nã ita diuus. cum ſi. † Quartò præmittendũ eſt, q̃ prohibitio arbitri de nõ alienãdo, nõ impedit tranſlationem dominij, extra de teſt. c. Ray. tñ ſi ſit cõtra, & arbitro erat data hæc põs, incurreretur in pœnã: aliàs ſecus: quia iſtud c. eſt extra mentẽ & eſt de tractu futuri tpis, ac ẽt iurib. contrariũ, vt ff. de pact. l. nemo. vnde & ſi renunciatũ ſit damno, & ipſi contingenti poſſit renunciari, vt in §. illud nulla. in l. iuriſgentiũ. ff. de pac. tñ iſtud præceptũ non clauditur ſub põte conceſſa, ar. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. hæreditatis. & in §. duo fratres. l. qui Romæ. ff. de ver. obl. & ff. de tranſ. l. qui cum tutorib. & ff. de pa
5 l. 1. † Quintò, & vlt. præmittendũ eſt, q̃ illa ſubſtitutio, vos inuicem ſubſtituo: ſi quis veſtrũ deceſſerit ſine filijs, pp cõdit. inſertã de liberis, iudicaret fideicommiſſaria poſt aditam hæreditatẽ. C. de inſt. & ſubſt. l. generaliter. iuxta no. in l. precib. in pe. gl. magna. C. de impu. & C. de teſta. mil. l. in teſtamento. Ex his apparet, q̃ ſubſtitutio facta per dom. Alberic. fuit fideicõmiſſaria. Itẽ apparet, q̃ laudũ extra cõpromittentes latum fuit nullum. Item apparet, q̃ laudum ſuper non compromiſſis fuit nullum: & in his non eſt neceſſaria abſolutio, vbi nulla eſt cõcepta obli-
6 gatio. ff. de pac. l. ſi vnus. §. ante omnia. † Item nõ eſt omittendũ, q̃ vbicunq; laudũ habet in ſe enormitatẽ, præſumitur etiã doloſitatem habere, vt no. Bar. in l. fi. ff. de præſcrip. Ego Bal.

CONSILIVM LVI.

1 *Si quis vendidit alicui aliquam rem, & habeat eam in feudum nobile, & poſſit illud vendere, & alienare, &c. an poterit facere teſtamentum de illo feudo: & an de illo deduceretur Trebel. vel falc. & nu. 2.*

Commune Aſt. perſuum ſyndicũ legitimè cõſtitutum vendidit, & tradidit nobili viro dom. Ant. Turcho de Turchis caſtrum, villam, & homines loci montis magni, tenendo tamẽ in feudum gentile, antiquum, & paternũ à dicto cõmuni Aſt. appoſito inter cætera pacta, q̃ dictus emptor, & hæredes ſui poſſint dictum caſtrum, & villam cum pertinentijs, vt ſupra, vendere, & donare, pro anima iudicare, vel quotiis alio modo, vel titulo alienare in partẽ, aut in totum cuicunq; perſonæ voluerit, dumtũ dicta perſona ſit ciuis Aſt. & obediens cõmuni Aſtenſi, &c. Et ſupponit, q̃ cõe Aſt. tũc habebat ptãtẽ vendendi, & iuriſdictiones ẽt concedendi, ſicut hñt alia cõia: puta Tuſcia, & ſimilia, q̃ habent in ſuo territorio plenã iuriſdictionẽ. tandẽ dictus emptor, ſeu ſui ſucceſſores impetrauerunt ab Imperatore dictũ caſtrum, & villã montis magni cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iuriſdictione nomine nobilis, & antiqui feudi, & paterni. Deinde dictus do. Ant. fecit de dicto feudo teſtũ: quæritur, vtrum de dicto feudo

cto feudo potuerit teſtari, & aſtringere filios ſecundum formã
1 teſtamenti. † Reſpondeo, ſecundùm propriã naturã feudi nulla valet ordinatio teſtamenti, vt in tit. de ſuc. feu. c. 1. colla. 10. tamen in proprietatẽ, & alternatam à pacto, vt in 10. col. de feu. non habente propriã feudi naturã. c. ſi quis ea lege. & ideo ordinatio dicti feudi paterni valuit, & potuit cõcedere dictũ feu-
2 dum ea lege, qua voluit. † Sed dubium eſt, vtrum dictũ feudum potuerit concedere magis liberè, quã ꝓpria ſua bona, id eſt, vt nõ patiatur falcidiã, vel Treb. ſicut nõ pateretur, ſi per viã contractus alienaretur, & vr, q̃ eodem modo videat cenſeri feudũ, quo reliqua bona hoc caſu, vt ff. de ſepar. bo. l. 1. §. ſciendũ. nam cenſetur corpus patrimonij. ff. de vulg. ſubſt. l. ſed ſi plures. §. filio. In contrariũ vr: quia potius beneficio dñi eſt permiſſa alienatio, quã ex natura rerũ acquirendarum. Sol. vr dicendũ, q̃ intelligatur, q̃ dictum feudum videatur incorporatum alijs iuribus incorporalibus. nec eſt verum, q̃ hic attendatur beneficiũ domini: quia iſtud feudum fuit venditum. vnde nõ dicitur propriè feudum, quod de natura ſui debet eſſe gratuitũ, vel quaſi. & ideo vr dicendũ, q̃ tanquã de militia empta de bonis teſtatoris imputetur in legitimã & Trebel. vt C. de inoff. teſta. l. omnimodo. §. imputari. Et quod quis nõ poſſit teſtari de alieno, pluſquã poſſit teſtari de proprio. ſi aũt eſſet facta conceſſio per modum donationis, & ſub natura feudi, tunc diceretur permiſſio alienationis facta pmiſſione domini: & poſſet fieri in toto feudo: quia duo ſunt patrimonia, hæreditariũ, & feudale: & vnum nõ ſapit naturam alterius, ar. ff. de adop. l. fi arrogator. §. ſed impuberis. & facit. ff. de pet. hær. l. item videndum. §. 1. & in c. 1. an agnatus, vel filius defuncti. 10. coll. Ex his apparet, q̃ ſi in alijs bonis iſte filius eius, qui de feudo diſpoſuit, habet legitimam & Trebel. q̃ de toto feudo liberè poteſt teſtari conſideratis pactis. nec obſtat impetratio facta ab Imperatore: quia fuit facta ad hoc, vt impetrans impetraretur duplicii iure, non ad hoc, vt magnum ius tolleretur per minus ius. ff. de interro. act. l. ſi quis vſumfructum. & ff. de acq. poſſ. l. ſi quis ante. Ego Bald.

CONSILIVM LVII.

1 *Hæredes inſtituti in rebus certis, & inſtituti ſimpliciter qualiter teneãtur ad ſoluenda legata.*

1 Si pater † inſtituit filios hæredes primò in certis rebus, deinde hæredes vniuerſales, quilibet tenetur ad ſoluẽda debita, p̃ hrditarijs portionib. nõ inſpectis prælegatis, vt C. de hær. inſt. l. quoties. ff. eo. l. ex facto. C. ſi cer. pet. l. 1. Si dos fuit data ſocero, & mortuo eo vxor remanet penes maritũ, illi dẽt aſſignari dos pro partib. cohæredis, vt ff. fa. erc. l. ſi maritus. Ego Bal.

CONSILIVM LVIII.

1 *Iudex incompetens qualiter teneatur facere remiſſionem in cauſis ciuilibus.*

2 *Remiſſio verbalis ad iudicem competentem, ſine monitio an ſit facienda, quando per pactum omnibus exceptionibus & priuilegijs renunciatum fuit.*

3 *Ad interponendum primum decretum an ſufficiat chirographum cum actis factis ſuper eo.*

4 *Ad interponendum ſecundum decretum debet conſtare de duobus.*

5 *Sententia principis non valet abſq; citatione.*

Factum ſuper quo de iure quæritur, vt infra ſequitur, eſſe oblatam petitionem pro parte Iac. Cerrati corã iudice cõmunis Aſt. contra, & aduerſus Brachium, & Petrum fratres de Boragijs, hinc & inde, & petita, atq; data fuit cautio de expenſis reſtituendis, & corã eorum iudice factis. deinde fuit Ant. Bellonis fideiuſſor, qui promiſit de expenſis reſtituendis, &c. Et poſt vigore decreti trium bonorum virorum dicta petitio commiſſa fuit tribus bonis viris, qui ſuam protulerunt ſententiã in fauoré prædictorum fratrum de Boragijs. Et partẽ aduerſam in expenſis condemnauerunt. vlterius per iudicẽ communis dictarum expenſarũ facta fuit taxatio legitimę, tamen citato dicto fideiuſſore, objicitur per partem aduerſam multipliciter vt exact. apparet. ex his quęritur, quid iuris. Et inter cætera quatuor ſunt videnda. primũ, nunquid dicta fideiuſſio de iure valeat nõ obſtante dicto decreto. Secundò, nunquid illa taxatio expenſarũ valeat, vt executionem mereatur contra ipſum fideiuſ. Tertiò, nunquid ipſarum expenſarum executio fieri poſſit ſecundũ formam capitulorũ de rebus dandis in ſolutum. Quartò, nunquid proceſſus factus per officiales, & liberatores, quos pars aduerſa negauit eſſe officiales, valeat, & cætera. Videndum eſt, vtrum iſte proceſſus poſſit fundari. Et pri-
1 ma † dubitatio eſt ratione iudicis: quia iudex ciuitatis Cumarũ non videtur iudex competens iſtius Alamani, cum nõ ſit de ſua iuriſdictione, nec ibi inueniatur ipſe, nec procurator ſuus. vnde videretur ſaltem ſcribendum iudici ſui domicilij, vt mandaret ei, vt compareret in loco litis motæ, & ſolutionis collatæ. nam hoc modo ſit remiſſio in ciuilibus cauſis, vt in c. Romana.
2 §. contrahentes. de foro comp. lib. 6. Et † pactum eſt appoſitũ, & renunciatum priuilegio, & exceptionibus omnibus, quo caſu ſcilicet quando eſt renunciatum, dicit gl. verbalem remiſſionem, ſcu monitionẽ fieri debere, vt dixi, ita dicit gl. ſingularis. l. 1. ſi quis in ius voc. non ierit. & idem no. in c. fi. de for. comp. ſuper verbo, contractus. & hoc etiam tenet Bart. & eſt notabile: tamen in caſu noſtro non poteſt teneri iſte modus, quia iudex loci non citarer, dico, quod alia via procedendum eſt, id eſt, q̃ dicti debitores citentur ſecundum ſtatuta loci, vbi ſunt res, vt no. C. de Iudæis. l. nullus. & tangit Bart. in materia repreſaliarũ. in defectum enim denegatæ iuſticiæ, vel omnino denegandæ poteſt procedi contra ordinem, vt dixi. puto tamen ſi poſſet tutè notificari, qualiter procedetur, quòd hoc eſſet notificandũ, vt eſſet intimatio, non citatio. c. cauſam. de ele. in cle. ſi per vim, vel alio modo. l. fi. C. de his, qui ad eccleſias confu. l. præſenti. §. ſanè. Secunda dubitatio eſt de reſcripto Imperatoris: ſed de iſto parum curo, cum fuerit renunciatũ. l. 2. C. de iure dominij imperrando. Tertia dubitatio eſt ratione vſurarum. Reſpondeo, quòd ego loquor de ſorte, & intereſſe iuſto, & probato, vt no.
3 in l. cũctos populos. & extra de vſuris. c. poſt miſerabilẽ. † Quarta dubitatio eſt, an dictum chirographum cum acta. factis ſuper eo ſufficiat. & dico, q̃ ſic, ſaltem quo ad primum decretum, vt auth. de exhib. reis. §. ſi verò etiam. quo interpoſito res mobiles apud miſſum cuſtodiendi cauſa eſſe debeant ante ſecũdum decretum. l. 2. C. de præt. pig. l. à diuo Pio. §. 2. de re iud. in reliquo procedetur ſecundùm ſtatuta loci, vt no. in l. 3. C. de iure dominij impet. & ſi non eſſet ſtatutum, procederetur ad venditio. & in ſubſidium ad adiudicationẽ. C. de excep. rei iud. l. ſi lõ-
4 ge. de pecul. l. ædium additio. Idcirco ego cõſidero, q̃ † de duobus debet conſtare ſcilicet de debito, & de contumacia. imo in ſecundo decreto requiritur dolus, ſeu latisdatio. quomodo aũt litigant ignorantes, & non citati, vt l. hæc aũt. qui. ex cau. in poſ.
5 eat. † Item etiã ſententia principis non valet abſq; citatione. de re iud. c. paſtoralis. in cle. Item quis ſcit, ſi Iudæi, qui nõ poſſidẽt immobilia, iſtas res diſſiparent, vel decederent cum eis, nec ne: omnia nanq; æquus arbiter conſiderare debet. Sed his ſic reſpondetur, debitor ſuſpectus eſt, quia in loco ciuitatis Cumarum non poſſidet immobilia, ergo res ſequeſtrandæ ſunt. l. ſi fideiuſſor. §. ſi. qui fariſd. cog. Item quia impetrauit ius iniquum, quomodo ergo ſatisfaciet creditoribus, qui ſuum debent recipere: difficile eſt, nã ſi bona eſſent obligata, poſſet fundari proceſſus contra detentores. l. 2. C. vbi in rem act. ff. de rei vend. l. officiũ. & illi nominarent dominum in iudicio, ſi vellent, & notificarent domino. Sed in iſtis ego non inuenio hypothecã bonorũ: perſonales autẽ actiones non ſequuntur fundum. Ego dico, q̃ illuſtris, & magnificus Dominus noſter poteſt ſtatuere, q̃ actio ſit in rem ſcripta, & ſi hoc eſt, põt citari poſſeſſor, & ſufficit citatio eius. & ſi ita dictat decretũ dñi, vel ſtatutũ loci, ex cõtumacia detentoris fieri põt miſſio. & ſi dicat, Iudæi poſſent receedere, hoc nõ præſumit, igitur detentor, qui tenet noĩe illorum theutonicorum, cum non defendit, dicti Iudæi in poſſeſſionem mittendi ſunt illis theutonicis nõ citatis quò ad primũ decretũ. Conſideranda aũr ſunt verba ſtatuti, vel decreti, quibus viſis ſcriberem præcisè. ſi emẽ decretũ, vel ſtatutũ dicit, q̃ ibi ius reddat, vbi ſunt bona: nõ eſt dubitandũ, q̃ procedi debet, ar. ff. vbi in rem act. l. fi. & ff. ad exhibendũ. l. tignũ. §. vlt. Ego Bald.

CONSILIVM LIX.

1 *Extraneus dans, vel promittens dotem pro muliere, an, & quando videatur dare animo donandi, vel repetendi.*

2 *Curator datus bonis, ſi repudietur hæreditas, vel ſuſpendatur aditio, an poſſit nihilominus de ipſis bonis dotare filiam teſtatoris.*

3 *Filia repudians hæreditatem paternam an debeat nihilominus dotari de bonis paternis.*

Tres perſonę ſunt hic conſiderandę, ſcilicet perſona promiſſoris, quæ fuit filius curatoris quondam dati bonis, & obligatus hæreditati iacenti ad reſtitutionem reliquorum, id eſt ducentorũ quatuor flor. quos pater eius quondã curator habuit, & exegit à debitoribus hæreditarijs. Secundò eſt

consideranda persona, cui fuit facta promissio 500. flor. dotis nomine, ipse eam est maritus. Tertiò est consideranda persona ipsius puellæ, pro qua dos est promissa. Itè consideräda est causa promissionis, quæ inter oës dictas tres personas versatur: videlicet, causa dotis. Primò igitur cõsideremus personam promissoris, in quantũ concernit mulierem. secundò personã promissoris, in quantum concernit maritum. Redeo ad primum, & dico, ꝙ tres † sunt casus. nam quandoq; promittit dotẽ extraneus animo donãdi, & hoc est certum. & tunc nõ est dubiũ, ꝙ omnẽ quantitatẽ promissam soluere debet, & à muliere nihil repetit: vt l. si donaturus. ff. de cond. ob cau. & l. fi. C. de dot. promi. quãdoq; est certũ, ꝙ non animo donandi, sed animo gerendi negocia mulieris: & tunc habet contra mulierẽ actionem negociorũ gestorum, vt l. cum post. §. 1. ff. de admin. tut. si vtiliter gessit negocia mulieris. secus si inutiliter, vt quia promisit supra vires patrimonij mulieris, nec ipsa ratum habeat. quandoq; est dubiũ, qua mente promittat, vtrũ animo gerendi, vel donandi: & tunc aut præcedunt aliquæ coniecturæ, quæ indicant gestionẽ, & videtur factum animo gerendi: aut aliquæ cõiecturæ donationis, & videt factũ animo donandi. aut nullæ apparent coniecturæ, & tunc lex præsumit donationem in extraneo, vt C. de rei vx. ac. l. rem in præsenti. §. extraneum. Modò ego dico, ꝙ hic apparẽt coniecturæ gestionis negociorum, & non donationis, videlicet pp reliqua officij paterni. Item pp legatum, vt l. qui negociationem. in prin. ff. de admin. tut. Sed quid si ista puella dicit se nihil habere in bonis: quia nec vult acceptare legatum paternum timens creditores hæreditarios, vt C. de iure del. l. fi. §. si præfatã. Itẽ quia si debita hæreditaria absorberent vires hæreditatis, legata nõ debentur, vt C. de leg. l. si vniuersæ. sed istud infra declarabo. Vlterius dixi, ꝙ deber cõsiderari ipsa promissio, quatenus respicit maritũ: & tunc ex quo promissio fuit facta ei simpliciter, maritus pt agere ex ipsa promissione, vt d. l. cum post. §. 1. siue eã promissor gerebat voluntariè negocia mulieris, siue animo donandi, nil ad rumbum quò ad maritũ, qui vxorem indotatam habere non debet, vt d. l. si donaturus. & ff. de act. & obl. l. si ex promissione. Sic igitur cõcludendũ est, ꝙ vir exiger dotẽ sibi promissam: & ipsa exactio fiet mulieris nomine, ergo locupletior, quia habet exactionẽ de dote sua tpe mouendam, & ex hoc suum negociũ est vtiliter gestũ, vnde ipsa tenetur vel conseruare promissorẽ indemnem, vel saltem cedere spem dotis, quæ potest cedi cõstante matrimonio: cum sit causa iusta. Item pt nominari stipulatio dotis: vt l. 2. in prin. fol. mat. & ꝙ no. in l. fi. C. de don. ante nup. Concluditur igitur, ꝙ dictus Mich. tenetur ad solutionẽ dotis: tamen habet regressum cõtra ipsam mulierẽ, quæ si habet de præsenti, vñ soluat, tenetur soluere. si verò nõ habet, vñ possit soluere, tenetur cedere spem dotis, vel ꝙ animo nouandi maritus se obliget sedm formã, d. l. 2. ff. fol. mat. Modo restant alia puncta, quę tangunt, & de legatis non est hic tractandũ: quia etiã si mulier vellet agnoscere, non posset: quia nõ adita hæreditate legata nõ debentur, etiã si hæreditas sit soluendo: vt l. si nemio. & l. eam, quã. Sed hic proponitur, ꝙ hæreditas nõ est soluendo pp æs alienũ. vñ etiã si hęreditas nõ est soluendo pp æs alienũ, etiã si hæreditas esset adita, nõ deberentur legata. Itẽ istud constat, ꝙ maritus nõ cogitur ad faciendum, ꝙ dictus soluens liberetur ab administratione: quia ad solicitudinem mariti talis liberatio nõ pertinet, nec in aliquo se maritus ad hoc obligauit, & ideo dotẽ sibi promissam exigere potest cũ effectu, sicut patet per iura superius allegata. Incidit hîc quæ-
2 stio, † vtrum curator datus bonis hæreditatis repudiatæ, vel de adeundo suspensa possit de ipsis bonis dotare filiam testatoris: & videt, ꝙ sic: dummodo non in præiudiciũ creditorum. Nam ipsa dos vt æs alienum censetur, & ipsi hæreditati inest obligatio, vt ff. de ritu nup. l. qui liberis. ff. de act. & obl. l. obligamur. §.
3 lege. Huic quæstioni alia incidit, † vtrum si filia repudiat hæreditatẽ patris, nihilominus sit dotanda de bonis paternis. & vñ, ꝙ sic, hoc ius ad eã pertinet, nõ tanquã ad hẽdem, sed tanquã ad filiã. In contrariũ vñ: quia ista dos succedit loco legitimæ portionis, quæ non debet repudianti. de istis duob. punctis fortè non habemus aliquã legem expressam pro filia: tñ facit, quia si pater tenebat dare in vita sua, ergo ista dos nõ mortis causa capit, sed seorsum: vt quemadmodũ si fuisset dotata à patre in vita, haberet dotem hẽditate repudiata: vt ff. de coll. dot. l. pater nubenti. ita si non est tradita, sed debita, ar. l. vlt. C. ad l. fal. Sed ista simili-

tudo nõ est omnino bona: quia dos soluta exiuit de bonis patrimonij. & idẽ posset dici in promissa, sed secus in nõ soluta, nec promissa: vt ff. de col. bon. l. dedit dotẽ. & l. dotẽ. & l. 3. §. sed vtrũ denuo. & l. fi. C. cõia vtriusq; iud. De curatore ipsius adultæ nõ esset dubiũ, ꝙ posset eam dotare cõgruè: vt ff. de in. do. l. siue generalis. cũ fi. finaliter quantũ ad ea, de quib. quæritˀ, dico, vt supra tũdi. Et adde, ꝙ iste maritus vellet calumniari, ga vellet primo dotem & postea vellet ꝙ vxor sua haberet legatũ: quia fortè bona succederent, quę nunc suppriminũt: vel nõ apparẽt, ꝙ nec habeat fructũ suæ calliditatis, nec posset dictus promissor ita damnificari, ꝙ dicta mulier teneatur cõseruare dictũ promissorem indemnẽ, & sub obligatione omniũ bonorũ præsentiũ, & futurorũ: vt ff. de iud. l. in omnib. & C. qui. res pi. ob. pot. l. nomẽ. Itẽ q̃tũ ad hẽditatẽ, si hẽditas esset soluẽdo, ipse est liberatus ab administratione. 204. flor. quia, vt tetigi, ipsa bona tenebantur filiã dotare, sicut & alimẽtare, vt l. 1. de ven. in pos. mit. §. quoties. vbi dr, ꝙ curator ventris, & bonorũ æquiparantur, ideo quæ incũbũt hẽditati, & bonis explicare potest, eo. tit. l. curator. E. B.

CONSILIVM LX.

1 *Arbitri, quibus est omnimoda potestas, & bailia, cum libera, & ad omnimodam voluntatem, an possint super nõ pronunciatis ferre sententiam post terminum prorogatum.*
2 *Casus omissus in sententia remanet in dispositione consuetudinis generalis.*

Sicut ꝙponit, arbitri, & arbitratores habuerũt ptãtẽ, & bailiã cum libera, & ad eorũ omnimodã volũtatẽ, & ideo videretˀ prima facie dicendũ, ꝙ possent etiã post terminum prorogatũ super nondũ pronunciatis ferre sententiã: vt
1 ff. de ver. ob. l. qui Romæ. §. Calimachus. in fi. † Sed in cõtrariũ est veritas: quia talis reseruatio nõ pertinet ad prorogandũ tẽpus, quod certos fines habet: vt ff. loca. l. si in lege. in princ. & ibi dicit Bart. ꝙ licèt ptãs habeat arbitrium sup. quoquo maleficio, non tñ potest prorogare terminum vltra formã statuti, nisi sit sibi specialiter cõcessum. ad hoc facit, ꝙ no. doc. C. de fru. & lit. exp. l. terminato. & hoc de primo puncto. Super secundo verò
2 puncto dicendũ † videtˀ prima facie, ꝙ talea, & alia onera in futurum imponenda per dictas cõitates subiri non debeant citra declarationẽ dictorum arbitrorũ: vt ff. de verb. obl. l. triticũ. intelligendo declarationẽ, quæ valeat de iure. Si igitur non est facta declaratio de iure per dictos arbitrós, vt à cõtrario sensu, ꝙ nõ valeat, & nõ debeant solui: vt ff. de off. eius cui man. est iurisdictio. l. 1. §. huius rei. & ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier. Sed contrariũ dicto: quia cessante sententia remanet in cõmune, vel generaliter cõsuetudo locorũ, sedm quam dictæ taleæ, & alia onera possunt imponi: vt ff. de mune. & hon. l. rescripta. §. fi. Casus igit omissus in sententia remanet in dispositione cõsuetudinis generalis, ar. ff. fol. mar. l. si cum dotem. in prin. & est notandũ, ꝙ verba dicunt, iuxta declarationem per eos fiendam ex ptãte per partes attributa. vbi noto verbũ, ex ptãte, quod verificari non potest elapso termino compromissi. ideo sequitur, ꝙ declaratione habita pro nõ facta valet, quæ facta est post terminum taleæ, & alia onera remaneant in iuris dispositione. ad hoc facit C. de insti. & substi. l. plus. & ff. de leg. 2. l. cum pater. §. vicos. & ita teneo, salua substantia veritatis. Ego Bal.

CONSILIVM LXI.

1 *Suspectæ verisimiliter quomodo quis dicatur.*
2 *Defensionis copia danda est contento salua iustitia.*

Literæ magnifici nostri dicũt, compellens vlterius vnũquemq; culpabilẽ, & verisimiliter suspectũ trãsgressurũ huiusmodi villas, strictas, & fostes securitates præstare, &c. quæ siquidẽ literæ iustissimæ sunt, nec aliquod arbitriũ tribuunt, nisi causa cognita, videlicet, ꝙ verisimiliter sit suspe-
1 ctus, ꝙ quidẽ † probari debet euidentibus, & claris indicijs: vt ff. de priui. cred. l. si creditores. & ꝙ no. ff. fol. mat. l. si constante. in prin. Nam vt apparet ex vi sermonis, verisimile est, ꝙ simili, & proximo verum est, & quasi immediatũ: vt C. de quæst. l. mi-
2 lites. §. oportet. † & super hoc debent recipi probationes hinc inde datę ei, qui conuenitur defensionis copia, quæ nemini denegari pt, salua iusticia: vt C. de in. fi. l. defensionis facultas. lib. 10. & ff. de re mi. l. 3. §. si ad idẽ. extra de rescr. c. 2. de re in. c. pastoralis. in cle. & ꝙ no. Inno. c. extra de consti. c. quæ in ecclesiarũ. ex quib. concluditur, ꝙ officium nobilis & spectabilis, cui scribitur, est perquisita fide veri, & hinc inde probationib. auditis, si quidem de verisimilitudine constet, ad præstandã securitatem

coger:, si

cogere, si ante nõ cõstet, vel reũ absoluere, vel saltem magnifico scribere, vt nõ possit ei nota alicuius negligẽtiæ imputari. B.

CONSILIVM LXII.

1 *Molendinum in aqua priuata, vel publica, an, & quando in præiudicium primi fieri possit.*
2 *Flumen publicum esse quibus signis cognoscatur.*

In quæstione †prædicta de molendino dico breuiter secundum Cy. & alios, ꝙ aut
1 flumen erat priuatũ illius, qui primò habuit, & eius, qui secundò fecit, vel facere vult, & tunc in sua parte potest facere secundus, faciendo principaliter, vt sibi prosit, non vt alteri noceat: vt l. Paulus. de dam. infect. & ita intelligitur, ꝙ no. gl. C. de ser. & aqua. l. manifeste. Aut flumen erat publicum, & tũc aut primus fecit molendinũ licitè, & nõ potest secundus facere, nec auferre sibi lucrum, ꝙ licitè percipit ex publico: vt ff. ne quid in loc. pub. l. 1. §. meritò. Si verò primus nõ habet licitè, tunc sedus põt eũ impedire: vt d. l. 3. vers. idem ait. Ex his sequitur, ꝙ cũ in themate nostro primus habet molendinũ licitè, sicut patet per publicas scripturas, secundus ei aquam publicã auferre nõ potest. de hoc plenè no. per Bar. & Moder. ff. de flum. l. quominus. flu-
2 mẽ † autem publicum cognoscitur ex duobus, scilicet ꝙ sit nauigabile. Itẽ & tertiò, id est ꝙ nõ fluat per prædia priuatorũ, sed per publicum alueum. Concluso ergo est, ꝙ dictum molendinum nouum in præiudicium veteris fieri non potest. Idem tenet And. de Iser. in c. 1. quæ sint regaliæ. coll. 10. Et licèt multa verba possent dici, tamen ego non delector in multitudine sermonum, sed in veritate iuris. & veritas est, vt dixi. Ego Bald.

CONSILIVM LXIII.

1 *Inuentarium factum, licèt in eo deficiant aliqua subtiles solemnitates iuris, an prosit hæredibus.*

In confectione †inuentarij possumus cõsiderare ius cõmune, & ius consue-
1 tudinariũ, siue municipale. Si eã habemus respectum ad subtilitatẽ iuris cõmunis, inuentariũ, de quo quæritur, non est legitimè factũ, & habetur pro nullo: vnde de iure cõmuni tenetur hæres in solidum. C. de iure deli. l. fi. §. & si præfatam. in auth. de hær. & falc. §. scimus. §. si verò absunt. tũ quia nõ est subscriptio, vt prudenter allegatũ est pro parte agentis: tũ quia nõ sunt tres testes adhibiti loco creditorum, & legatariorum absentium, maximè tales, quales à iure requiruntˀ: tum quia nõ fuerunt nominatim citati citandi: tũ etiã quia nõ apparet, ꝙ citati fuerint contumaces, & pp multa alia acumina iuris ciuilis. Sed si habemus respectũ ad ipsam simplicitatẽ veritatis, & quòd de cõsuetudine seruatur quidã rudis modus, & simplex inuentarij cõficiendi. Et certè in multis locis nõ seruantur legum laqueі innodantes hæredes per imprudentiam circunuentos, vt dicit Spe. & habentur in formulario tabellionũ, & notarius etiã asserit, & duo testes prædicti consonant. nec dicitur, ꝙ fraus aliqua commissa fuerit in inuentario: puto beneficium dicti inuentarij facti more patriæ prodesse hæredibus: vt non teneantur vltra vires hæreditarias, ar. l. 2. C. quemad. testa. aper. cum si. Ego Bal.

CONSILIVM LXIIII.

1 *Arbiter, vel arbitrator an possint arbitramentari parte non requisita.*
2 *Arbitrator an possit arbitramentari post annum.*

Nunquid arbiter †possit arbitramẽtari par-
1 te nõ requisita Bar. plenissimè, & eleganter disputat in l. si quis ex arbitratu. de ver. obl. & tenet, ꝙ nõ, per tex. illius legis, & alias solẽnes rationes. quæ ergo ratione tenetur citare, id est requirere, quia non est propriè citatio. eadẽ ratione tenetur audire, inquirere, examinare, assignare dilationes: quia omnium horũ principium est citatio, vt insti. de pœna temere litigan. §. fi. & in auth. in medio litis non fieri sacras iussiones. §. fi. Quod est contra Inn. & omnes docto. nam parum differt à vero arbitro. vñ de veritate debet recurrere ad arbitramentũ suum audiendũ, tamen hoc nõn est de necessitate ordinis: quia illud non est iudicium, vt in §. recepisse. l. si de meis. de arbit. vt no. Inn. de iureiur. c. Quintauallis. & hoc teneo, quãdo compromissum fit de eo, quod arbitrator potest absq; informatione partium formare: puta tantùm res valeat, quantùm in dotẽ dari conueniat. & similia, quæ de plano expediuntur, in quibus præsentia verisimiliter nõ traheret arbitratorẽ ad aliud, quã sibi ipsi videatur, ar. C. de admin. tu. l. lex quæ tu. & ꝙ no. Inn. in c. Ray. de testa. Si aũt compromissum fieret de re dubia & lite incerta, seu controuersia: tunc arbitramentator dẽt audire partes, & se informare, ar. in l. fi. C. si per vim, vel alio modo. Et hoc facto nõ est necesse, ꝙ ad suum laudũ pars citetur sedm quosdã. qñ ergo est tale quid, ꝙ nõ pt arbitrator plenè scire partiũ auditione, tunc dẽt partes audire: quia qñ nõ discutiẽ, iustũ nõ putatur. secus si nõ sit res in controuersia posita, nec indigeat disceptatione, & disputatione partis: quia arbitramentũ
2 magis accedit contractui, quã iudicio, vt dixi in l. 1. ff. de ar. † Secundò nunquid arbitrator possit arbitramentari post annum. Bar. dicit, ꝙ non, ego cõtra: quia nulla lex hoc dicit, ar. C. de diuer. reser. l. falso. & est expressum. C. de temp. app. in auth. item si. & in c. quandiu. de app. in cle. non ob. l. fi. §. 1. cõmunia de leg. quia ille §. cõtinet ius singulare fauore vltimę voluntatis. Pone, prima die primi anni fit cõpromissum, dicit lex, ꝙ pendet appellatio, etiã per infinitos annos, donec arbitretur. Vnde nec annus, nec biennium labitur appellanti. ita dicit res. ibi dum dicit, & si decies millies transierit tempus. Itẽ in dote non est dubiũ: quia dos est, ꝙ tacitè formatum à iure iudiciũ, non est declaratio quædã. de iure do. l. cum post. §. gene. eodem modo arbitrator, licèt non ad vnguem teneatur sequi rigorem iuris. Non ob. lex Theopompus. de dote præle. in verbo, iuratus. coniuncta. l. si quando. C. de test. quia gl. intelligunt, ꝙ ibi ille producebatur in testem super quantitate dotis à patre destinatæ filiæ, quã voluntatem petebat filia obseruari: & sic ibi res redacta erat ad iudicium, tandin igitur durat arbitramentalis potestas, donec labatur dilatio ad arbitramentandum. Ego Bald.

CONSILIVM LXV.

1 *Cessionarius non potest agere contra eum, contra quem non poterat cedens.*

Præmittendum est † ad euidentiã, quod
1 agens ex iure cessi nõ potest agere contra illum, contra quem obstant exceptiones pacti, vel consensus, & contra quem nõ poterat agere cedens, vt ff. de reg. iur. l. in his. §. non debeo. & in c. si quis iur. ff. de reg. iur. lib. 6. cum si. Sed mulier cedens nõ poterat agere sup reb. in quorũ alienatione cõsenserat, si certa bona sufficiebãt satisfactioni dotis. C. ad Velle. l. etiã. & l. iubemus. & in auth. siue à me. ergo nec habens iura cessa ab ea, vel habente cãm ab ea. Super aliis verò rebus, quæ subiacent hypothecæ, põt agere secundus cessionarius ẽt cõtra primũ: quia agit ex persona mulieris, non ex persona sedi cedentis. ff. q̃ po. in pi. ha. l. miles. ff. de rei ven. l. si culpa. & per Dy. in c. pro possessore. & ideo quemadmodũ poterat agere Margarita, ita potest agere vltimus cessionarius. Ego Bal.

CONSILIVM LXVI.

1 *Instrumentum in parte falsum, an reddatur falsum in totum. & nu. 4.*
2 *Venditio facta multo minori precio an sit nulla, etiam si sit iurata.*
3 *Probare quis debeat, an dicens se minorem, vel contra aduersarios dicens maiorem: & an iuramentum faciat præsumi iurantem esse maiorem: & an vbi decretum est apponi super ætate sit ea standum, & idem.*
5 *Iurans super contractu an præsumatur adultus, vel impubes.*
6 *Restitutionem in integrum petens debet probare de ætate: cum sit de substantia sui intentionis.*

Factum tale est, apparet in quodã instrumen-
to, ꝙ vendita fuerunt duo castra pro precio 2000. flor. quæ valent decẽ mill. & ille, qui vendidit, est pupillus, & iurauit non venire contra. & deinde apparet, ꝙ dictum instrm est falsum: quia non fuit venditũ nisi vnum castrum, modo ex prædictis resultant plures q. Prima, nunquid instrumentũ in parte falsum reddatur inutile in totũ. Sedò, vtrũ valeat venditio tam modico precio facta. Tertiò, vtrũ valeat dictũ instrumẽtũ. Quartò, vtrũ dictus iurans debeat præsumi adultus, ita ꝙ si dicit se pupillũ fuisse, debeat probari de pupillari
1 ætate. Quò † ad primum punctum rñdeo, ꝙ qñ falsitas in parte respicit totã rem, seu totũ contractum, vt quia in instro dicit, ꝙ vno precio fuerunt plures res venditæ, tunc totum vitiatur. sed si essent singulæ res venditæ singulis precijs, tũc vitiatur solummodo id, ꝙ falsum est: quia tot sunt scripturæ, & tot cõtractus, quot sunt res in præsentia distributæ: vt legit, & no. C. de transl. si ex falsis. & patet ex his, quæ leguntˀ. & no. ff. de ver. obl. l. scire debemus. & ff. de cuict. l. si plura. & ff. de fal. l. si filius. §. sequẽs quæstio. Alij dñt, & hoc tenet Bart. in l. si ex falsis p l. si aliquid. de suscep. torib. & archa. & lac. de Ra. etiã in eadẽ. l. si ex falsis. ꝙ falsitas in totũ vitiat: quia damnat auctorem scripturæ. Vñ cum scriptura sumat fidẽ ab auc. nisi imponat fides, tota scriptura ir-

litatur: vt ff. de eden. l. si quis ex ar. §. 2. & no. C. de prob. l. iubemus. Sed prima opi. verior est, videlicet Ac. & Old. & facit, qđ no. Inn. extra de hær. c. fraternitatis. nã licèt notarius faciat vnã scripturã falsam, tñ donec remoueat ab officio, aliæ scripturæ valent, vt no. p doc. in l. 1. ff. de infa. §. miles. nisi eo tpe, quo scripsit instrm, esset suspectus, & diffamatus de multis alijs falsitatibus & ita intelligitur gl. in d. l. iubemus. nã reatus, & infamia omnem honorem excludit, vt l. 1. C. vbi senatores, vel clarissimi.

2 Quò † ad secundũ, & tertium dico contractum pupilli nõ vale-
3 re, nec instrm, vt in auth. sacramẽta puberũ. † Quò ad vltimum punctũ dico, q̃ si fuit appositũ iudicis decretũ, præsumitur pro decreto iudicis, vt no. in Spec. de emp. & ven. Sed si non fuit appositũ decretũ iudicis, iudex habet decernere, & onus probandi imponere, vel transferre, vt no. ff. de mi. l. de ætate. Sed si minor est absens, ita q̃ ex aspectu non p̃t iudicari, vel iudex nolit: vel dubitat: tũc ille, qui vult resoluere cõtractũ ex ætate ꝓbare dẽt: ga inde se fundat, vt no. in l. 3. ff. de arb. & ff. de in integ. resti. mino. l. si minorẽ te. cũ si. & ista est veritas. Quò ad primũ punctũ, † an instrm in parte falsum reputeť falsum in toto. gl. dicit, q̃ nõ. C. de vet. iu. enuc. l. 2. in vlt. col. & C. de trãſ. l. si ex fall. Sed Iac. de Rau. & Cy. ibid. dicunt, q̃ si instrm est falsum dolo notarij scribentis aliter, quã sit dictũ, nõ dicit propriè falsum, nisi interueniat dolus, vt no. C. de fal. l. nec exemplũ, tũc tota scriptura vitiať, nam q̃ falsum est, reprobat: quia falsum. reliquũ autẽ, quia suspectũ denigrat: imo annihilat fidem scribentis, vt no. 9. dist. c. si ad sacras. & de eden. c. si quis ex argentarijs, §. 2. & de his, qui no. infa. l. 2. §. miles. & C. de suscep. & archa. l. si aliquid. nisi esset imposita fides alijs partib. instři, vel per assertionẽ, vel impugnando instrumentũ in aliquo, & non in cæteris, vel per testes, vt C. de probat. l. iubemus. & idem dicimus in teste, vt extra de restť. c. in nostra. Sed dominus Inn. in c. fraternitatis. extra de hæret. distinguit, q̃ aut instrumentum est falsum in solennitate, & tunc totum vitiatur, vt si sit falsus dies, vel falsa indictio: quia illud vitium respicit instrumentũ in qualiber parte sui, vt C. de falſ. l. si creditor colludens. & ff. de fid. instru. l. repetita. & ff. ad Velle. l. Seia mancipia. & C. de testa. l. si vnus. & ff. quemad. testť. aper. l. 1. & quod no. ff. de eden. l. 1. §. editiones. & instit. de inutil. stipul. §. item verborũ. Aut est falsum contra veritatem negocij, & tunc refert, aut circa substantialia, aut circa quędam accidentalia. Primo casu totum vitiatur: & secũdo non. Pro hoc facit, quod no. C. de falsis. l. satis apertè. Alij dicunt, quod aut falsitas in parte respicit totũ contractum, vel dispositionẽ: vt quia plures res dicuntur venditæ vno precio, cum non fuerit facta mentio in contractu, nisi de vna re. & tunc totum instrumentũ est falsum: quia vnum instrumentũ, & est de vno actu indiuisibili, vt ff. de ædil. edi. l. cum eiusdem. quia in correlatiuis, & etiã in confusis, vbi vnum est falsum, necessarium aliud est falsum. Aut falsitas non respicit totum actum, vt quia in eadem charta continetur venditio singularium rerum precio cuiq; distributo, vt 10. pro boue, & 20. pro equo. tunc non imputatur falsum id, in quo falsitas non reperitur, vt ff. de falſ. l. filius. §. sequens quæstio. Nam istud non videť vnum instrumentũ, sed plura instrumenta, vt ff. de mino. l. etiã. §. ex causa. ff. de ædil edi. l. si plura. & ff. de verb. obl. l. scire debemus. & licèt notarius faciat vnũ instrumentũ falsum, tñ alia instrumenta non irritantur, donec sit remotus ab officio, vt no. Inn. in d. c. fraternitatis. & de accu. c. qualiter, & qñ. vbi tradit regulã de omnib. quæ geruntur ex publico officio: quia valet, q̃ gerit in veritate, donec sit depositus ab auctoritate. ad quod facit, quod no. C. de dignitatibus. l. iudices. li. 12. Ego ex omnib. istis sic cõcludo, q̃ aut instrm ratione falsitatis caret solennitate, aut caret facti veritate, aut est suspectũ, aut falsum legis fictione, & nõ veritate in cõtrariũ facta probatione. Primo casu in totũ vitiatur: quia solennitas abest, quę respicit totũ instrm in qualibet parte sui, vt C. de tab. l. gñali. Scdõ casu, aut instřa sunt separata re, loco, & tpe: & tũc vitiať solũmodo id, q̃ falsum probatur, donec notarius ab officio dejiciatur. Aut est vnũ instrm vno contextu factum super eodẽ c. & tũc vitiať. Aut super pluribus differentibus substantia: & tũc sunt opiniones. mihi vř, q̃ satis possit defendi opinio negatiua, scil. q̃ in nullo valeat. tali noua ratione de solennitate totius instři est, q̃ notarius sit rogatus, vt no. in auth. de tabel. §. nos verò. Si ergo in hac solennitate mentitur in aliquo: quia scribitur falsum, de quo nõ fuit rogatus, vř per datam superius regulã totũ vitiari. Alij dñt cõtrariũ: quia iste rogitus est diuisibilis, dies autẽ, & cõsul nõ p̃t diuidi, vt ff. de eden. l. si quis ex argen. §. si ipsiũ tabularũ. Tertio casu irritatur solũ id, q̃ suspectũ est, si sine iniuria cõtrahentium possit ab alijs separari, vt no. C. de edi. di. Adr. tol. l. edicto. Quarto casu id solũ vitiatur, in quo legis fictio reperitur, vt d. l. filius. §. sequens quæstio. Scdõ † quæritur, præsupposito vero pro vero, videlicet q̃ sacramenta impuberũ nõ dant eorũ cõtractibus firmitatẽ, sed in reątũ periurij doli capax possit incurrere, vt in auth. sacr. pube. nunquid iurans presumit pupillus, vel adultus. Et dicendũ est, q̃ si talis contractus habet solennitatẽ, præsumam eum adultũ p̃p iudicis præsentiã, & decretũ: quia vbi decretum iudicis inuenitur appositũ, ibi præsumitur rite actũ, vt no. in l. 1. C. de fid. instr. & iure hastæ fiscal. lib. 10. & leg. 1. C. de prædijs cur. eo. lib. & l. actor. rem ra. hab. & in Spec. de emp. & vend. §. videndum. Aut nõ est appositũ iudicis decretũ: & tunc si quidẽ iudex aliquid pronunciauit ex aspectu corporis, stamus illi pronunciationi, donec probetur cõtrariũ, quia illa pronunciatio nõ operatur, nisi circa transfusionẽ operis probandi, qñ pronunciatur ex aspectu solo, vt ff. de mino. l. minor 25. annis ex aspectu. & no. eo. tit. l. de ætate. Si verò iudex nihil ex aspectu pronunciauit, in dubio præsumitur in eam partem, quæ magis fouet cõtractum, vt no. ff. de arb. l. Labeo. circa principiũ. Alij dñt, q̃ ille debet probare ætatẽ, qui fundat se ex ætate, vt no. C. de in integ. rest. mino. l. si minorẽ te. quæ opinio habet istam consequentiã, q̃ aut minor posset, & est reus, & tũc auctor probetur, cum de substantia efficacis cõtractus sit ætas, vt no. ff. de peti. hær. l. cogi. & instř. quib. alienare licèt. in princ. Aut possidet aduersarius, & minor agit ad rescissionem contractus, & tunc minor debet probare, vt instř. de interd. §. cõmodum. & ff. de prob. l. cum de ætate. † Illud est certũ, q̃ vbicunq; minor peteret restitutionẽ in integ. ipse debet probare ætatẽ: quia est de substantia suæ intentionis: & quia agit cõtra ius cõmune, vt ff. de mino. l. intra vtile. & ff. de iureiu. l. nam & postea. §. si minor. Ego semper ætatẽ præsumo contra contrahentem: quia est solennitas, seu substantialitas intrinseca. aliam verò solennitatem extrinsecam nõ præsumo, vt plenè no. in l. sciendũ. de verb. obl. & ff. de publ. l. quæcunq;. §. fi. cum sua materia. Et cum hoc tñ stat, q̃ ex aspectu corporis pronunciatio per iudicẽ sup aspectu partib. præsentib. vel altera per cõtumaciã absente, possit iudex onus probãdi refundere, vt dictũ est superius. B.

CONSILIVM LXVII.

1 *Executio sententiæ arbitramentalis an impediatur, eo quod quis allegat sibi competere facultatem petendi reductionem, &c.*
2 *Infra quantum tempus potest peti talis reductio.*
3 *Remedium rescindendi potest deduci per viam excipiendi.*
4 *Exceptio spoliationis contra petentem executionem an possit opponi.*
5 *Petitorium an concurrat cum omni possessorio.*
6 *Petitio admittitur secundum formam iuris, & statutorum.*
7 *Termini probatorij sunt peremptorij.*
8 *Terminus statutus ad producendum habet vim interlocutoriæ.*
9 *Consultatio habet vim conclusionis.*

Quia ex facto oritur ius. l. si ex plagis. § in cliuo. ff. ad l. Aq- ideo in quæstione Ioan. Rotarij factũ ipsum primo loco præmitto, vt est iuris, q̃ breues allegationes inferius describendæ cõgruè percipiantur iuxta l. vt responsum. C. de trãſ. cum si. Ecce quidam arbitri, & arbitratores communiter electi, & assumpti per Ioan. Rotarium ex vna parte, & Rosinetum Garretũ suo nomine, & vice Roberti Garreti ex parte altera, occasione Castri, iurium, & pertinentiarũ Bellengerij: inter cętera dixerunt, pronunciauerunt, & sententiauerunt dictũ Castrũ Bellengerij cum omnib. iurib. & c. vt in sententia continetur. Et condemnauerunt dictũ Rosinetum nominibus, quibus ſ, ad dimittendũ, & relaxandũ ipsi Ioan. dictum Castrũ Bellengerij, & c. Item condemnauerunt dictũ Ioan. ad dandum, & soluendũ dicto Rosineto nominib. quib. ſ, vſq; ad certũ terminũ iam elapsum, flor. 500 auri, ratione omniũ iurium competentiũ prædictis in dict. Castro, prout in dicta sententia cõtinetur. Post quã sententiã, vt præmittitur, latã ỹ terminũ ipse Ioan. obtulit, cõsignauit, & deposuit legitimè in pñtia dñi Iudicis dictos flor. 500. qui eius mandato adhuc in deposito sunt penes Ioan. Pellatã. Vnde cum pro parte Ioan. nihil est implendum coram Magnifico, & spectabili milite dom. Fran. d. Casleriatici gubernatore huius ciuitatis. Item Ioan. obtulit quãdam significationem & expositionem præmissam plenariè narrando. Et in conclusione

clusione petijt, & requisiuit à præliba. domino gubernatore, quatenus pronuntiando declararet dictã sententiã arbitralem, seu arbitramentalẽ exequutioni demandandã pro parte, & in fauorẽ ipsius Ioãnis omni iure, via, modo & officio, quib. melius & validius potest. & ſpcipuè vigore cuiusdã capituli ciuitatis Ast. positi sub rubrica de sententijs ratis habendis, & c. Ad quę probanda producta fuerunt iura & instrumenta, vt in eius productione apparet. Exadverso comparuit Vgoninus de Gorzano ꝓcuratorio nomine p̃dictorũ de Garretis, q̃ inter cætera dixit, q̃ contra prædictã sententiã arbitramentalem facta fuit reductio ad arbitriũ boni viri coram domino iudice, qui attenta forma decreti eam commisit trib. viris, qui quidem boni viri dixerunt, pronuntiauerunt, & sententiauerũt, & declarauerunt per dictã sententiam iudicium inter ipsas partes agitatum coram eis fore nullum, reseruato tamen omni iure, quod habent ipsę partes ex probatio. & attestatio. factis, & productis in dicto iudicio coram ipsis: ira, & taliter, q̃ per ipsam sententiam nullũ fiat præiudicium iurib. & probationib. per vtranq; partem factis, & productis: reseruato iure dicto Vgonino dictorũ nominib. iterato dicendi dictam sententiam arbitralẽ, & arbitramentalem nullam, & iniquam: & quandocunq; esse reducendã ad arbitriũ boni viri. Propter quæ ipse Vgoninus dixit, requisira per ipsum Io. fieri nõ posse. Aliæ insuper exceptiones, & replicationes factæ fuerunt hinc, & inde, vt in actis apparet, ad quæ erit habenda relatio, vt l. iudices. C. de iudicijs. & c. licet causam. extra de prob. & l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. presi. cũ sim. Modò ex præmissis restat videre, quid iuris. Et principaliter hic est examinandum, nunquid requisitio Io. de iure fieri poterit, non obstante
1 dicta reseruatione reductionis ad arbitriũ boni viri. † Et omissis præmissis allegatis proculdubio dicendũ est. q̃ sic, cum nil sit impugnatium seu obstatiuũ, q̃ impedimentũ p̃ster in requisitione p̃stulara. Nã licet ipsis de Garretis reseruatum fuerit ius iterato reducẽdi, &c. qa hæc censeť habuisse in potentia, ipsam potẽtiã deuerũt reducere ad actũ iterato d. sententiã reducẽdo ad arbitriũ boni viri, q̃ quidẽ potẽtia hẽt limitatũ terminũ infra quẽ fieri dẽt, ipsa reductio, & sẽdm Sp. ỹ 10. dies, vt ipse no. in tit. de arb. §. sequitur. Sicut dicimus in appellatione: quia talis reductio est species appellationis, vt l. nõ distinguemus. §. cũ quidam. ff. de arb. Cum ergo ista reductio facta non fuerit infra decennium, restat cõcludere, q̃ nihil est obstatiuum in prædictis. Nec obst. si dicať, q̃ in sñia triũ bonorũ virorũ est appositа ista dictio, qñcunq;: quia limitať & restringitur sẽdm naturã actus, cui attribuit, ar. l. si vno. ff. loca. & conduc. & l. damni. ff. de dam. infe. & qđ no. per In. in c. ex lřis. extra de iure pa. & l. si stipũ. ff.
2 de vſufru. ergo, &c. † Vlterius adhuc sequẽdo opi. Bar. qui dicit, q̃rendo infra quantũ tẽpus fiat reductio, q̃ ista q̃stio requireret decisionẽ Principis, tñ dicit, q̃ si per annũ quis tacet, q̃ non reducat eã ad arbitriũ boni viri, q̃ vř arbitramentũ approbare, vt l. q se aggrauatos. C. de censi. lib. 11. Ita tenet l. si societatẽ. §. arbitrorũ. ff. p̃ socio. Modo ad propositũ infra annũ à die dictæ sententiæ connumerandũ non fuit reducta ad arbitriũ boni viri, ergo, &c. Præterea posito, q̃ ius reducendi nõ sit ductũ ad actũ, interim non impeditur petitio declarationis executionis: quia aliud est quid esse in actu, & aliud in potẽtia, vt l. Labeo. ff. de ſta-
3 tulib. & no. in l. 1. ff. de aqua plu. arc. † Et isto casu remedium rescindens, videlicet reductionis, est reducibile per viã excipiendi, vbi aliàs potuisset per modũ principaliter agẽdi deduci. nec hoc est absonũ: qa sic videmus in l. Pap. §. si filius. ff. de inof. testť. & l. si pteritus. ff. de bo. posť. contra tab. & in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiu. in quib. iurib. probatur, sicut remedia rescindentia examinanť per viã excipiendi, q̃ tñ potuissent principaliter intentari. Ita ergo in proposito, cũ ipse Io. p̃dicta petierit, pars aduersa habuit opponere de iniqtate, & læsione, & eã probare. Præterea & ad idẽ. Nã videmus, q̃ ius dicendi nullũ est ius formatum, & durat spacio 30. an. & tñ istud examinari põt incidenter. Verbi gratia: qa cũ petitur executio, tñ ille, contra quẽ petiť excipit de nullitate, vt l. 1. in princ. ff. q̃ senten. sine app. rescin. & l. si ptor. §. Marcellus. ff. de iud. Et nihilominus principaliter poterat intentari, vt no. in d. l. ff. q̃ sen. sine appel. rescin. & in l. 1. §. 1. ff. de ferijs. Ita etiam dicit d. Bart. in l. si expressim. ff. de app. in qõne, qualiter de nullitate cognoscať. Bene ergo cõcludit, q̃ requisitio facta p̃ Io. de iure p̃cedit nõ obstãte reseruatione data dictis de Garretis. Aliàs sequeretˢ, si quis nõ posset pete-
re executionẽ sñię, donec qs est in facultate dicẽdi, vel redarguẽdi sñiam nullã, vel iniquã, qđ executio sñiæ sero. i. tarde p̃cedit: eo qa ius reducendi, vt ſ, durat 30. an. & ius exequendi finit̃ 20. an. l. sicut. C. de præſc. 30. an. qđ etiam ridiculũ dicere. Dico igitur petitionẽ de iure p̃cedere: & p viã excipiẽdi de æquitate examinari, sicut supra probatũ est de nullitate. q̃ obijcit cõtra executionẽ, vt l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iud. & qđ ibi legit. facit l. dicati. C. si ex fal. instr. & l. si ptor. §. Marcellus. ff. de iud. & l. de fal. & c. fusicitara. extra de in integ. rest. Et ideo cũ nihil fuerit ꝓbatũ, p̃ parte dictorũ de Garretis, cui dubiũ, q̃ debeat p̃ sñiam declarari dicta sñiam esse executioni mandandã. duo tenimus p̃ parte ipsorũ fuerũt, ꝓbanda ad hoc, vt petita per Io. fieri nõ debeãt. Primũ, q̃ ipsi arbitratores dolosè & ex gratia arbitrati fuerunt. Scdò, q̃ eorũ arbitramentũ cõtineat maximã iniquitatẽ & læsionẽ re ipsa. Sed certè primũ nõ est probatũ verè: videlicet qa ad hoc nihil fuit productũ. Itẽ nec p̃sumptiue: quia dolus nõ p̃sumitur, vt l. meritò. ff. pro soc. Sed in ętia non est ꝓbatũ, quod patet eo ipso, q̃ contrariũ non ꝓbatur ex actis, vt l. inp. C. q̃ militare nõ pos. lib. 12. Et adhuc modus ꝓbandi de p̃dictis in reductione est difficilis valde: quia non debet ꝓbari arbitratorẽ fuisse arbitratũ contra iustitiã in totũ vel in partẽ: quia ad hoc non assumuntur, sed sẽdm iustitiã arbit. vt l. si de meis. §. recepitle. & qđ ibi no. ff. de ar. Sed dẽt ꝓbari, & æstimari sẽdm dubiũ cuentũ litis, inspecta etiã qualitate p̃sonarũ, vt probat gl. in l. Lucius. §. si ff, ad Treb. Aliter, n. estimatur certũ, & aliter incertũ. Et in certa interdũ ad minimã æstimã reddiguntur, vt no. ff. de pac. l. contra iuris. §. fi. & in l. si societatẽ. §. arbitrotũ. ff. pro socio. & in l. 1. C. de resc. ind. ven. & p Rayn. in l. si liber. ff. de ope. lib. Et quia ꝓbata nõ fuerunt, cõcluditur quod iure carere censetur, vt ff. de eden. l. argentarius. §. cũ autẽ. licet enim in veritate essentiæ nõ deficiat ius, tñ deficit in veritate probatio, vt ff. de fur. l. quidam tabularũ. & l. duo sunt Ti. ff. de testa. ture. facit quod no. ff. de dote Io. l. Seruus tuus. §. si plusseris. & sic, vt sæpe dictũ est, concludendum est, ꝓ parte Io. & ex p̃dictis expedita est prima exceptio partis aduerſæ. † Vlterius cõdescendo ad exceptionẽ spoliationis
4 qa objicitur pro parte eorũ de Garretis, q̃ dicta requisitio non
5 p̃cedit pendẽte dicta causa spoliationis, † quia rñdetur primò, q̃ sẽdm Petr. & Cy. in l. ordinarij. C. de rei vend. petitoriũ concurrit cum omni possessorio: & sic dicta exceptio non obstaret. Præterea & alio modo interdictum petitorii & possessorii recuperandæ ꝓponitur diuersis respectib. vt quia initio rei vendicatione ciuilis posť. tu possessorii intentas: quia dicis te spoliatũ, saltẽ possessione naturali. tunc ista iudicia p̃cedunt, vt arg. l. naturaliter. §. nihil. sẽdm quintam lect. ff. de acq. pos. & hoc ibidẽ tenet d. Bart. in quarta cõbinatione. Et hoc casu cessat priuilegiata causa spoliationis. modo ad propositũ ipsi de Garretis adducunt rem tanquã spoliati, Ioãnes verò petit sententiã declarari esse exequtioni mandandã, nec expresſè petit rem, ergo ista differunt, vt intuenti patet ad sensum: nã ista iudicia sunt incõpatibilia. qđ secus esset, si eodẽ respectu proponerẽtur: puta quia dicis te spoliatũ: & sic intentas possessorij recuperandæ. Ego verò à te eandẽ rem vendico: & tunc quia ista sunt incompatibilia, te dicere non possidere, à te petere posť. vt l. si. ff. de rei vend. pro tanto simul non p̃cedunt. Non enim impeditur possessorium in isto casu: quia me non dico dñm, vt te à possessorio excludã. Vnde cum ipse Ioannes petierit solũm declarationem p̃dictã, qua declaratiõe adhuc est locus exequtioni reali, & similiter: patet, q̃ diuersis respectib. interim ista iudicia ꝓponũtur, ideo de iure p̃cedũt. q̃ secus esset, vbi vno & eodẽ respectu prædicta ꝓponerentur. & ita limitentur dicta virtute dicti capituli, sententiæ arbitramentales exequtioni mãdentur, subditum
6 fuit p̃cipuè sẽdm formã dicti capituli. Nec hoc im ꝓbatur, † qa aliquid põt peti sẽdm formã iuris & statutorũ, vt no. do. Bart. in l. quidã. ff. rerum amot. & ꝓbatur in c. cum accessissent. extra de eo, qui mittitur in posť. causa rei seruan. & tunc accipitur sẽdm modũ vtiliorẽ ipsi agenti, vt l. si qs intentione. ff. de iud. Et facit quod no. Inn. in quadã additione noua, quam pauci habent, in c. certificari. extra de sepul. & qđ no. per me Baldum de Perusio in l. 2. ff. de prob. Ex quibus omnibus & singulis vniformiter concluditur, petitionem & requisitionẽ Ioannis de iure procedere, nõ obstãte dicta reseruatione data per ipsos bonos viros. Et etiã nõ obst. causa allertæ spoliationis, cũ reuerentia & correctione vestrorum dominorũ, & meorũ. Vltimò, non obst. quæ-

dam productio iurium facta per Vgolinum de actis, & actitatis coram trib. bonis viris, &c. quia cũ termini statuti fuerint peremptorij ambab. partibus. Ad producendũ, &c. vt apparet ex actis.† Ac etiã quia omnes termini ꝓbatorij sunt peremptorij, vt p Bar. in l. si finita. §. Iul. ff. de dam. infe. Proculdubio vlterius nõ admittitur ad producendũ. Et primò probo in simili per ca. pastoralis. extra de exceptio. oriatur, vel antiqua de nouo ipsius ad notitiã perueniat, vt d. c. pastoralis. & notatur. 13. q. 2. in prin. ergo, &c. Præterea hoc probo per l. q̃ per aliquos allegatur in contrariũ, videlicet per l. mancipiorũ. ff. de optio. lega. vbi si ter minus alicui statuatur ad eligendũ, & post terminũ pars aduersa aliquid faciat, & aliquid de bonis suis disponat, non admittit iste ad eligendum. Ita in ꝓposito per dictum terminũ in iudicio literaliter actum fuit per ipsum Ioannẽ, & etiã Vgon. vt apparet ex actis, ergo post terminũ non admittitur ad producendũ. ita
8 tenet Bar. in d. l, mancipiorũ. ff. de opti. leg.† Præterea dicti termini statuti ad producendum, &c. habent vim interloquuto. vt extra de in inte. restit. c. coram. & ꝓbatur in l. diffamari. C. de inge. mã. & in l. Titia. ff. de acc. ergo cũ p ipsam ius acquirat partib. non debet sine causæ cognitione reuocari. Et ꝙ post terminũ non admittatur, tenẽt notabiliter Paulus de Liazar. in c. constitutionẽ. extra de elec. in cle. vbi plenè de hoc. Nã etiã sequeretur, ꝙ quasi non esset litiũ finis, contra l. fratris tui. C. de trãsa. Item ꝙ præcepta iudicum essent elusoria, contra. l. si prætor. ff. de iud. Præterea per dominum Vicegubernatorẽ prædicta causa fuit data ad consulendũ Bonomino Arimino, & Antulo, & eis solutum fuit salariũ per vtranq; partem, vt est vobis noto-
9 rium, ergo ex post non admittuntur:† quia talis consultatio habet vim conclusionis in causa. Et ideo ammodo nil potest obici, seu probari, vt l. quamuis indubitati. C. de adul. & per Inn. in c. pastoralis. extra de causa poss. & proprietatis. extra de proc. c. auditis. & de test. c. fin. & de fi. inst. c. cum dilectus. Ex quib. concludo, quòd illa productio de iure non tenet. Ego Bald.

CONSILIVM LXVIII.

1 *Vis expulsiua siue fiat per seipsum, siue per alium, qualiter probetur.*
2 *Delinquens in personam, in quam nõ apparet eum voluisse delinquere, an dicatur delictum committere.*
3 *Agens astringens se ad item debet ipsam probare.*

1 **Ad euidentiam** † præmittendũ est, ꝙ violẽtia expulsiua, de qua sermo nostet, qñq; infertur per se, qñq; per aliũ: per se enim infertur, qñ pñs infert violentiã pñti, vel ministris eius, & ꝓpinquo, parenti, amico, vel seruo pro alio tenẽtibus, vt in C. si per vim, vel alio modo. l. 1. nã eis expulsis per vim, intelligitur expulsus ille, cuius nomine detinebãt, vt ff. de acq. poss. l. peregrè. §. quib. Expulsis ipsis aũt detinentib. non dicitur dñs vi expulsus, vt ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. non aũt alij. facit qđ no. C. de acq. poss. l. fi. Si quis ergo se ꝓtendat expulsum, eo ꝙ detinentes ꝓ eo fuerint expulsi, dẽt de necessitate ꝓbare, ꝙ tpe expulsionis illi ꝓ eo detinebãt, vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. interdictũ aũt hoc. Et econuerso, si qs dicit expulsum, & ab alio expellente nomine, vel contemplatione alterius absentis, & ppea contra ipsum absentem intendat interdictum vnde vi, debet ꝓbare, ꝙ tpe deiectionis illi expulsores habeant ad hoc mandatũ, vel ꝙ suo nomine factum postea habuerint ratum, vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. deiecisse. & §. quoties. & ff. de reg. iu. l. hoc iure. §. deiecit. Nec sufficit probare, ꝙ expellẽs esset familiaris eius: quia per hoc non ꝓbatur mandatũ. Nã ad relinquendum requiritur speciale mandatũ. Et hoc determinat tex. extra de restitu. spol. c. cum ad sedem. & probatur in ratione sui. ff. qđ quisq; iur. l. 3. §. si procu. Item ꝙ nec sufficit quo ad interdictum vnde vi, probari, ꝙ postea peruenit ad dñm illius familiæ quẽdã scientia, sed ꝙ ipse dominus sciebat vim suo nomine illatã. Nam si hoc non constat, cum ignorantia præsumatur, constat ignorantem certificasse, vel ratificasse non potuisse, vt ff. de reg. iur. l. in totum. Quandoq; igitur probationes in interdicto vnde vi, sunt faciles, quando directè possunt contra pñtem vim inferre. Nam iste hominis actus probatur per visum, vt not. Dy. in l. 1. in fi. & ff. de aqua plu. ar. Quandoq; probationes non sunt ita faciles, vt quando consistunt in fictione. i. in ratificatione: tunc non probãtur, nisi probatis medijs. Ex quibus infertur delictum, similiter distinguemus in reproba. Nam quædam sunt reprobationes, quæ directè probantur, quædam per medium, vt C. de fi. instru. l. scri. vnde quando præsens facit vim absenti: vel absens præsenti, ꝙ non potest esse nisi interuenientibus medijs organis, seu interuenientibus certis personis, oportet probari media, ex quib. inferatur probata ipsa actionis natura. His prãmissis venio ad propositum: hic enim intentatur, ꝙ præsentia tulit violentiam absenti, ſ. per quoddam medium; quia expulit detinẽtes pro illo absente. ergo oportet probari veta possessio tpis. i. violentiæ illatæ. Item ꝙ tenebatur pro eo per assistentes in Castro. Item ꝙ conuentus interdicto, vnde vi, expulerit. Sed potest dubitari de vno quarto, an debeat ꝓbari: videlicet ꝙ expellens sciebat illos detẽtores detinere pro illo absente. & hoc
2 stat in quadam via brocardica, videlicet† an delinquat in persona, in qua non apparet eum voluisse delinquere. Nam quædam sunt delicta realia, vt furtum, & in illis sufficit intentio ferendi, nec est necesse ꝙ fur habuerit scientiam certi domini. Ille. n. agit, qui verè est dominus rei furatæ, ignorantia, vel etiã errore non obstãte, vt ff. de fur. l. falsis. §. qui alienum. Quædã sunt delicta personalia respectu rei, vt violentia, vt no. eo. tit. l. itaq; fullo. & ff. de iniu. l. lex Corn. in prin. & in istis videtur idem, qđ in delictis merè personalib. sicut est iniuria, & percussione in personã: in quib. distinguit, aut est ignorantia, vel error circa ipsum corpus, quod ostenditur, & nõ excusat: aut circa qualitatẽ corporis, per quam iniuria ad aliam personam transfertur, & tunc excusat quo ad hoc, vt illi alij actio detur, vt ista distinctio probatur. ff. de iniur. l. qui nocentẽ. §. qui si iniuria. & §. cum aliquis. licet igitur quis offendat familiarẽ alterius, siue scit, eũ esse familiarẽ, siue nõ, facit iniuriam dño, nisi dicamus, ꝙ in vi expulsiua iniuria nõ debet cõsiderari penes voluntatẽ, sed penes effectũ. Nã considerato effectu possessio est ablata, & violentia cõsummata, vt C. vnde vi. l. cũ qrebatur. Videndũ est ergo primò, nunquid sit probatum, ꝙ illi duo nobiles, videlicet Io. Ro. & Gul. prænominati per seipsos, sicut intentatur in libello, accesserint ad castrum, & inuaserint castrum. nam iste accessus, & ista inuasio debet probari per testes, qui videtur eos intuadere, ſcdm doctrinã D. Dy. quia agitur de probando certo actu hominis præsentis vim inferentis contra præsentẽ. item requiritur, ꝙ probetur, ꝙ astantes in castro astabant ibi pro nobili viro, qui agit.
Item oportet probari, ꝙ fuerunt inde detenti, vel captiuati in castro, quod est simile deiectioni, vt l. 1. §. plures. ff. de vi & vi ar. vbi notatur, colligens prudentẽ, videtur & eum possessione priuare. nimirum quia priuat eum vsu possessionis, & arbitrio possidẽdi, & hæc omnia, put visum, debẽt ꝓbari: nec sufficit fama,
3 sed ista non vñr ꝓbata, nec sunt: qa nullus testis est, qui viderit psonas & actũ.† & est notandũ, ꝙ cũ agens se astringat ad diem, dẽt ipsum ꝓbare, vt no. in l. 1. C. qui acc. non pos, &c. Ego Bal.

CONSILIVM LXIX.

1 *Quidam instituit duas filias, & omnes liberos nascituros ex vxore sua: sed voluit, quòd filiæ essent contentæ, de libris cent. si nuberent, vel de 50. si ad religionem conuerterentur: & eis substituit filium masculum nascturum: & si nullus nascetur, substituit A. & B. patruos suos: & si nascetur masculus, illum hæredem vniuersalem instituit: nũc nullo masculo nato quid de ista hæreditate.*

Quidam instituit duas filias, & oẽs liberos nascituros ex vxore sua: sed voluit ꝙ filiæ essent cõtentæ de lib. cent. si ad matrimonium carnale peruenerint, & si ad spirituale, de lib. 50. & interim debeant alimentari: & eis substituit filium masculum nasciturum, & nullo filio existente substituit A. & B. patruos suos, videlicet A. pro duabus & B. pro tertia parte. & si nascetur aliquis masculus, voluit ipsum esse hæredẽ vniuersalem. & si aliquis ipsorum decederet in pupillari ætate, substituit dictos A. & B. & si nõ nasceretur aliquis filius masculus, tunc, & eo casu eos hæredes instituit dictos A. & B. ꝓ tribus partib. Modo nullo filio masculo nato, qritur, qs sit effectus in-
1 stitutionis, & substitutionis tam filiarum, q̃ substitutorũ.† Et vt dicendũ, ꝙ testator manifestè in casu isto transuerit ad dipondium, nam filiũ instituit hæredẽ in omnib. bonis suis. Itẽ substitutos instituit in omnib. suis bonis, ergo filias instituit in asse: & substitutos instituit in alio asse, & sic de necessitate fecit trãsitũ ad duos asses, & sic ad 24. vncias. & sic ad dipondiũ, vel diuisit asem in duos semisses. In contrariũ vñ, ꝙ testator aduersatiuè loquutus est, nã dũ in prima parte testamẽti instituisset filias, duplicẽ aduersatiuã subiunxit, vna est ibi, sed voluit, ꝙ essent contentæ, &c. Deinde subiũxit aliã, dũ dixit, ꝙ instituit filiũ masculũ hæredẽ vniuersalẽ. Sed hoc nõ põt esse, nisi institutio vniuersalis

salis filiarũ redigatur ad institutionẽ particularẽ. & deinde post-ea instituit A. & B. si masculus nõ nascereẽ. & sic, vt ita dixerim, hæres vniuersus detrahit alio hẽdi vniuerso, i. filiab. nomen, & ius hẽdis vniuersalis: & reducit eas ad hæredes particulares. ſ. in centum lib. vel quinquaginta, vel alimentis, nã scriptura posterior reformat priorem, vt C. de leg. l. cum quæstio. & ff. de hære. inst. l. interdictum. §. pater. & l. item quod Sabinus. §. sed si asse. & ff. de cond. & dem. l. non ad ea. & hanc partem puto conuenire voluntati & scientiæ testatoris. Et per hoc dictæ filiæ debent habere legata cũ suppletione legitimæ. Nã filijs vel filiq̃ inst. etiam in vno nummo omne relictũ quoque relicti titulo imputatur, etiã in legitimam. vt no. ff. ad Treb. l. si quis priore. & si qđ supra legitimã est, eius legatum vltra modum legis falcidię, hæres institutus vniuersaliter potest detrahere quartam de eo, qđ est relictum supra legitimam. Quinimmo etiã si filiæ essent hæredes pro parte, de prælegatis ꝓ parte cohæredis detraheretur Falcidia, si excederent dodrantem portionem cohæredis, vt C. fam. er. l. familia cuius. & ff. ad leg. Fal. l. Nesennius. Ex quib. apparet, quid iuris de aljs legaris, & prælegatis factis dictis filiab. & facit ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. si cohæredis. & C. fam. er. l. filium, quem habentem. Et ita dico, & consulo. Ego Bald.

Ad idem. CONSILIVM LXX.

1 *Hæredes directò instituti in eo, quod hæreditario iure capiunt, falcidiam non patiuntur. nu. 2. 3.*
4 *Quando plus esset in legatis, quàm illud plus posset defalcari per cohæredem grauatum, cuius portio est exhausta vltra dodrantem.*
5 *Relictum an cõpetatur in falcidiam seu legitimam cohæredibus filiorum.*
6 *Filius grauatus sub conditione an detrahat duas quartas.*
7 *Tacita conditio an habeatur pro conditione.*
8 *Hæredes grauati ad restituendũ an dicantur meri executores, an hæredes.*

1 **Præmittendum** est ad euidentiam, † ꝙ hæredes directò instituti in eo qđ hæreditario iure capiunt, falcidiam non patiuntur. & est ratio: quia directo iure, & de seipsis capiunt, & non à quo hęrede. pro parte verò, quam habere cupiunt iure prælegati, portione cohæredis, à quo capiunt exhausta, quia onera excedunt dodrantem suæ portionis, nõ est dubium falcidiam detrahi posse: quia pro parte cohæredis, hæc prælegata iure simplicis legati cẽsentur, vt C. ad l. Fal. l. si cohęredib. & l. si vt allegatis. nisi tm̃ accipiar à cohæredib. quantũ desiderat, deduceret, vt ff. ad leg. Fal. l. Ne-
2 sen. † Hoc præmisso in prædicto themate tria considero. Primò institutionem fœminarum cũ posthumo nascituro in tota hæreditate. Secundò grauamen appositũ ipsis filiabus, ꝙ pro dicta institutione vniuersali deberẽt esse contentæ quadã institutione: seu relicto particulari, vt ff. de leg. 2. l. cũ pater. in prine. Tertiò considero institutionem posthumorum factam verbo ciuili directo: quia dixit, instituit. Cõsidero etiam quartò videlicet, quatenus istæ institutiones inuicem relatæ, videlicet, vtrum institutiones filiarum sint reductæ ad duas institutiones per illa verba aduersatiua: sed voluit, ꝙ filiæ &c. ita ꝙ testator de institutione vniuersali filiarum transuerit ad particulare relictum,
3 siue ad particulare institutionem earũ: † an verò illa verba hanc vim exprimant, ꝙ ipsæ filiæ sint rogatæ de restituẽdo dictis substitutis reliquum quod est taxatum eis de dicta quãtitate supra. Et ista secunda pars videtur verior per casum d. l. cum pater. in prin. & de leg. 3. l. Paulo Calimaco. §. Pom. Sed istę filię sic grauatæ certum est, ꝙ possunt detrahere legitimam, vt ff. de test. l. Papin. §. quarta. & §. si conditioni. quã legitimã detrahẽt altero de duob. modis, vel tanto minus restituendo de eo, quod percipiunt iure hæreditario, vel legata petendo à cohærede de relict. ipsis filiabus. Nam ex quo filius est institutus, etiã in vno nũmo, computat sibi in legitima quicquid percepit quoquo relicti titulo, vt C. de inoff. test. l. omnimodo. ꝙ enim debeat habere tit. institutionis, non est necesse in tota legitima, sufficit enim, ꝙ in vno nummo sit ei titulus institutionis relictus, vt no. ff. ad treb.
4 l. si qs priore. ff. de mino. l. deniq;. §. sed vtrũ.† Sed pone, ꝙ plus est in legatis, q̃ in legitima: nunquid illud plus poterit defalcari per cohæredẽ grauatum, cuius portio est exhausta vltra dodrantem. Rũdeo, sic indubitanter. Sed nũquid † illud ꝙ percipitur à
5 filiab. grauatis per illa verba, ꝙ sunt contentæ, &c. computetur in quartam dictis. ſ. cohæredib. filiarum. videtur ꝙ non, vt ff. ad l. Fal. l. in quod, & l. in quartam. Sed in contrarium videtur text. in d. l. Nesen. ad l. Fal. Modò restat aliud dubium, vtrum institutio vniuersalis dictarum filiarũ sit reuocata per institutionem vniuersalem dictorum posthumorum, & substitutorum, & vñ ꝙ sic, vt C. de leg. l. cum quæsti. In cõtrariũ vñ. quia qñ tota hẽditas datur primo, & tota secundò, vel vñ transcendere ad dipondium, vel si non videatur transire, idẽ est in effectu: quia quilibet capit dimidiã. i. fit diuisio æqualis p concursum, vt ff. de hære. inst. l. interdũ. §. sed in duos. & l. itẽ ꝙ Sabinus. §. sed si asse. & hæc pars probabilior est. Restat igitur concludendum sic, ꝙ si de onerib. cõpensandis restat aliquid supra legitimam filiarum, quod eis sit relictum à cohærede, ꝙ de tali relicto derrahitur falcidia, ita ꝙ isti cohæredes habeãt suæ partis quartã partem iure falcidiæ. non. n. hoc detrahit filiab. vt hæredibus: quia directò successiones nõ defalca. sed detrahit tanq̃ singularib. legatarijs.
6 † Vnum tñ esset considerandũ, vtrũ filiæ deberẽt habere legitimã, & Trebellianicã: qa fuerint de vniuerso rogatæ. & sub conditione, vt in c. Ray. & c. Raynal. de test. in c. si pater. de test. li. 6. Supposita ꝙ vera opinione canonistarũ, & vñ ꝙ sic, per dicta in-ra. In contrariũ vñ, quia illa cõditio, si posthumus nascetur, restituatur posthumò, & si non nascet, restituat substi. nemine nato, non vñ ꝓpriè dici condõ: quia in oẽm euentũ filiæ sunt grauatæ sub contrarijs condõnib. siue posthumus nascat, siue non. vnde necesse est alterã dictarũ cõditionũ existere, vt ff. de cond. inde. l. Iul. §. 1. Cõtrariũ vñ, nã tale grauamẽ est cõditionale, & interim ad hæredẽ non transit: qm̃ persona cui debeatur, est incerta interim, vt ff. qñ dies leg. ced. l. huiusmodi. & sic ſcdm cõem observantiã doctorũ capitulorũ Ray. & Ray. Et etiã ſcdm gl. iuris ciuilis vñ, ꝙ filiæ possint deducere duas falcidias tanq̃ sub condõne rogatæ, & nõ plures, vt no. C. ad l. fal. l. quanq̃. & de inoff. test. l. Pap. & in auth. de hær. & falc. §. si quis aũt nõ implens. sup verbo, quartã. Sed ad istud põt rñderi dupliciter: qa primò falcidia fuit expresè ꝓhibira. vt C. ad l. fal. auth. sed cũ testator. Itẽ quia condõ natiuitatis posthumi vel condõnis non fuit expressa in hoc grauamine filiarũ. & licet tacitè oporteat, ꝙ intelligatur de posthumis vel de substitutis, & qđ tacita cõdõ videaẽ inesse respũ personarũ, quib. relinquit, vt ff. de lib. & posth. l. cõmodissi-
7 mè. & l. cũ posthuma. ff. de ven. insp. l. q ventri.† tñ ista cõdõ tacita nõ oĩno hẽ ꝓ condõne, vt ff. de cond. & dem. l. condõnes. q̃ extrinsecus. & ff. qñ dies leg. ce. l. qđ purè. & no. in l. q̃ sub cõdõne. §. vlt. de cond. inst. & facit ff. de cõtra. l. illud. §. fi. & ff. ad fil. l. si qs ingraui. §. vlt. & ff. de leg. 1. l. hæc verba. & not. ff. de pac. l. itẽ qa. tñ ꝙ hoc nõ expedit dispũtare, qa sufficit, ꝙ falcidia sit ꝓhibita. Ad idẽ. Considerandũ est, qi isti nõ sunt meri executores, sed hęredes, necnõ & executores. ff. de ali. & cib. leg. l. alio hęrede. secundum vnam lecturã. Sed hoc ꝓ tãto dico, vt videamus, si electio, quã ipsi fecerint de ordine Chartusiensi, & datio, & erogatio facta dicto ordini fuerit restõ ex trebelliano, nec ne.
8 † Nãille, qui rogat vt hæres, potest restituere ex Trebelliano: dictus aũt executor hoc non potest, nisi redigatur ad intellectũ hæredis fauore animæ, & pauperum, vt l. si quis ad declinandã. C. de episc. & cler. & ff. ad Treb. l. mulier. §. vt Trebelliano. Si enim ex restitutione ex Trebelliano facta trãsfusa sunt iura, & actiones, sic ꝙ hęredes ammodo nõ pñt cõtra debitores hæreditarios experiri, vt ff. ad Treb. l. ex lege. §. quanq̃. & plenè not. ff. de pac. l. si cũ emptore. nec valet ꝓtestatio hæredis facta contrà Senatusconsultũ, cum inuitus cogatur, vt ff. ad Treb. l. quia poterat. Sed videamus, si verba testatoris hoc sapiunt. & vñ, ꝙ non, qa de particulari distributione, nõ de vniuersali restitutione vñ testator esse locutus. ff. ad Treb. l. cogi. §. & generaliter. qa verba testamẽti dicũt tibi, dũ testator dicit, & si quid supererit, &c. nã qũo dici põt esse rogatus de vniuersitate, si noluit alium quã hæredem teneri ad debita, & legata soluenda, & in puris bonis omni ære alieno soluto voluit eligere pauperes. Sed qua vniuersaliter & generaliter fuit eis data potestas, ipsis quasi ex Trebelliano potuisset hæreditatem dare, & restituere prædicto ordini cum iuribus & actionibus hęreditarijs. & posito, ꝙ non esset restitutio ex Trebelliano, sed tantum quædam cessio: tamẽ quãdo cessio fit ex vltima voluntate absq; distinctione legis Titiæ. C. de nou. agit cessionarius, & non cedens, & generaliter in omni necessaria cessione. ff. de leg. 1, l. non quocunque. §. qui Caium. ff. ad Treb. l. ex facto. in prin. & §. si hæres. ff. de transac. l. fi. & in necessarijs non valet protestatio contraria. & per hoc est soluta omnis quæstio. Ego Bald.

CONSILIVM LXXI.

1 *Terminus datus à statuto, vel iudice quãdo censeatur cõtinuus, vel scriptis.*

Quandoq;

1 Quandoq; † tẽpus statuitur à lege sine ministerio iudicis, aut prętore, aut à iure ciuili. Primo casu vtile. Secundo continuum, dicit gl. inst. de perpetuis & temporalibus actionib. in prin. Vnde dicit Bar. q̃ tempus statutum per constitutionẽ episcopi intelligitur vtile: si autẽ per legẽ populi, vel per decretũ principis, intelligitur esse cõtinuum. nam tẽpus statutum à constitutione episcopi est de iure prætorio statutũ: quia est statutũ iure magistratus. Sed tempus statutũ à populo, non est statutum iure magistratus: quia aliud est magistratus, & aliud populus: apud quem secundum Inn. non residet iurisdictio. nunquam enim aliqua lex ciuilis fecit multitudinem, & populũ diffinitorẽ causarum. prudentia enim q̃ requiritur in terminatione & decisione causarum, est in paucis literatis, & solennib. viris, & nihil honestum est eorum, quę tractat multitudo, vt in Auth. de referendarijs sacri palatij. Considera, q̃ gl. loquitur de temporibus statutis à constitutione prætoria, quæ sunt clausa in corpore iuris, de extrauagantib. autem, quæ quotidie statuuntur, ista differentia non est firma. nã iudex est prætor, & in suis arbitrarijs dilationib. intelligit̃ sentire de diebus continuis. C. de dila. l. siue pars. Et ideo considerandum est, q̃ aut tẽpus statuitur ad id, quod potest fieri iudice non sedente pro tribunali, sicut est libellum dare, & appellare. hic non sunt feriæ: quia omnes dies sunt æquales. ff. de fer. l. miles. §. vlt. C. de ferijs. l. 1. Aut ad id, quod requirit decretum iudicis, non simplices aures prętoris: & tempus est vtile. l. 2. §. dies. quis ordo in bonorum possessione seruetur. Et quia statutum dicit, petierit cognitorem: quia de sua natura potest fieri omni tẽpore. videtur, quòd tempus sit continuatum: præsertim in cursu suo finali, vt C. de temp. appel. l. 2, in fi. Ego tenerem hoc, nisi quia præcedẽs statutum loquitur per modum regulę, q̃ diebus non sessionum nulla currant tempora. vnde generaliter est ista determinatio per modum traditæ regulæ, & est eadem ratio & conditio casus nostri, sicut aliorum, vt ff. quando app. sit l. 1. §. dies. ergo idem ius ad hoc. ff. de mili. test. l. in fraudem. §. vlt. & ideo dies non sessionum non computantur. Ego Bald.

CONSILIVM LXXII.

1 *Assignari cui debeant instrumenta prædiorum.*
2 *Ad quid tenetur obligatus assignare nomina debitorum.*

1 Si quæritur † de dotibus & instrumentis prędiorũ, ei consignari debent, cui remanẽt prędia, vti instructa sunt, C. ad l. Falc. l. prędiorum. C. de inoff. test. nup. l. cum ancillis. §. si non. C. de verb. sig. l. 1. Si verò quærat de consignandis nominibus debitorum, à verbis instrumenti non est recedendum, C. de prob. l. cum precib. ff. de vsufr. leg. l. si alij verò. ff. de ver. obl. l. quicquid astringendæ. extra de priui. c. porro.
2 ff. de verb. obl. l. stipu. & l. si colono. † Ille, qui tenetur consignare nomina debitorum, tenetur consignare veros debitores, nõ autem necessitatur ad consignandũ tales qui sint soluendo, nisi hoc possit facere, vel nisi post moram debentis consignare sint effecti non soluendo. ff. si cer. pet. l. periculum. C. de proba. l. ex persona. ff. de hære. vend. l. si nomen. & ibi appareat, quòd non tenetur acceptare illos, qui post moram facti sunt non idonei. Ego Baldus.

CONSILIVM LXXIII.

1 *Hæres an propter confectionem inuentarij excusetur, ne videatur temerè litigasse, & à condemnatione expensarum.*
2 *Iuramentum calumniæ an excuset ab expensis.*
3 *Expensæ vtiles & necessariæ an computentur in inuentario.*
4 *Expensa iustæ & necessariæ an minuant hæreditatem.*

Loysius Layollus fuit cõdemnatus iuxta petitionem oblatam pro parte Io. & Cardinalis fratrum de Poletis, tanquã hæres cum beneficio inuentarij, & vltra prędicta in expensis, quæ quidem expensæ fuerunt taxatæ per iudicem cõmunis: nunc petitur ipsarum executio. objicitur per partem aduersam, q̃ ipsas soluere non tenetur cum beneficio inuentarij, & sic de bonis hæreditatis prædictæ. in contrarium p
1 parte ipsorũ de Poletis. Ex his q̃ritur, quid iuris. † Et dicendũ est omissis præfationibus & põpolis allegationibus, ipsum Loysiũ teneri ad expensas circunscripto beneficio inuentarij, maximè, quia inspectis actis, & actitatis exhibitis atq; productis in causa dicta, dictus Loysius temerè & malitiosè litigauit: cũ data copia instrumẽti. fictus vsq; ad finẽ iudicij litigauerit, sibiq; cõstabat ipsos de Poletis petere posse fictum prædictum. Sed ipse testimerarius litigator negauit se hæredem, & ius nõ cõpetere ipsis de Poletis, ita q̃ ipse fuit in culpa, vt ista probãtur in l. si quis iniciatus. ff. de positi. & quod ibi no. per Bar. in l. qui in alterius. ff. de reg. iu. per eundem, & probatur in l. 2. §. item quæritur. ff. de exce. doli. l. eum, quem temere. ff. de iud. inst. de pœna temere
2 lit. §. 1. † Quinimmo in casu præmisso iuramentũ calumniæ non excusaret, vt ad plenum scribit Bar. in l. 2. ff. ad Turpil. & plenius in quodam cõsilio suo, quod incipit, Andriolus. His igitur præmissis, q̃ Loysius temerè litigauerit, dicendũ est ipsum Loysiũ teneri absq; defensione inuentarij. cum in eo cõputari debeant
3 † vtiles & necessariæ expensæ, vt l. scimus. §. in cõputatione. C. de iure delib. nam prædictæ tanq̃ æs alienum deducuntur adeo scdm Bar. in d. §. in cõputatione. q̃ si hæres pro satisfaciendo legatarijs vendat aliquã rem: & pro ea vẽdenda faciat aliquas expensas, puta in subhastatione rei, vel puta, ga soluit gabellã, tũc talis expensa deduceretur tanq̃ æs alienũ. ad idem facit. ff. ad le. fal. l. quo circa. ergo à cõtrario sensu si expensæ vtiliter non fiãt, non cõputabuntur in inuentario, ita q̃ casus est à cõtrario sensu in d. §. in cõputatione. quod quidẽ arg. est in iure validum, vt l. 1. §. huius rei. ff. de off. eius, cui man. est iurisdõ. cum ibi not. Et pro ista parte alleg. l. qui solidũ. §. etiã. ff. de leg. 2. l. nõ est ignotũ. C. de admi. tut. & l. quoties. §. sicut. ff. de admi. tut. & quod in simili no. in l. 1. §. si procurator. per Bar. ff. si quis ius dicen. nõ obtempe. & per eundẽ in l. si se non obtulit. ff. de re iud. vbi plenè tangit, absurdum etenim esset arq; ridiculum, q̃ sub defensione inuentarij temerè litiget, vt ex post de proprio nõ teneatur. Suadet igitur veritas atq; omnis æquitas, q̃ ipsi teneant̃ de proprio. Et præcipuè, quia virtute illius clypei, videlicet inuẽtarij, nos per litigia hactenus duxit, & executiones sup principali adhuc habere nequiuimus. aliàs sequeret̃, q̃ temere in ppetuũ litigare posset, & bona hẽditaria dissiparet, qđ esset in maximum dispendiũ creditorũ. p dicta in sup requirunt̃: ga hẽditas nõ erit soluẽdo sup principali. Cætera namq; supplere dignet̃ discretio dñi de iustitia cognoscentis. Franc. de Rãponib. Ad idem p Bal.
4 videndũ est, † vtrũ pp iustas expensas videatur minor hæreditas ad hẽdem pueniſſe, & sic prosit beneficiũ inuentarij, & vẽ. q̃ sic, vt no. ff. man. l. per diuersas. in gl. magna. & l. 1. de impens. in rebus dotalib. factis. per Bar. Nam impensa necessaria est pro hæreditate non minuenda seu cõseruanda, arg. C. de iure delibe. l. fi. §. in computa. & argu. ff. iudicatum solui. l. iam tamẽ. §. in hac. nec enim hæres debuit temere ius hẽditariũ indiscussum relinquere. ff. de petitio. hæred. l. illud. In contrariũ vr̃: quia ex stultitia sua fecit expensas. ff. de leg. 2. l. qui solidum. §. etiã. Item si dẽfunctus viueret, & iste tãquam defensor subijsset, & succubuisset, non repeteret has expensas, ergo nec ab hæreditate, vt ita dicam repetit. d. §. in hac. facit quod no. C. de euic. l. 1. Itẽ aut iste succubuit iustè, & imputet suæ temeritati, aut iniustè, & tunc iniuria sibi facta non debet creditori nocere. ff. de fideiuss. l. exceptione. Item beneficium inuentarij locum habet quo ad creditores testatoris, non quo ad debita, quæ contrahit hæres: qui ad ea non tenetur vt hæres, ff. de sepa. l. 1. Item ad hoc facit ff. de verb. obl. l. venditores. solutio, in his expensis non habet beneficium inuentarij. & hoc specialiter per l. toties. ff. de reg. iur. i. per regulam illius. l. Et quia istud debitum incipit ab hærede nõ facto defuncti, sed ex facto hæredis, & facit, quod no. sol. mat. l. quæ doris. per doc. beneficium autem inuẽtarij reseruatum intelligitur in his, quæ inuentarium cõcernunt, & quæ poni possunt in inuentario, non in alijs. Ego Bald.

CONSILIVM LXXIIII.

1 *Libellus concludens in hac forma, peto talia bona communicari, qua ille emit durante societate: & omnia bona tam communicata, quàm communicanda diuidi inter socios omnium bonorum procedat.*

Casus quæstionis talis est, Io. Losetus cõtraxit societatem omniũ bonorum suorum præsentium, & futurorũ cum Iac. de Marco. durante societate inter præmissos Io. & Iac. dictus Io. emit certa prædia simpliciter nomine suo. Iac. prædictus nolens amplius in societate prædicta permanere, libellũ contra Io. præmissum
1 porrexit: & in libello talis erat cõclusio. † Quare ego prædictus Iac. peto prædicta prædia, quæ dictus Ioan. durante societate emit, communicari, & omnia bona tam communia, quàm communicanda diuidi. modo quæritur, vtrũ talis libellus procedat. Quòd iste libellus, pcedat, videtur probari per ea, quæ no. ff. de inoff. test. l. qui de inoffi. C. loca. l. conductores. C. vnde vi. l. non ab re. E contra, q̃ nõ procedat cumulatio, probatur per l. fundi. & l. fundum. de exce. dicunt doc. q̃ non procedit; si simpliciter agatur. Sed si successiuè agatur, sic, vt puta, peto communicari, & facta cõicatione peto diuidi, & non simul tractabuntur, nec vna snia terminabuntur: sed successiuè, tm̃ quasi executiuè, iuxta no. per Dy. inst. de act. §. rursus. in pe. §. Et ita debet procedi primò ad cõicandum: & facta cõmunicatione procedetur ad diuidendũ. simul aũt procedi non potest: sed ordine iudiciorũ seruato: quia actio cõmuni diuidendo nõ potest proponi simpliciter, anteq̃ res fiat cõmunis. nã præposterè ageretur, & proponeretur actio nondũ nata. Et ideo dictus libellus non est bene cõceptus quo ad capitulũ diuisionis cõicandorũ: qa simpliciter fuit actũ. Sed quo ad alia capitula bene procedit libellus. Bal.

CONSILIVM LXXV.

1 *Patruus magnus, & fratres patruales qualiter succedant.*

1 Patruus † magnus est in quarto gradu: vt in stit. de gradib. §. quarto gradu: igitur pariter ab intestato succedunt: vt si plures sunt ab vno latere, quàm ex alio, succedunt in capita, vt C. de legitimis hæredib. auth. post fratribus, fratrumq; filios. Ego Bald.

CONSILIVM LXXVI.

1 *Statutum excludens ascendentes per lineam fœminam extrãtibus agnatis, an excludat etiam descendentes per eandem lineam.*

1 An statutum, † quod excludit ascendẽtes per lineam fœmininam extantib. agnatis, excludat descendentes ex eadẽ linea fœmininа. & videtur, q̃ non: qa casus à statuto omissus videtur iuris cõis dispositioni dimissus. ff. so. ma. l. si verò. §. de viro. ff. de acq. hære. l. si seruum. §. non dixit. C. de prædijs cur. l. fi. li. 10. Cum ergo statutum nõ excludat descendentes, ergo nec nos debemus excludere. In contrariũ: qa verũ esset hoc, nisi descenderet à persona inhabili: tũc enim exclusa matre tanq̃ inhabili ad succedendũ extantib. masculis, excluduntur etiã descendentes ex ea, tanq̃ descendentes ab inhabili, vt not. Cy. in l. 1. C. quæ sit longa consue. & in c. 1. qui feu. da. pos. col. 10. Sed in casu nostro non est dubiũ: cum rubrica sit clara, quæ habetur pro tex. vt no. C. ob chirographariam pecuniã. & in prœmio 6. lib. Item quia & nigrum hoc dicit, si bene intelligatur, nam post̃ dixit de descendẽtibus, subdit generaliter, seu ex eadem linea tanquam collaterali, &c. vnde hic patet, quòd loquitur de collateralium successione, & sic est decisa quæstio, q̃ filius sororis nullo modo succedit. Ego Bald.

CONSILIVM LXXVII.

1 *Fama sola an sufficiat ad torturam: & qualis debet esse fama. num. 6.*
2 *Confessio torti indebitè, licet perseuerantis, non valet.*
3 *Iudex quid facere tenetur, quando reperitur aliquis homo mortuus.*
4 *Incendium potest oriri tribus modis.*
5 *Difficilis probationis est maleficium nocturnum.*
7 *Iudex procedens ex inquisitione debet interrogare testem de causa scientiæ.*
8 *Tortura triplex est.*

Adde consilium.

1 Ad euidentiam præmitto; † fama populi, ex qua oritur infamia, infamat, & nisi trahat originem à præsumptionibus, vel indicijs, non est sufficiens ad torturã, ita dicit Bar. ff. de q. l. de minore. §. tormenta. Bar. dicit, q̃ solennis fama est illa; quæ oritur ex argumentis, extra de vsu. c. cum in diœcesi. Non aũt dicunt isti, aliud de qualitate indiciorũ, vel argumentorũ. Sed tex. dicit. C. de qõn. l. milites. §. oportet, q̃ argumenta & indicia, ex quib. quis venit torquendus, (& nomine argumentorũ etiã famã intelligo in larga significatione) si sint veri similia, & probabilia, adeo q̃ iudex sit quasi certus, q̃ suo arbitrio relinquitur, vt ff. de testi. l. 3. §. tu magis. oportẽt ergo pcedere causas, à quib. fama processit. Itẽ qualitatẽ personarũ, contra quas processit, vtrũ probatæ vitæ, vel infames sint. ff. de re mil. l. non oẽs. §. à barbaris. & in 10. coll. ex qui. cau. feu. amit. c. Obertus de orto. Et si nullæ inimicitiæ præcesserint sola fama nõ est sufficiens ad torturã. idẽ si leues, vt C. de testib. aut. si testis. ver. si verò. nec sufficiunt iactationes. C. qđ me. cau. l. metũ. nã sæpe minus faciunt homines, qui magna minantur. nã quod calore iracũdiæ dr̃, ad pœnã trahendũ non est. ad hoc facit. C. si quis Imperatori maledixerit. l. 1. nã ex personis dicta pensamũs, ac etiã ex accidentib. quibusdam. ff. ad l. Iul. ma.
2 l. famosi. † forte etiã dici plus posset, q̃ si fama est adeo nulla, q̃ nulla hẽret argumenta per se, & per famã quis torquereturr̃, & ne iterũ torqueatur per seueraret in confessione: talis confessiõ nõ valeret, ff. de qõ. l. maritus. & l. non tm̃. de app. ad hoc faciũt; quæ no. Dy. in l. 2. §. 1. ff. de excu. tu. † Sed ego pmitto, q̃ quędam sunt; q̃ non pñt contingere, nisi vno modo: vt si quis reperitur occisus gladio. Quædã plurib. modis: vt quis reperitur suffocatus in pado. nã potest esse, q̃ natando perijt, & q̃ ibi proiectus fuit ab inimicis. & tunc ad cõsiderationes intellectus bonus virse debet reducere, & ire per semitas, & circunstãtias, vtrum ille erat consuetus se balneare, necne. & vtrũ ibi sunt latrones, vel non. talia, n: præsumuntur facta, quales sunt homines. ff. de act. & ob. l. si. Secundò
4 pmitto, † q̃ incendiũ trib. modis oriri potest. l. vi diuina, & fulmine. ff. de dam. infe. l. si finita. secundo modo, malitia humana, l. si. de off. præfe. vigilum. & negligentia habitatoris. de peric. & com. rei vend. l. si vendita insula. ff. ad l. Aqui. l. si seruus ferũ. §. fornicarius. & per locum à cõmuniter accidẽtibus, qui inducit psumptionẽ iuris ex negligentia. his igitur pmissis veniamus ad
5 quæsitũ. † Et sciendũ est, q̃ maleficiũ nocturnũ est difficilis probationis, vt no. ff. qud met. cau. l. si cũ exceptione. §. hæc autem actio. C. de fur. l. furan. & ideo vbi est atrox maleficiũ, acerrima fit indagatio, arg. C. de fal. vbi non tm̃ eo vsq; ad exasperandũ, vt innocentẽ ad suppliciũ cogat seueritas tormẽtorũ. Et ideo considerandũ est, si cõtra istũ, q̃ petit torqueri, aliquid sit probatũ. Sed nõ an sit purgata infamia facti, nec ne, nã purgatio famã populi quasi fumũ in populo, qñ nõ est, non pcutit, nec ablorbet. C. de pœna iud. auth. nouo iure. extra de purgatione canonica:
6 c. ex tuarũ. † fama. n. debet esse solida, inconcussa, cresces, nõ vaga, non leuis, nõ cõtraria: qa posterior fama, & maximè melior; qui habet pro se præsumptionẽ naturæ, denigrat seu elidit alteram, quæ est sibi cõtraria. C. ne de statu defun. l. si mater. Et præmitto, q̃ aliud est probare famã & causam, aliud causam & non famã. i. aliud est probare famã & causam suspicionis: aliud est p bare famã sine aliqua causa suspiciõis: aliud est p bare suspicionem solã sine fama. & testis ad offensam, q̃ vocatur Guerinus, deponit contra Antoniũ de suspitione quadã. i. de minis: nõ autem dicit, q̃ populus ille infamet eũ. dñs Isnardus nõ deponit aliquid scdm videre meũ contra dictũ Ant. Perinus deponit contra Antoniũ, q̃ est malæ famæ. Sed ista p batio est obscura, & nihil valet ad propositũ: quia hic requiritur fama specialis, non ita generalissimo. Bernardus Suederus nihil dicit. Paulus de inimicitia non de maleficio, nec de fama maleficij testificatur. magister Bassanus Ricardus nihil dicit. Mandrinus cõtra Antonium deponit de fama, sed non de radice, ex qua debuisset proficisci incendium. Item fuit iterum examinatus: qa nõ fuit interrogatus, quo scit. † quia qñ iudex procedit ex inquisitione, debet in-
7 terrogare testẽ de causa scientiæ, aliàs dictum testis nõ probat. nam cum assumat in se officiũ inquirendi plenam veritatẽ, debet formare interrogatoria ipse ex seipso, ff. de qõ. l. vnius. §. cogniturum. † Et licet triplex sit tortura. s. leuior. C. ad sil. l. fi. in gl.
8 grauior, qñ corpus affligitur & lædit̃, & grauissima, qñ esset iustum non fieri sine astutia medicorum, ne inde mortiferũ sequeretur in ipsis tormentis. nam aliter tormẽtandi fuerunt duri carne; aliter molles, qui de leui possent flatũ emittere in tormentis: quod medici etiam cognoscunt per iudicẽ naturæ, qui dicitur pulsus. tñ in casu nostro nec ad præludia tormentorum perueniendum est, præsertim purgatiõibus, & consideratis contrarijs attestationibus nebulam sceleris remouentib. à prętorio. Et ideo dictum Antonium tam æquitate, quàm ratione pensatum relaxandum dico, consulo, si expedit prius. & de hoc meo consilio cum eius serie transmittendo Serenissimo & Illustrissimo Principi domino comiti virtutũ D. Mediolani, quem Deus conseruet. Ego Bald.

CONSILIVM LXXVIII.

1 *Torturam quæ debent præcedere.*
2 *Fama publ. an dicatur indicium certum, & verisimile ad torturam.*
3 *Incendium potest prouenire multis modis.*
4 *Tortura solenniter data an possit repeti, licet euidentius sit probatum.*
5 *Post didicita rẽ sufficiata testes noui non possunt produci, licet iudex possit quandocunq; recipere, dum tamen motu proprio, & quãdo inquisito fata est ex mero officio.*
6 *Quo ad decisionem litis inspiciendum est statutum loci commissi delicti.*

1 Textus, in quo nos debemus fundare, sic ait, † oportet autem iudices, nec in his criminibus, quæ publico-

publicorum iudiciorum sunt, ad inuestigationē veritatis à tormentis initium sumere. Sed argumētis primum verisimilibus, probabilibusque vti. Et si his veluti certis indicijs ducti ad tormenta putauerint veniendum, tunc id demum facere debeant, si personarum conditio patiatur, &c. iste est tex.no. ff. de quæstionib.l.milites.§.oportet.in quib.verbis primo iudex instruitur, vt sine causa ad tormenta non procedat, ibi, sed argumētis. Secundò exprimuntur causæ veniendi ad torméta. sunt autem causæ argumenta, & indicia. Argumenta debēt esse verisimilia, & probabilia, quæ in cōsideratione intellectus appareant omnibus, vel saltē sapientibus, vel quasi pro eodem ponātur verisimilia, & probabilia: vel vult dicere, q̄ de istis verisimilib. debeat constare per probationes, non per diuinationem. C.famierc.l.fi. & in auth. de test. imperfectis. post princi. & hæc vsque ibi. Et si his, ibi, quæ & qualia moueant iudicem, committi arbitrio iudicis. in verbo, putauerint: Super hoc autem iudex debet interloqui, non à tali interlocutoria debet posse appellari. ff. de app. reci. l. ante. non enim mero, sed æquo iudicio sine iudicis arbitrio hoc p̄mittitur, sicut omne, quod causæ cognitionem desiderat. ff. ad Trebe. l. seruo inuito. §. cum prætor. Quartò quasdam personas excipit ibi, si personarum conditio, &c. vl timò laudat statutum suum tanquā humanitate, & beneuolentia plenum. Modò quia tex. dicit, q̄ indicia debent esse certa, &
Mortuo Greg. Rabia vasallo dñi episcopi Astẽ. de loco Astelanæ, & nullo alio relicto hẽde in gradu succedendi pter Valentinã eius filiã infrascripti Gandulfi vxorẽ. Reuerendus pater dñs Asten. episcopus instituit Gãdulfum de Bregoguris suo nomine, ac vice, & nomine Valentinæ eius vxoris de Castro, villa oĩb. mero, & misto imperio, ac iurisdictione, siue posse in territorio Astensi feudi dicti dñi Episcopi prædicti, & ecclesiæ suæ. Qui Gandulfus inuestitura recepta p̃dicta p̃fato dño Episco. fidelitatẽ debitã, & homagiũ ex, & de, p supra dicto feudo fecit, q̃ Gan. & Valentina recepta, & habita inuestitura p̃dicta, & Felicitate prædicta, inobedientes fuerunt dño Epo supraſc. & quosdã homines, & bestias certorum nobilium capi fecerunt, & captos retinuerunt, & carcetauerunt, ac captiuos tenuerũt in loco p̃dicto, licet iniuste, quos hoies, & bestias ad monitiones, & ad mandatum dicti dñi Episi nec relaxare, nec restituere voluerunt. Itẽ fecerunt prædicti Gandulphus, & Valentina de feudo p̃dicto q̃dã submissionẽ, & subiũgationẽ dño gubernatori Astẽ. tã contra expressum mãdatũ p̃fati dñi episi q̃ contra tenorẽ, & formã synodaliũ constitutionũ episcopi Astẽ. q̃ p̃dictas submissiones, phibẽt, atq; dãnãt: declarãtes tales submittentes priuatos feudo illo, ꝙ submittũt, & feudũ apertũ, & confiscatũ determinãt, & declarãt &c. pp q̃ oĩa, & singula p̃dict. dñs Episco. citato, & req̃sito Gandulfo p̃dicto suo, & dictæ suæ vxoris, cuius intereat, pcura. noĩe: ac ẽt p̃sente, & intelligente, & audiẽte, ac ẽt p̃sentib. plurib. eius vasallis ec. Astẽ. Quorũ di. Gãdulfus suo, & p̃dicto, quo supra noĩe opponere vellet, seu cõtradicere, q̃ prædictũ feudũ nõ esset ob cãs prædictas recaduc. apertũ, & deuolutũ, ac ipsi dño Episcopo cõfiscatũ, p̃fatos Gãdulfum, & Valẽtinam visa submissione p̃dicta, & põderatis eius monitis, & præceptis vna cũ rebellione, & cõtumacia ipsorum Gandulfi, & Valentinæ, ac sequutus formã cõstitutionũ supraſcriptarũ, prædicto feudo, & omni iure prædicti feudi priuatos esse decreuit, & ipsum feudũ sibi, & ecclesiæ suæ reuersum caducũ, & cõfiscatũ. ac ẽt similiter ipsos Gandul. & Valen. & ipsorũ quemlibet de nouo pp prædictas cãs priuauit. cuius declarationi, & priuationi sñia d. Gan. nec oppoſuit nec contradixit: & q̃ sñia in rẽ iudicatã transiuit. & demũ d. Gãd. & Valẽtina publice, & sõlẽniter per ecclesias ciuita. Ast. dicto feudo priuari, ac ẽt excõicati, & denunciati fuerunt ob cãs prædictas, extantib. de prædictis oĩb. publicis instrumẽtis, q̃b. omnib. sic perac. præfati Gand. & Valen. præter scitũ, & contra voluntatẽ dñi supraſcripti Castrũ, & Villam prædictas cũ hominib. posse & c. ac totum feudũ prædictum vendiderunt, & alienauerunt, & ipsius feudi posse dederũt Bartholomęo Carreto, q̃ Bartho. nulla licentia à præfato dño Episcopo domino prædicti feudi, & loci habita, vel petita, prædictos Castrum. & Villã, & ipsum feudum intrauit, & accepit, & publice detinuit, & occupauit. Quod animaduertẽs prædictus dñs Epis. & cognoscẽs oĩa prædicta facta fuisse in eius opprobriũ, & contemptũ, ac suum, & suæ ecclesiæ, iuriumq; suorum damnum, præiudicium, dictumq; feudũ ex tali dãnata venditione iterato sibi apertum, & recadutũ de iure fuisse, & ad ipsum d. Episco. libere de nouo reuersum, optãs sibi, & suæ ec. super præmissis debite prouidere prædictis oĩb. & singulis scriptis, causis digestis, & examinatis, de prædictis Castro, & Villa, ac toto feudo prædicto suo, & suæ ecclesiæ infrascriptæ publice, & solenniter inuestiuit nobilem virum Simonetum Rotarij vasallum suum, & suæ ecclesiæ infrascriptæ. qui Simonetus inuestitura prædicta habita, & recepta, de, & pro feudo prædicto, fidelitatem, & homagium in forma debita fecit, & præstitit domino Episcopo supraſcripto, de præmissis extantib. publicis instrũmẽtis. postq̃ omnia supraſcripta idem dominus episcopus præfatum Bartholomęũ Garrerum prædicti loci Astẽsanæ occupatorem, vsurpatorem, & tanq̃ temerarium detentorem monuit, & requisiuit, quatenus infra certum terminũ ipsi Bartholomæo peremptoriè assigna. ipse Barth. corã dicto domino Episcopo in loco determinato comparere deberet, & se legitimè præsentaret, allegaturus, & ostensurus causam legitimam, quare alijs feudis, quæ ab ipso domino Episcopo, & eius ecclesia tenere dignoscitur, ob prædictã inuasionis, vsurpationis & occupationis, vt supra, priuari non debeat. & super isto puncto videamus totum processum signatum vsque ad finem, cuius narratio longa esset, sed de facili posset videri, & examinari, & casus super ipso formari: postremo autem dictus Barthol. misit admonitionẽ ad

curiam domini Clemen. Papæ. & tam subreptitiè, quam mendosè impetrauit literas, quæ videantur in folio signato. P. & q̃ dicunt nullo modo concessisse, nec concedi potuisse de iure, à quibus tamen literis, & contentis in ipsis per præfatū dominū Episcopum ad apostolicam sedem fuit, & est appellatum, cuius
1 appellatio pendet, & c.

Si vasallus † vendit, & tradit sub conditione, si dominus placuerit. Dicit d. Ia. de Ardi. in notabili summa sua, quod non reuertitur ad dominum, quia non dicit alienatum, quod in corpore patrimonij retinetur: domino enī non consentiente, nec naturalis possessio transit, nec aliqua cō moditas. certe nihil in fraudem factum videtur, cum talis conditio apponitur. ff. de ma. testa. l. si quis locuples. ff. d acqui. pos. l. qui absenti. §. 1. & l. si me in vacuam. in fi. ff. de condi. l. sub cōdi. Et dicit, quod ista est bona cautela ad hoc, vt vasallus nō perdat ius suum. ad hoc. ff. de cōtrahen. emp. leg. cum manu sara. §. nemo. sed videtur verius, quod si aliqua difficultas ex hoc ingerit dño, quia detentor detinet Castrum inuito domino, & est ei dudum prior aduersarius, & rebellis, quod feudum redit ad dominum rōne frau. vt ff. de iure fisci. leg. si ita fideic. ver. immo. quia licet forma verborum sonet in præmissum, tamen effectus rei consilium detegit animi. immo iste procedere dicitur, qui quadam arte verborum deludit dominum, vt no. C. de acqui. pos. l. fi. nō solum enim per casus expressos in iure perditur feudum, sed etiam per sibi similes, & maiores, vt in 10. colla. quæ fuit prima cā bene. amit. c. 1. §. sed quia. iste enim vetus dominum honorat, factis autem contemnit, & ei in feudo iniustitiam fecit. eo. c. §. itē si suo. & §. fi. in rōne literæ. Exiuit eñ de possessione, vt alius inuaderet, vel detineret. ff. de dolo. l. cum quis. vnde fraudem ex rei effectu. i. ex damno domini cernimus, & iniuriam domini ex contemptu. vnde effectum rei dicit tex. sequendum esse. ff. de iu reiur. l. 3. §. pe. Item qui facit difficiliorem rei persecutionem domino, certum est, quod damnum domini cogitat. ff. de alie. iud. l. 1. & quod no. ff. de verb. ob. l. ita quis. §. ea lege. Vnde nihil penes vasallū remanere dēt ex re, in qua fefellisset. ff. de l. cōmissoria. l. 5. post prin. Præterea iste sciebat alij dño displicere, & dominū non ratificaturū, cū iā tractus esset ad iudiciū. Vnde simulauit conditionem apponere, sed mente agitauit dño absolute p̄iudicare. ff. sol. ma. l. filiæ meæ. C. de repudijs. le. dubiū. Et sicut id, q̄ non durat, non videtur in natura productum: ita q̄ durat, videtur mentis cogitatione factū, q̄ duret. ff. de diuōr. le. q̄ ait lex. Itē si non ex cōtractu, tū ex his, quæ postea hoc secuta sunt, vasallus incidit in cōmissum, & apertū est feudū dño. & facit. ff.
2 de vsur. l. si mō. † De Papa aūt nō est dubitandū, q̄ pōt feuda ec. cōcedere: qa Papa cū omni plato cōcurrit cū iurisdictione, vt ait Ioann. mo. Et oia sua sunt, C. de quadrie. p̄scrip. l. bene à zenone. & ideo Papa bene posset ratificare tā noīe suo, q̄ noīe eccle. re
3 integra. Sed interim illud feudū apertū fuit alteri colla. † Dubiū est, an Papæ ratificatio valuerit: qa Papa nō intēdit p̄iudicare iuri alicuius. C. de eman. li. l. nec auus. ff. ne q̄d in loco publico. le. 2. §. si quis à prin. ff. de vul. sub. l. ex facto. C. de silen. l. decurione. lib. 12. nō enī intendit ecclesiā duplici onere grauare, vt vni teneatur dare æstimationē feudi, de quo fecit inuestiturā, vel p̄missionem: alteri vero, cui Papa cōcessit, teneatur feudū diuitere. ff. de leg. 2. l. Titia. §. q̄ in vita. ff. de le. 3. le. fideic. §. si qs ita. & non valet ratificatio: qa non fuit ex certa scientia, vt not. C. de rei vē. l. mater. ex qb. secundū ea, q̄ p̄ponuntur, concluditur pro dño Simoneto. Est aūt verū, q̄ de beneficio Papæ non iudicarē, nisi ipse, vel eius cōmissarius, & quia Papa conferendo vī ad se reuocare negociū, arg. ff. de testa. tu. l. si quis sub cōditione. C. d leg. l. fi. de crimine, vel instar. ff. de reg. iu. l. Nera. extra de iudi. c. cum venissent. Et q̄ not. 10. col. apud quem, vel apud quos controuersia feudi. c. 1. vnde si vnus dicit se inuestitum ab Imperatore, alter ab inferiore, Cæsaris est iurisdictio: qa in iurisdictione semper trahit ad se minorem, & hoc in petitorio, sed in possessorio posset cognoscere ptās ciui. sub cuius territorio est Castrū. extra de iudi. c. fi. & l. fi. de offi. procu. Cæsa. & le. 1. C. vbi de cri. agi. oporter. & in auth. qua in prouincia. Ego Baldus.

CONSILIVM XCVI.

1 *Statuta ciuitatis an non solum ligent ciues, sed etiam districtuales, si districtus eius sit occupatus per alios, vel si sit rebellis ciuitati, & an rebellio alicuius loci noceat singularib. personis illius loci.*
2 *Rebellis an perdat beneficia ciuitatis.*

Proponitur, q̄ consuetudo ciuitatis, & districtus Astensis hæc est, q̄ maritus lucratur dotem mortua vxore in matrimonio sine liberis. Item proponitur, q̄ duo dictrictuales Astenses contraxerūt matrimoniū. Itē proponitur, q̄ durante matrimonio ille districtus fuit occupatus p quendā Magnificū, & sub regimine suo redactus, quodq; rebellauit ciuitati. Et q̄ rebellione durante vxor decessit in matrimonio sine liberis. post hæc ille Magnificus acquisiuit ciuitatē, & reconciliata sunt oia, & cōsuetudines, & statuta dictæ ciuitatis, & districtus p eum cōfirmata. mō inter fratrē, & hērdem vxoris, & dictū maritū ora est q̄stio: qa dicit frater dotem esse restituendā, maritus lucrandā asserit, q̄ritur, quid iuris. Super his
1 sic cōsiderādū est. † Nā aut maritus non est de districtu Astensi, & dēt vti iure cōi, & restituere dotē. C. d test. l. si nō speciali. Aut est de territorio Astensi, licet inuato p dictū Magnificū. Et hic ē aduertendum, q̄ aut illud lucrum defecit ex ea cōsuetudine, aut ex lege municipali scripta in ciuitate, cuius auctoritas sola extenditur ad districtum. Primo casu, cum cōsuetudo in factis consistat, ipse districtus fecit sibi eam, & præscripsit eam, & ea vsus est rebus ipsius & factis. Vnde licet rebellauerit ciuitati, nō perdit consuetudinem suam propriam, arg. C. de testa. l. fin. Secundo casu, quando auctoritate superioris vtitur l. municipali, & non propria, tunc est videndum, vtrum per dictam occupationem eximantur à vinculo passiuo legis ciuitatis suæ. Et dicendum est, q̄ non: quia ista inuasio iura ciuilia nō tollit. Nec enim subditus obedientiam subtrahendo, vel rebellando, liberatur à
2 subiectione iuris. c. 1. de foro compe. in clem. † Secundo est videndum, vtrum per dictam rebellionem perdat beneficia illius ciuitatis, cuius de iure est subditus, licet non de facto. Et dico, q̄ aut est condemnatus de rebellione per sententiam: & tunc perdit illud beneficium. l. amissione. §. qui deficiunt. de cap. di. vnde si tempore mortis vxoris erat cōdemnatus, & inhabilis, nūquam postea habilitatem resumit, nisi restituatur in integrum: quia resti. in integrū æquiparatur postliminio, de in inte. re. le. si quis filio exhērdato. §. pen. de hērdi. instī. l. sed si in conditione. §. solemus. nā cū inutiliter, & impossibiliter dies cedit, res obtūpitur, nō aūt in suspenso retinetur, vt ff. de stip. ser. l. vsus. ff. cōia p di. l. excep. iō restit. in integrum necessaria est, vt dixi. de hoc d ver. ob. l. inter sti. §. sacram. aut non est condemnatus, & tunc nō est inhabilis, immo vtitur legib. & morib. ciuitatis suæ. ff. d pœ. l. quod ad statutū, & probatur in c. pastoralis. de re iudic. in cle. de dona. l. post contractum. vnde tunc vir lucratur dotem. & licet condemnata vniuersitas, non tamen singuli sunt condemnati, nec à beneficijs ciuitatis effecti exules, præsertim quia inuiti. vnde dicit Azo. tolle voluntatem de medio, & oīs actus erit indifferens. ff. de post. l. 1. §. si qs tū. violentia eñ facit dolum cessare in cōpulsis, vñ non p̄prie dicuntur rebelles actiue, sed passiue. l. immo. de liberali causa. Ego Baldus.

CONSILIVM XCVII.

1 *Dominus an possit vasallum inuitum cedere. Vel delegare alteri.*
2 *Concesso territorio an videantur concessi vasalli, & quid in talibus operetur consuetudo.*
3 *Inuestitura facta de feudo paterno, an tribuat ius nouum non dependens ex veteri.*

Proponitur, q̄ domini Viscarij tenent ipsum castrum cum suo territorio, & mero & mixto imperio, intra fines autem territorij domini de la Turre possident quædam in feudum ab episcopatu Ipolensi, & episcopo fecerunt fidelitatem semper. i. per vltra 100. annos. nūc vero domini de Viscario, q̄ tenēt dictū castrū Viscarij cum suo districtu: & cui fiūt renouationes, & inuestiturae de tēpore in tempus ab ecclesia Ipolensi, q̄ dicti domini de Turre iurent eis fidelitatē rōne territorij. Ipsi tñdent, & dicunt se ad id non teneri. & posito, q̄ essent vasalli ecclesiæ Ipolensis, q̄ ecclesia nō potuit eos inuitos alienare. Hic primo q̄ritur, vtrū dñs possit vasallum inuitū cedere, vel delegare alteri. Secundo, vtrum concesso territorio videantur concessi vasalli. Tertio, vtrū cōsuetudo sit seruanda. Quarto vtrū inuestitura facta de feudo paterno tribuat ius nouū nō pēdēs ex veteri. † Sup primo pūcto gl. Accur-
1 sij se expedit vno verbo, & dicit, q̄ dñs non p̄tinuito vasallo eū nouæ, & maxime ī cognitē p̄sonæ subigere, ita no. gl. ff. d fi. li. le. inuitus. nā vasalli sunt ingenui, vt no. instī. d iure p̄sonarū. vñ vēdi, vel seruituti affici nō p̄nt. ff. d ver. ob. l. iter sti. §. sacra. Item sicut dñs nō cogit̄ hre vasallū, qué nō vult, ita vasallus non cogit̄ hre dñm,

dñm quē nō vult, p̄sertim si hoc esset ei in decorū. ar. ff. de cond. instī. l. filius. & ff. de verb. sig. l. neposProculo. Nā & asinus indignat, si videt se p cōparem apprehendi, vt no. ff. de acq. pos. l. 1. §. veteres. vñ indignior ē dñm q̄s habere non debet, q̄ dignior ē. i. deū habere consueuit. arg. ff. de ac. emp. l. Titius. §. ad hoc. ff. de condi. indeb. l. si non sortem. §. libertus. ver. sed si delegatus. & quia vasallus non debet male tractari: satis aūt videtur male tractari, si cogat̄ seruire forte ei, cui nō decet. ff. de ope. li. l. operæ. nā dignitatē vasalli dñs tueri debet, nō maculare, sed augere, vel saltē cōseruare: nō minuere, nec eius deteriorē conditionē facere. ff. so. ma. l. 2. in pr. & ff. de noua. l. 1. & in 10. col. de forma fidelitatis, c. dñs vero fideli suo vicē reddere debet, &c. Excipiūt duo casus, in quib. alienari potest inuitus. f. q̄n alienat̄ in aliū vasallū, & q̄n alienat̄ causa necessitatis. secundum Ia. de Ardizono de Verona, in summa sua sub rubricella, vtrum dominus in vita vasalli possit ius, quod habet in eo, in alium transferre, vel alienare. Ideo autem excipitur casus de vasallo: quia in habentibus ſymbolum facilior est transitus. Casus autem necessitatis excipitur: quia necessitas facit, p babile, quod aliās non esset, de manumissis testamento. l. qui nō potuerit. de fideic. li. l. cum fidei. Sed Ia. Blanc. in sua summa sub Rub. de causis, propter quas domi. amittit ius dominij. tenet q̄ domi. non posset alienare ius, quod habet in vasallo inuito vasallo: sed volente sic. vnde sicut nos dicimus de vsufru. quod est ius inseparabile à persona: ita dicimus hic de proprietate seruitiorū apud dominū existente, q̄ inuito vasallo alij concedi non potest, vt apparet in 10. col. de feu. dato in vicem legi. cōmissoriæ. c. si qs inuestiuerit. & in cōstitutione Fed. c. Imperialē. §. p̄terea ducatus. ver. nec do. & d. l. Cora. c. 2. §. ex ea. l. Et est ratio: qa cōtractus feūdi à prī. & ex post facto celebratur gratia vtriusq; partis: & do. & vasallus sunt correlatiua, ar. ff. de accep. l. fi. Et hęc vera, nisi alienatio sit necessaria: puta p mortem, & successionem: quia talis alienatio est legalis. Item permissa videtur ea alienatio tanquam inseparabilis, & per se non stans, quæ fit cum vniuersitate. ff. de acquir. rer. domin. l. quædam. ad Trebel. quia perinde, & sāris potest dici vniuersitas castrorum. C. de iur. pat. l. ex literis. per Iaco. & ff. de contrahen. emp. l. in modicis. arg. ff. de acquir. posse. l. 3. §. 1. C,
2 vbi, & apud quos. l. fin. † itaque concesso castro, & vasalli veniunt in consequentiam territorij, cuius glebis sunt affixi: quia eos vniuersitas territorij terret, & circunscribit, arg. C. de agr. & cen. l. quemadmodum. & l. cum scimus. lib. 11. C. com. vtriusq; iudi. l. pol. ff. de leg. 1. l. si domus. §. qui confitetur. & facit, quod no. ff. de acquir. hæred. l. pro hærede. §. i. de dam. infect. l. si finita. §. si qua sunt iura. & C. de hære. vel act. ven. l. 2. Nam si dominus alienet totum castrum, non debent penes eum remanere iura castri. ff. de contrahen. emp. l. si aquæductus. vnde ius vniuersi soli singulæ species sequi debent, vt ff. de leg. 3. l. si chorus. in his enim consuetudo attendi debet. ff. communia prædiorum. l. venditor. §. fi. alij dicunt aliter in d. l. 1. C. de dona. non curo recitare. Sed vnum considero, quod hic fuit expresse translatum castrū cum villa, curte, iurisdictione, fidelitatibus & vasallis, & quod Papa ex certa scientia confirmauit. si autem valet de iure, vel ne, dicendum est, quod quædam sunt seruitia, quæ vasallus potest præstare per substitutum: & ius istorum seruitiorum potest cedi: quia sine indignatione potest vasallus ea præstare. Quædā sunt, q̄ non potest p̄stare vasallus, nisi suo corpore, & p se: & in istis inferior nō potest delegari inuitus: quędā sunt, q̄ consistunt in nō faciēdo: & idē quò ad ista seruitia, quod in primo casu. f. q̄ possit r quia non interest sua, totum hoc fundatur in ratione dictæ. l. 2. fol. matrim. Finaliter considerandum est, q̄ alienatio fuit facta p̄pter necessitatem ecclesiæ Ipolensis, q̄ non poterat p̄pter incursiones recipere debitas vtilitates: & ideo valuit quò ad omnia renunciatio secūdum opi. dicti doct. Veronen. Inspecto ergo principio sicut domini de la Turre tūc erant vasalli ecclesiæ, sunt facti vasalli nunc domini illius castri. C. de offi. præfe. vrb. l. 1. §. cum vrbem. tamen in isto vasallagio quò ad dominos de Viscario sunt liberati tempore: sed ab ecclesia Ipolensi, cuius recognouerunt esse fideles, non sunt li-
3 berati. † Sed tamen dicat, quod ex reuocationibus illius contractus antiqui feudi inter ecclesiam, & dominos de Viscario de vno intelligatur recognitum per dictam ecclesiam ius vasallorū ad dictos de Viscarios pertinere: cū cōcessio habeat originē, & potestatē veritatis, & substantiā cessionis: q̄ siue illi de la Turre, siue quicunque sint debeant, vel feuda dimittere, vel iurare: non. n. tenentur præcise iurare nouo domino, si volunt esse eius fideles. & sic cessant omnes inconuēientiæ. f. q̄ si noluit subalternari pari, vel minori se, dimittant feudum, & erit solutum incongruum. possunt enim dimittere: quia præter spem in nouum inciderunt dominum. Ego Baldus

CONSILIVM XCVIII.

1 *Si superior mandat inferiori, vt exequatur ipsum, vel illud, vel sententiam, executoris partes quas sint.*
2 *Si pars requirat pacem, vel index totius prouinciæ requirit iudicem alterius prouinciæ, vt exequatur, vel capiat, vel remittat, an, & quando teneatur hoc facere,*

Casus, † scribitur iudici iudicij, q̄ exequatur sup executione: opponūtur exceptiones impeditiuæ, quas videt obstare, quæritur, vtrum debeat exequi: respondetur, q̄ non. Considera: qa quandoq; scribitur alicui vt cognitori, quādoq; vt executori, qnq; vt arctatori, qui etiam executor dici potest: sed vt melius intelligatur, nouam distinctionem facio. Si enim alicui cognitio committitur expresse, vel tacite, iste habet de causa cognoscere, qa de ea nondum est cognitum, vt C. si cōtra ius, vel vtil. publi. l. & si non cognitio. prepostere um esset primò exequi, quàm cognoscere: & ordò iuris necessarius semper intelligitur inesse mandato. porro non est ab executione inciendum. ff. de re iud. l. si cū nulla. & l. 1. C. de excu. rei iudic. ibi, nimis, p̄prie Marcellus. Si enim committitur executio iam lata sententia, aut committitur cum iurisdictione, aut sine iurisdictione. Primo casu potest cognoscere de exceptionib. sententiā non respicientib. sed modum executioni dantib. ff. de confess. l. cum fideic. Itē si sententia est nulla, superseděat in executione, & scribat delegāti causam, quare non exequitur. ff. de iudi. si. l. prætor. de re iudi. c. de cætero. Secundo casu iste exequutor est merum instrumentum, & non potest recognoscere de causa: qa non habet aliquid iurisdictionis actiue, sed passiue, nudi, & necessarij executoris officio fungitur. Et si scit exequutionem esse contrariam veritati, & sine iustitia, & iudicio fieri refert, dicat, mundæ sunt manus meæ à sanguine iusti huius, & faciat vltimum de posse. de iustitia, & iure. l. vt vim. in glo. cum vero non potest plus, peccatum nō attribuit ei. si autē dubitat, præsumere debet in sua conscientia, q̄ iustū fiat. Sed quicquid sit, causæ cognitionē non habet, C. de execu. rei iud. l. si vt proponis. extra
2 de offic. dele. c. pasto. §. quid vero. in gl. † Si vero scribitur alicui vt arctatori, sicut est, quādo scribit ordinarius ordinario, q̄ arctet debitorem ad soluendum capiendo pignora, restituendo personam, vel in criminali scribit, vt capiatur, vel ad se remittatur prætensus malefactor, tunc ille, cui scribitur, nō debet esse facilis ad exequendū: quiaille, qui scribit, non est eius superior: sed hoc facit legis auctoritate. & ideo si videt non exequēdum de iure, scribat, quod non intendit alicui facere iniuriam, cum ad officium suum pertineat illicitas exactiones, & iniurias prohibere. l. illicitas. ff. de offi. præsid. sic intelligitur, quod no. ff. de bon. autho. iud. post. l. cum vnus. §. is, qui. & quod no. in auth. de sanctiss. episcopis. §. fi vero crimen. cum similib. Et ideo in casu nostro secundum ea, quæ proponuntur, supersedendum est in exequutione, non enim debet in ciuilibus fieri exequutio, vt ff. quod metus causa. l. fin. §. vltim. facit quod not. Bartol. in l. à diuo Pio. in prin. ff. de re iudic. Et in summa quando scribit iudex vnius prouinciæ iudici alterius prouinciæ, nūquam arctat eum contra ius commune, quia sola auctoritate iuris cōmunis scribit. Ego Baldus.

CONSILIVM XCIX.

1 *Appellatio ad superiorem omisso medio an valeat.*
2 *Appellatio an sit deserta, si cautio idonea ad formam statuti præstita non fuerit.*
3 *Iudex qui tulit sententiam si efficiatur iudex ad quem, an poterit cognoscere de appellatione.*

Statuto ciuitatis Ast. cauetur, quod à sententiis latis per iudicem iustitiæ communis Ast. appellatio fieri debeat infra tempora statuta à iure ad potestatem ciuitatis Ast. & iudex, à quo appellatum fuerit si petiti fuerint apostoli teneatur eos dare, vel dari facere petenti infra certam diem, postquam fuerint petiti: quia appellatione facta appellans infra octo dies proxim. teneatur facere idoneam securitatem: aliter lata sententia firma teneat, & maneat, & reputetur non appellasse, &c. Item præsupponitur.

quod quando appellatio fit ad dominum potestatem, vt supra, q̃ statim appellatione interposita iudex maleficiorum ex forma statuti, cognoscit de appellatione, & processus fiunt coram
1 eo, non autem coram potestate. † Dico, q̃ appellatio facta ad superiorem omisso medio intelligitur facta ad illum, ad quem debuit appellari, vt ff. de appellatio. l. 1. §. si quis in appellatione. Præterea hæc non videtur facta omisso medio, cum in appellatione dictum sit, appello ad iudicem competentem, vt no. C. de bo. autho. iudi. pos. l. cum proponas. item dico, quod apostoli fuerunt præstiti, & delatum appellationi, non est necesse iterum peti, nec dicitur deserta appellatio ratione apostolorum: quia frustra petit, quod intus habet. C. de appella. l. iudic.
2 † Sed dubitatio est considerato staruto, an dicatur deserta appellatio: quia non est præstita idonea cautio infra 8. dies secundum formam statuti, ad quod sic respondeo. aut in ciuitate illa est potestas, ad cuius beneplacitum debet dari cautio, & tunc appellatio est deser. aut non est ibi officium potestatis, & tunc non est deserta: quia non est, qui possit adiri pro beneplacito potestatis, cum ibi non vigeat officium potestatis, argum. extra de rescrip. c. gratiose. lib. 6. vbi enim viget officiũ potestatis, ibi
3 intelligitur vigere potestas: quamuis non vocetur potestas, sed locumtenens potestatis, vt l. 2. §. si mater. ff. ad Tert. † Sed hinc est dubium, quod idem est syndicus, & potestas, qui non potest cognoscere de appellatione obtenta alterius officij, cum ipse sit, qui tulerit sententiam, quæ dicitur iniqua, vt C. de appellat. l. eos. in prin. Ad hoc respondetur, quod alius habeat procedere, non ipse, sed iudex maleficiorum. vnde cessat suspicio. ff. de iurisdict. omni. iudi. l. prætor. Præterea iste actus satisdationis non est actus, qui tangat materiam causæ. vnde secundum ea, quæ proponuntur, appellatio videtur deserta, nisi vbi possit appellari ad principem omissis mediis. Ego Baldus.

CONSILIVM C.

1 *Si ex primo matrimonio extant liberi, ex secundo non, & pater duplo, maiorem dotem dedit filiæ, quando secundò nupsit, quàm quando primò, an dos mortua filia in secundo matrimonio sine liberis pertineat ad patrem, vel ad liberos primi matrimonij.*

2 *Auus maternus dotans neptem, cuius tamen erat tutor, an videatur dotem dedisse animo donandi, an vero animo compensandi, cum esset debitor dictæ neptis.*

Matthæus de Sermona maritauit filiam Ioanni de dicto loco, & promisit dotem pro ea, & non soluit. qui Ioan. decessit relicta dicta sua vxore prægnante, quæ peperit vnam filiam. Deinde dictus Matthęus dictam suam filiam maritauit, & dedit ei in duplo maiorem dotem. Deinde decessit ista filia Matthæi sine liberis ex secundo viro susceptis. vñ filia primi matrimonij dicit dotẽ ad se spectare: sed Matthęs dicit ad se reuerti debere, & maxime id, quod plus dedit secun-
1 do viro, quàm primo. quæritur, quid iuris. † Quæstio stat in hoc an ex quo extant liberi, dos exierit de bonis patris omnino, ita q̃ sequatur liberos, nec ne. Dicunt quidam, q̃ filia succedit matri suæ: quia dos est p̃prium patrimonium mulieris, & videtur æquitas dictare, q̃ illud, quod est matris, sit filiæ. Alij dicunt ad patrem redire, cũ sua natura sit dotis profectitiæ, vt l. dos à patre. C. sol. ma. & ideo ad patrem pertinere. Hanc opi. approbat Bar. in l. post dotem. sol. mat. & ego eam approbo saltem in illo
2 pluri, quod non fuit primo viro datum. † Demum iste auus maternus maritauit illam neptem, quæritur, vtrum videatur dedisse dotem animo compensandi, si quid ei deberet, cum esset tutor eius. Respondeo, sic: quia cum tutela sit officium necessarium, in tali necessitate constitutus auus donasse non videtur, vt no. per docto. in l. vlti. C. de do. promis: sed iste secundus passus non procedit hic: quia iste tutor nihil de suo dedit, vt dixit mihi, postquam scripsi præcedentia. sufficiat ergo determinatio prima. Ego Baldus.

CONSILIVM CI.

1 *Promittere de rato pro Titio, vel promittere Titium ratum habiturum, an idem sit.*

2 *Promissio per hæc verba, promitto Titium ratum habiturum, an valeat.*

3 *Licet promissio facti alieni non valuerit, tamen pœna, & interesse potuit apponi.*

4 *Prorogatio an parte non citata possit fieri, & ferri sententia, si partes ita conuenerunt. & nu. 10.*

5 *Si data est potestas arbitro prorogandi toties, quoties voluerit, an potuerit fieri tertia prorogatio: nu. 7. & 8.*

6 *Pluralis locutio an, & quando duorum numero sit contenta.*

9 *Dictio, iterum, quid importet.*

10 *Prorogatio an possit fieri vtraque parte absente, & ignorante.*

11 *Prorogatio an possit fieri extra locum compromissi.*

12 *Si statutum requirat in instrumento duos tabelliones, an probabiliter prorogatio per instrumentum factum manu vnius.*

13 *Tempus prorogatum an possit esse maius, quàm tempus primo datum.*

14 *Prorogatio non ratificata intra terminum, an debeat haberi pro circumdata.*

15 *Laudum latum post terminum compromissi non potest ratificari, quia latum à non iudice.*

Nobiles viri D. Henricus de Aduo. ex vna parte, & D. Vbiectus suo p̃prio nomine, ac vice, & noie DD. Petri, & Bonifacij, & Io. &c. Pro quib. omnib. & singulis p̃dictus D. Vbiectus p̃misit de rato habendo, & q̃ habebũt, & tenebũt rata, & firma omnia, & singula j̃scripta sub hypotheca, & obligatione oũm bonorũ ipsius Do. Vbiecti p̃sentiũ, & futurorũ, & ad restitutionẽ omniũ dãnorum & expensarũ, ac totius interesse litis, & extra. ex parte altera gñaliter de omnib. & singulis litibus, q̃stionib. & controuersiis vertentibus, & q̃ verti possent inter partes p̃dictas quacunq; occasione: ita tñ, q̃ intelligatur in p̃senti compromisso deuenisse tm̃ id, de quo, & super quo declaratum, & p̃nunciatum fuerit p arbitrum, & arbitratorẽ j̃ scriptum, & nõ aliud: ac si de ipsis de verbo ad verbum in p̃senti cõpromisso foret facta mẽtio specialis, cõpromiserũt in D. Gregoriũ tangẽ in arbitrũ, & arbitratorẽ, ita q̃ possit dicere, p̃nũciare, arbitrari, arbitramẽtari, & declarare vna vice, & plurib. sup dictis q̃stionib. &c. Et q̃cunq; dicta fuerint, arbitrata, & p̃nuntiata, p eũ interpretari, & declarari possint dieb. feriatis, & non feriatis in quocunq; loco sedendo, & stãdo p̃sentib. partib. & absentibus citatis, & non citatis iuris ordine seruato, & non seruato, & totaliter prætermisso, & de iure, vel concordia partibus placitura: & vltra, alte & basse ad ipsius arbitri liberam voluntatem, prout eidem arbitro, arbitratori, & arbitramentatori placebit, & viderit expedire, &c. Quod quidem compromissum, & bailiam dictæ partes, & quælibet earum durare voluerunt, & iusserunt hinc ad Calend. mẽsis Iunij p̃xime venturi: cum bailia vna vice, & pluribus prorogãdi ipsum compromissum ad ipsius arbitri liberam voluntatem. Quas prorogationes fiendas per dictum arbitrum dictæ partes, & quælibet ipsarum ex nunc homologauerũt, & ex certa scientia homologant, &c. Modo contingit, q̃ dictus arbiter prorogauit dictum terminũ ter, & non in loco compromissi, sed alibi: & non aliqua parte præsente, sed vtraq; absente, & ignoráte, & nõ ratificante infra tempus prorogationis factæ, vel ratificatæ, tñ nõ apparet ex actis. Deinde cõtingit, q̃ dictus arbiter tulit sententiã, qua cõdemnauit d. Vbiectum, & dictos, quorũ nomine cõpromiserat, in certa quantitate pecuniæ, ac reb. aliis. Postmodum vero accidit, q̃ illi, p̃ quib. erat promissum de rato decesserũt, & hæredes eorum ratum habere noluerũt. vnde petitur interesse ex clausula de interesse, quod interesse est liquidum ex ipsa pronunciatione. Quæritur, quid iuris. Oriuntur enim ex prædicto themate plures quæstiones, & dubitationes in iure. Primò. n. quæritur, an dicta p̃missio de rato tenuerit. Secũdò quæritur, dato sine p̃iudicio veritatis, q̃ non tenuerit, nunquid valuerit p̃missio de interesse. Tertiò, nunquid valuerit sentẽtia lata cõtra prædictos, quorum nomine fuit compromissum: attentis verbis ipsius sententiæ in eos directæ. Quartò, vtrũ dicta sentẽtia potuerit ferri in tertia p̃rogatione ipsius compromissi, nec ne. Quintò, nunquid visa sentẽtia lata de consilio excellen. doc. D. Pauli, quę transiuit in rem iudicatam, possit dictum interesse peti nec ne: quia vtraque pars allegat dictã sententiã p̃ se. Nam p dictam sententiã ius agendi vẽ fundatum, & sup non nullitate laudi p̃nunciatum, qđ facit p̃ agente p̃ interesse. Sed eõuerso allegatur, q̃ dicta sentẽtia facit pro reo, cõtra quẽ fuit p̃nunciatum in parte tantum. vñ vẽ de reliquo absolutus. & ista sunt dubia, quæ p̃cipue inter partes p̃dictas nascuntur. Redeo ad pri-
1 mum. & † primò est videndum, vtrum sit idem dicere, p̃mitto de rato p̃ Titio, & p̃mitto Titium ratum habiturũ. & vẽ, q̃ sic: q̃ vtrobiq; p̃mitto finaliter idem. In contrarium: q̃ licet promittam idem, non promitto eodem ordine. nã cum dico, promitto p̃ Titio, idem est dictũ, q̃ intercedo p̃ Titio: assumendo in me obligationem, vt no. ff. de pact. l. 3. §. qui pecuniã. Ad hoc facit, quod no. ff. de pec. leg. l. dominus Sticho. Istud enim verbum: p̃mitto p̃ tali, debet efficaciter intelligi. ſ. de p̃missione, quæ va-

quæ valeat. vnde omnia præsumuntur solenniter acta, vt ff. de verb. ob. l. sciendum. & inst. de fideiuss. §. fi. & facit, quod no. in l. huiusmodi. in prin. ff. de leg. 1. & ff. de fideiuss. l. i. q̃s p̃ eo. in prin.
2 & q̃ ibi no. Secũdo † est videndũ, an si non essent alia verba, q̃ ista, p̃mitto Titium ratum habiturum, valeat promissio, & Pe. & Cy. dicũt, q̃ non. C. de p̃cu. l. 1. in ỹ. q. & faciunt differentiam, vtrum istud pactum sit cõceptum sub forma reali, promitto ratum habere: q̃ tunc videtur promitti curari, q̃ ratum habebit. an personaliter sit dictũ, talem ratũ habiturũ, q̃ distinctio nihil valet. gl. in insti. de inut. stip. §. si quis, alij dicunt speciale in cautione rati, q̃ tacite subintelligatur facturum, & curaturũ. Bar. in l. quo quis alium. de verb. obl. dicit, q̃ in stipulationib. prætoriis non subintelliguntur illa verba, se facturum, & curaturũ: quia verbis prætoriis nihil est necesse addi: vt probatur. ff. de euic. l. sed ita quis. ff. de præto. stip. l. in prætoris. Et ideo videtur considerandum, vtrum ista cautio sit prætoria, vel redacta sit ad instar prætoriæ: quia coram arbitro, vel quia sit mere conditionalis: quia coram arbitratore. Et quia est interposita à parte rei, vnde non videtur prætoria. Sed certe etiam à parte rei potest esse prætoria in reali iudicio, vt ff. de procur. l. Pompo. §. sed is. vnde cum compromissum istud sit generale, & comprehendat etiam realia iudicia, videtur probabiliter dicendum, q̃ subintelligatur se facturum, & curaturum. Et hoc maxime: quia sententia arbitri est vera sententia, quando statutũ iubet eam exequi, vt C. de iud. l. pe. Et ideo arbitrium redactũ est ad formam sentẽtiæ, & per cõsequens ad instar iudicij. Et hoc de primo pũcto principali. † Venio ad secundũ punctũ principale, & dico,
3 posito, q̃ non tenuisset dicta promissio facti alieni, tñ pœna, & interesse potuit apponi, supposito, q̃ interesset ratificari, sed si non interest ratificari, non committitur obligatio ad interesse, vt ff. rem ra ha. l. pater dotẽ. in prin. & facit illa regula, si non tenet principale, tamen tenet pœnale, vt ff. de ver. obl. l. stipulatio ista. §. alteri. & eodem modo, vt dixi, tenet promissio interesse, si interest: qua sequẽs stipulatio. ſ. de interesse non eodem morbo laborat, quo p̃missio principalis, vt ff. de verb. ob. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. & ita teneo, q̃ dicta stipulatio valuerit.
4 & hoc de secundo puncto principali. † Venio ad tertium punctum, & vt q̃ sentẽtia potuerit ferri verbis directis in dictos absentes. & hoc sic probo: cautio rati debet idem repræsentare, q̃ mandatum. sed si d. D. Vbiectus habuisset mandatum ad cõpromittendũ, & in compromisso fuisset expressum, q̃ arbiter posset ferre sententiam absentibus partibus, dicta sententia in ab-
10 sentem directe valeret, vt ff. de arbi. l. diem proferre. §. si quis litigatorum. Ergo & in p̃senti casu, p̃ valida reputatur: q̃ per ratihabitionem cõfirmaretur. Non ob. l. 1. C. de sen. & interl. omnes. iud. quia ibi non fuit inter partes dictum, q̃ sententia posset sic ferri, valeret enim si hoc act. esset, vt ff. de re iu. l. si conuenerit Item q̃ ex arbitramẽtali potestate videtur hoc posse fieri causa cognita. non enim semper præsentia partis est necessaria, vbi proprie nõ requiritur iudicialis disceptatio. vt no. ff. de bo. pos. l. 3. §. si causa cognita. & in c. 1. de of. del. in cle. & hoc verum puto super tertio pũcto. Venio ad quartũ punctũ, dubitatur. n. de quatuor aut quinq;. Primò, vtrũ potuerit fieri tertia prorogatio, eo q̃ dictum est in compromisso, vna vice, & pluribus. Secundo, vtrum dicta prorogatio potuerit fieri absente, & ignoráte vtraq; parte. Tertiò, vtrum dicta prorogatio potuerit fieri alibi, q̃ in loco cõpromissi. Quartò, si per statutum Mediolani requirãtur duo tabelliones, nunquid dicta prorogatio p̃batur p instrumentũ factum Mediolani vnius manu notarij tantum.
Quintò, vtrum tempus p̃rogatum possit esse maius, q̃ tempus
5 primo datum. † Redeo ad primum, & videtur, q̃ dicta prorogatio potuerit fieri toties, quoties arbitro visum fuerit expedire, vt ff. de feriis. l. oratione. & ff. de eden. l. veluti. §. hæc vox. In cõtrarium videtur: quia pluralis locutio duorum numero est contenta, vt in regula iur. & de leg. 3. l. fideicom. §. si decem. & ideo videtur, q̃ dicta tertia prorogatio non valuerit. Nec obstat q̃ fuerit data arbitro plena potestas: q̃ per hoc non intelligitur data circa prorogationem temporis, nisi quatenus verba patiuntur, tex. est no. ff. locati. l. si lege locationis. in prin. ibi, idque arbitrium, &c. Ad intelligentiam huius dubij considerandum
6 est, q̃ † aut ex multis pluralitatibus potest resultare inconueniens, vel magnum grauamen partis: & tunc pluralis locutio duorum numero est contenta, vt d. §. si decem. Aut non resultat inconueniens aliquod, sed potius resultat conueniẽs iustũ, nec continens magnum grauamen partis: & tunc intelligitur, quores opus est. i. quoties iustum est. Item sciendum est, q̃ ideo in istis numeris, & temporibus vtimur restrictione, ne res p̃cedat in infinitũ. aliàs ita sequeretur, q̃ arbiter posset, p̃rogare mille vicibus, sicut tertia vice. qđ est absurdũ: q̃ non differendarũ litiũ causa, sed tollendarũ ad arbitros deuenit, vt ff. de arb. l. q̃uis arbiter. Item q̃n agitur de obligatione multiplicanda, vel p̃roganda, sufficit bis, vt d. §. si decẽ. Sed contra hoc multum facit, quod no. in l. si finita. in prin. ff. de dam. infe. vbi agit de obligatione sæpius interponẽda, & exponit quoties opus est. & ibi no. ex hoc enim licet fiat prorogatio temporis, non ideo partes videntur lædi: quia in mora modici temporis non est periculum, vt. ff. de iu. l. si debitori. Sed certe imo est periculũ, p̃pter pœnã,
7 vt ff. de mino. l. si minor. §. minores. † Sed adhuc videt, q̃ possit prorogare quotiescunq;, vt ff. de verb. obl. l. qui Romæ. §. Calimachus. in fi. Sed ibi est verbum vniuersale, quocunq; tẽpore, & sic non obst. Item dicit Bar. q̃ ibi non multiplicatur. Solutio, verbum, vel aduerbiũ pluralis numeri intelligit, quoties opus est. Secus vbi veniret multiplicanda præstatio, sed leges, q̃ allegãtur, loquuntur in dispositione legali, vbi attenditur ratio legis: quia natura legis est disponere vniuersaliter, & perfecte. Secus in dispositione contrahentium, & maxime in ea, q̃ est stricti iuris. Sed adhuc restat dubiũ, vtrum intelligat vna vice, & plurib.
8 ſ. aliis, vt p̃dicet de trib. an vero cõpureat in istis, qđ dicit plurib; prima, p̃rogatio. Et ad istud dubiũ soluendũ potest induci lex, si is, q̃ decem. §. 1. ff. de re. du. sed ibi est specificatus numerus, hic non. † Videt concludẽdũ, q̃ q̃n agit de aliquo obligãto ex facto alterius, & tũc sententia extẽditur, quoties opus est: sed in stipulationibus maxime pœnalib. nõ habet locũ interpretatio extensiua, vt ff. de ver. ob. l. quicquid. p̃terea ista verba sunt dubia, ergo debẽt interpretari cõtra p̃ferentẽ. ff. de pac. l. veteribus. & ff. de verb. obl. l. quoties in stipulationib. & ff. de re. iu. l. semper in stipulationib. debet ergo intelligi de plurib. vicib. immediatis. i. de duobus. ff. de verb. obl. l. 1. §. qui præsens. quod dicta verba restringantur ad binum actum: q̃ ista potestas, & ista arbitria debent restringi potius, q̃ extendi, ar. in c. commissa. de ele. lib. 6. & C. de reb. cre. l. si quis iusiuran. & C. de modo mulc. l. eos. ibi
9 tamen loquitur de trib. vicib. † Præterea tex. in §. hæc vox. dicit, q̃ de propria significatione verborũ, dictio, iterum, includit nisi binum actum. ſ. p interpretationem. Venio ad secundum, & dico, q̃ † tres sunt causæ; nam aut prorogatio fit vtraq; parte inuita, & nõ valet, vt ff. de arb. l. arbiter ita. in 2. respons. aut vtraq; volẽte, & valet. aut vna volente, & altera contradicente: & tũc secundum quosdã nõ valet, sed committitur pœna, vt no. ff. de arb. l. non distinguemus. §. dies. Modò est videndũ quid vtraq; parte absente, & ignorante. & videtur q̃ debeant haberi p̃ cõtradicentibus, vel saltem p̃sentib. arbitriũ, ita q̃ circundat prorogatio, arg. ff. de in. l. edictũ. In contrariũ vẽ: q̃ absentes debẽt haberi p̃ cõsentiẽtib. ex quo cõsenserũt p̃ prius, & voluerũt, q̃ in eorũ absentia posset prorogari. Sed ad hoc respõdetur, q̃ circa prorogationẽ nõ est dictum, q̃ possit fieri partib. absentib. nisi nos dicamus, q̃ ex præcedentib. & ex generali potestate intelligat tacite reperitum, vel inclusum, vt ff. de pac. l. item q̃. §. idem Iul. & l. talis scriptura. de le. 1. sed certe esto, q̃ prorogatio valuerit, tamen hoc debet intelligi, si fuit notificata partibus per nuncium, vel epistolã: aliàs ad quid fieret mentio de nuncio vel epistola in l. diem proferre. & est ratio manifesta: quia iste terminus habet vim peremptorij ad probandum, ita q̃ vsque in finẽ termini possunt fieri probationes, & super hoc partes videntẽ esse mote, vt elegãter no. Bar. ff. de arb. l. si de meis. §. fi. cũ igit habeat vim peremptorij, necesse est notificare in facie, vel ad domum: aliàs nõ valet, nec p̃iudicat in aliquo, vt ff. de excus. tu. l. scire oportet. §. oport. & in c. causam. de elec. in cle. p̃terea arbitrium datũ in primo nõ vẽ repetitũ in secũ. nisi arctet ad idẽ:
non super nouo casu, sup quo non inuenitur cõsensus. & ad hoc
11 facit. l. illa no. ff. de contrah. emp. l. q̃ fundũ. † Venio ad tertium, & vẽ, q̃ dicta p̃rogatio nõ potuerit fieri Mediolani. i. extra locũ cõpromissi, vt C. quomodo & q̃n iud. l. fi vt p̃ponis. i. & ff. de arb. l. in cũ dies. §. si arbiter. In cõtrariũ vẽ: q̃ ibi loquitur in citatione, seu actu, qui requirit citationem partis, vt ff. de arb. l. dient proferre. in prin. & ibi p Bart. Præterea potestas fuit data, q̃ in
12 quolibet loco, &c, vt d. §. Calimachus. in fi. Venio † ad quartũ de sta-

de statuto Mediolani, & dico illud statutum seruandum: quia
disponit super solennitate scripturarum, quæ ibi celebrantur,
13 vt C. de test. l. fin. & in l. cunctos populos. per docto. † Venio
ad quintum, & satis videtur probabiliter dici posse, quod men-
sura temporis prorogata non possit esse maior, quàm men-
sura temporis principalis, vt C. de fideiussorib. l. scimus. & C.
quomodo, & quando iudex. authentic. qui semel. nisi forte
prorogatio fieret ex necessaria causa, de qua constaret, vt ff.
de arbitr. l. si cum dies. in princip. & facit C. de dilatio. l. 1. Po-
strem̃, venio ad quintam principalem quæstionem, & dico, q̃
consilium dicti excell. viri non tangit quæstionem de interesse,
& ideo noua petitio, noua disputatio. Et ex hoc sequitur, q̃ li-
cet illa sententia transierit in rem iudicatam quo ad virilem
partem: tamen si re vera laudum fuit nullum, contra ratifican-
tes non posset agi, ergo nõ interest ratum haberi, & sic non cõ-
mittitur stipulatio ad interesse. Quid ergo finaliter dicemus?
14 Pro certo in ista quæstione ego dubito. Et † videtur, q̃ prorro-
gatio non ratificata infra terminum debeat haberi pro circun-
ducta, ita, & non intimata habeatur pro non facta. Item quia
illa verba, vna vice, & pluribus non supponunt, nisi pro duabus
vicibus: nam si dixisset, duabus vicibus, & pluribus non suppo-
nere, nisi de trib. virtute sermonis, vt plene legitur, & not. in c.
15 vl. de fil. presb. li. 6. per Arch. & Io. An. & dico, q̃ †dictũ laudum
latum post terminum compromissi non potest ratificari: quia
à non suo arbitro laudum, vt si dixerim, latum à iudice incom-
petenti, vt ff. de iu. l. 2. §. sed si iudex. & quod not. in l. 1. C. de pe-
daneis iudic. & ff. de app. reci. l. 1. in princ. & ff. rem ra. hab. l. bo-
norum. & ff. ad Trebel. l. facta. §. si quis bonorum. & ff. de excus.
tut. l. scire oportet. §. consequens. & ar. C. locati. l. si cum Her-
mes. non obst. C. communia vtriusque iud. l. 2. quia hic non cõ-
sensit vtraque pars. Item ibi traditio, hic consensus, quinimo
& si esset pactum, non ageretur ex nudo pacto, vt not. ff. de
pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit. Et ideo concludo secun-
dum ea, quę proponuntur, dictum laudum nullatenus valuisse,
& per consequens expirato promisso, vel compromisso agi nõ
posse: salua semper sententia potiori, cui me & dicta mea sem-
per submisi, & submitto.

Ad idem. CONSILIVM CII.

1 *Compromissum in quo non est facta mentio haredum, non transit ad haredes, nisi sequuto laudo.*
2 *Promittentes de rato si in compromisso non sint nominati haredes, an videantur promisisse de rato haredum.*
3 *Promittens de rato sententiæ iudicis, vel arbitri, intelligitur promittere de sententia, prout iuris est.*
4 *Si arbiter ex potestate sibi data prorogauit cõpromissum prorogatione non notificata apartibus, an valeat laudum inter absentes latum.*
5 *Voces non tollunt propriam speciem actus.*
6 *Si data est potestas arbitro prorogandi semel, & pluries, quoties poterit prorogare.*
7 *Prorogatio an possit fieri extra territorium compromissi.*
8 *Instrumentum prorogationis factum per vnum notarium in loco vbi requiruntur duo ad suscipiendum rogitum, an valeat.*
9 *Omne pactum est contractus.*

Omnis potestas arbitri ex tenore compromissi pẽdet. Videamus ergo quid est compromissum, & pro
quibus compromissum, & quomodo compromissum, & cum
1 qua bailia, & auctoritate. † Et est prænotandum, quod in dicto
compromisso non fuit facta hæredis mẽtio, vnde cõpromissum
est personale. ff. de arbit. l. diem proferre. §. 1. & l. sed interpella-
tur. §. si ex altera. tamen sequuto laudo, compromissum & lau-
dum transit ad hæredem, vt l. diem proferre. §. nec vtimur. sed
inuestigandum est: quia hic procedit inter compromittentes
pro suo iure, scilicet compromittentium, an ita sit quo ad sti-
pulationem rati: nam verba dicunt, vice, & nomine dominorũ
2 Petri, &c. hæredes autem eorum non sunt nominati. † Quæ-
ritur, vtrum videatur promittere de rato hæredum. & videtur,
q̃ sic. nam lege cauetur, q̃ si ego tanquam procurator Titij exe-
gi pecuniam, & promisi, q̃ Titius ratum habebit, vel egi tanq̃
proc. Titij, & promisi Titium ratum habiturum, q̃ committi-
tur stipulatio, si hæres non habet ratum, vt ff. rem ra. ha. l. si sine.
§. si procuratori. & §. si in stipulatione. Considera, quandoque
interponitur stipulatio prætoria super actu natura sui transeũ-
te ad hæredem: vt super vero iudicio, & tunc tacite continetur
hæres: vt ibi. quandoque super actu non transeunte natura sui
ad hæredem, & tunc non continetur hæres, vt si ego confiteor
nomine vsufructuarij, & promitto de rato, nam non contine-
tur hæres, nisi in eo, quod ad eum transire potest. si vero stipu-
latio de rato est conuentionalis, & non prætoria: aut est com-
missa in persona defuncti, & trãsit ad hæredẽ: puta si defunctus
nolit habere ratum, nec hæres habet ratum. si autẽ non est cõ-
missa stipulationis causa. v. g. promisit Titium ratũ habiturum,
& ante quam ille posset ratificare: puta quia ignorabat factum,
decessit: non trãsfertur in hæredes eius. ignorãs enim ratificare
nõ potest. l. quo enim. ff. rem ra. ha. quia ergo si promitto, q̃ Ti-
tius compromittet, promitto factum non transitorium ad hæ-
redem, quia personale. non continetur hæres, q̃ non est facta
mentio hæredis. Item considera, quare tex. in l. eadem. §. Cato.
de verb. oblig. dicit, Titium hæredem quę eius promisit ratum
habiturum. nunquid sine mysterio, & quasi fatuus loquetur iu-
risconsultus Paulus, de adiectione hæredis, quem iurisconsul-
tus in formula stipulationis posuit, nunquid frustra? absit. Et
ideo considera, quandoq; q̃s ꝓmittit aliquid, quod potest ex-
plicari p se, vel per hæredem suum: quandoq; ꝓmittit factum
alienum, vel factum suum: quod non potest explicari sine facto
alieno. Primo casu ꝓmissio est in rem. ff. de ver. obl. l. si ita stipu-
ler per te non fieri. Secundo casu nunq̃ aliqua psona subintelligi-
tur. vñ q̃n promittitur de facto tertij nominati, non intelligit̃
de hærede illius tertij, vt ꝓmitto, q̃ Titius nõ offendet te, ꝓmit-
to q̃ Titius iuuabit te. nã ex facto hæred. illius tertij in ista stipu-
latione, quæ fines assumit ex solo sono verborũ, & non ex men-
te alicuius edicti, hæres extranei non continetur, vt in §. Cato.
arguendo ex forma literæ à contrario sensu, & eo. ti. l. si ita stipu
latus. §. Grisogonus. in fi. Considera etiam q̃ quando ego, ꝓmitto, q̃ alius sistet, vel facier, quod factum est voluntati suæ, & ar-
bitrio suo contrahentis, si ille deceditante quã ego sim in mora
curandi illud, ego liberor à ꝓmissione: casus est, ff. qui satisd. co.
l. si decesserit. nisi forte aliquid mihi adfit, quod adesse non de-
bet: qa tunc teneor, ne locupleter cum aliena iactura: vt d. §. si
procuratori. Ex his apparet cuilibet intelligẽti concludi, obli-
gationem non esse cõmissam ꝓ portione eorum, q̃ decesserunt
ante moram, & hæc est ipsa veritas. Superest q̃stio quò ad viuẽ-
tes, q̃ non ratificãt, an stipulatio ꝓ ea parte, quæ tangit eos, cõ-
3 mittatur. † Et hic considera, q̃ iuuat etiam præcedentia, q̃ ille,
q̃ ꝓmittit de rato sententiæ iudicis, vel arbitri, intelligitur pro-
mittere de sententia, ꝓut iuris est. nam nomen sentẽtiæ est no-
men, quod significat ius, vt l. 4. §. condemna. de re iu. ff. de pœ. l.
2. C. de sen. ex breui. reci. l. fi. non ergo venit ista promissio, q̃ ꝓ-
missor ꝓmittat ratum haberi nulliter, & inepte factũ. nam sal-
tem debet habere figuram esse. Item ille, qui promittit de rato,
ꝓmittit de ratum habendo actum suum, qui secum celebratur
nomine alieno, non de actu, qui fit cum alio. vnde si ꝓmitto Ti-
tio, q̃ dominus meus, q̃ vocatur A. habebit ratum, quod ago, &
facio, & sententia feratur hoc modo, absoluimus Titium ab A.
quæ sententia est inepta. certe licet dominus meus nõ ratificet,
non teneor: qa non est sentẽtia lata mecum. ff. iudi. sol. l. si ante
exceptionẽ. iudex enim per suam sententiam non potest trans-
ferre iudicij figuram, nec absentiam de ꝓcuratore in dominũ.
C. de sen. & interl. l. 1. maxime qa vbi non est mãdatum, ibi non
potest fieri translatio instantiæ, tex. est. ff. de ꝓcu. l. in causæ. ver.
cæterum. & ita fuit hic: qa arbiter confisus inopinatiua plenitu-
dine potestatis ꝓnunciauit inepte verbis directis in eum, qui
nunq̃ fuit in causa, contra no. in l. liberto. §. fi. de neg. gest. & l. si
se non obtulit. ff. de re iu. & ff. de ꝓcu. l. Plautius. ergo sententia
condemnatoria fuit inepta, & friuola, si quis iura cõspicere ve-
lit, poterit enim etiã ꝓ certo scire, qa iuris auth. est, & notæ pru-
dentiæ. Hæc sunt narratiua agen. sequuntur & quædam narra-
tiua totius laudi, de quibus venerabilis socius meus, vt audiui,
sed non credo, ira scitur mecum, sed ego non secum. de eo enim
non feci mentionem, sed aduocati. vnde ego recitaui, non no-
minaui ex meipso. vt extra de app. c. nouit ille, qui nihil ignorat.
tamen hanc controuersiam laudo, cuius finis est elucidatio ve-
4 ritatis. Quarto igitur, si † arbiter ex potestate sibi data ꝓrogat
compromissum homologata ꝓrogatione per prius à partibus,
tamen non notificata eis, ita q̃ adstricta est eis via, & potestas. q̃.
spacium vtendi beneficio spacij, an valeat laudum inter absẽ-
tes latum. Et præmitto ad euidẽtiam, q̃ partes promittunt ho-
mologare vitium arbitri, & maxime dolum expressum, vel præ-
sumptũ, vt ff. de pac. l. si vnus. §. illud nulla. & in hoc omnes do-
ct.

mundi

mundi sunt concordes. Modò quæro à te, vtrum vitiose, & dolo
p̃sumpto fiat quod fit assignato tẽpore, & non notificato. id. n.
clam fieri neminẽ puto dubitaturũ. id autẽ non congrueret bo-
no viro: qa aufert ea, q̃ de iure naturali sunt. l. fidẽ veri fieri. C. vñ
vi. l. meminerit. C. si p vim vel alio mõ. l. fi. de re iud. c. pastoralis.
in cle. porro eo ipso, q̃ quis cõpromittit, cõpromittit tanq̃ in a-
nimal rationale, & non tanq̃ in non vtente naturali ratione. ff.
de ope. lib. l. si libertus. Cum. n. cõtrouersia est in cõpromisso, &
res probationib. indigeat, dolus est, partes nõ audire. C. de edẽ.
l. argẽtarius. n. §. cũ autẽ. ff. ad Tre. l. feruo inuito. §. cum prætor.
dolus est non seruare formã, q̃ ad lumẽ veritatis adducit. 2. q. 1. c.
nos in quenq̃. Ego ꝓ certo teneo, q̃ laudum termino non no-
rificato non valeat, causis, & rationib. infrascript. Et ꝓmitto, q̃
q̃n arbiter asserit se sententiare ex liquidis probationib. instru-
mentorum, q̃ tunc nõ transigit: qa trãsactio non fit super liquẽ,
sed iudicat ad instar iudi. & ideo sumus in arbitro, non in con-
cordatore, vt in §. recepisse. & ff. de fur. l. si dominium. per Dy. &
5 ff. de transa. l. 1. per Dynum. & † vocet se, quocunque vult no-
mine, voces ad beneplacitũ, non tollunt propriã speciem actus.
ff. de præscr. ver. l. insulam. & no. in l. si librarius. de re. iur. Item
cõsidero, q̃ nunq̃ inuenies in cõpromisso actum, vel scriptum,
quod est in termino prorogato, q̃ est in incertis partib. an, & q̃n
sit data potestas arbitro procedendi sine insinuatione termi-
nec est verisimile, q̃ partes hunc laqueum sibi iniecerint, vt l. si
conuenerit. ff. de pi. act. Ad impediendum ergo ipsum nunq̃ videt̃
concessum arbitrium. l. si miles. ff. de mili. testa. Iura ad hoc fa-
cietia sunt hæc. dicit lex q̃ quis possit cõcedi in reparatione ap-
pellationis quartum fatale absentib. partib. debet tamen pars
scire hoc, & citari, vt iuribus suis vtatur. C. de tẽp. ap. l. 2. §. 1. &
expresse no. Alia lex dicit, q̃ iudex non potest ferre sententiam,
si scit absentem omnino comparere non posse. ff. de reiu. l. q̃si-
tum. Sed ignorans est prorsus impeditus cõparere. l. 1. §. item cũ
ex dicto. q̃ sententiæ sine app. rescin. Itẽ iudici, vel arbitro debet
constare, & liquere de contumacia: aliàs est nullum, quod fit. l.
hæc autem. §. 1. quib. ex cau. in pos. ea. ꝓ Bar. Sed hic cõstat de nõ
cõtumacia, & de impossibilitate comparitionis. ff. de cond. &
de. l. multum interest. ꝓ Bar. qa cõstat de ignorãtia l. fin. de decr.
ab ord. faci. q̃ ratio cessat in die compromissi: qa ille facilis dies
notus est, & habetur pro termino, q̃ quem partes sciunt, & pos-
sunt, secundũ Bar. in l. si de meis. §. fin. de arb. vnde tunc sibi im-
putẽt. Item iudex potest prorogare terminũ cõtumaci. rñ si nõ
notificat, nõ valet sentẽtia posterior, no. isti. de ver. ob. §. omnis.
& l. si vtẽ. §. fi. quod vi aut clam. ꝓ Dy. & Bar. Itẽ si non ꝓnunciat
tempore statuto, sed postea partib. ignorantib. non valet. C. q̃n
prouo. non est nece. l. cũ non eo die. Et si dicat, hæc non ob. ꝓ-
pter arbitrium datũ. Respõdeo, in hoc casu nõ loquit̃ arbitriũ,
cõpromissi. n. verba ante oculos habemus. Nam copiosa pote-
stas data nõ vr, ff. de transa. l. cum aquiliana. Huc accedit, de ver.
oblig. l. si qs arbitratu. de ædil. ed. l. quod si nolit. §. si quid. de in
diem addict. l. necesse. de leg. 2. l. si tñ. de nata. rest. l. fi. C. de distr.
pi. l. creditor. arbiter. n. non est merus executor, ideo debebat
requirere absentem. facit c. vlt. de ar. lib. 6. aliàs laudum vitio, &
dolo præsumpto arbitri est inefficax, & obstat saltem exceptio.
de arbitris. c. nõ distinguemus. §. cũ quidã. & hęc est ipsa veritas,
6 Dicto de causis, † sequit̃ videre de temporib. & q̃ritur nunquid
attenta forma illorum verborum, semel, & pluries, arbiter po-
tuerit prorogare ter. Et loquor de iure. cõsuetudinem ignoro.
Et dico, q̃ pluralis locutio duorum numero est contenta, vt in
regula iuris, & in c. vlt. de fil. presbyt. lib. 6. & per Arch. & Ioan.
And. de præbend. cap. is, cui. §. si vero lib. 6. Et hoc probatur ex
vi sermonis. ff. de au. & ar. le. l. Plautius. tamen vt eamus per se-
mitam rationum legalium considerandum est, q̃ interdum agi-
tur de obligatione multiplicanda, vel extendenda ex facto pro-
prio: interdum ex facto alterius: interdum de mora purganda:
interdum de aliquo faciendo, quod sibi non nocet, alij prodest,
vt de euictione: interdum de probatione non augustãda. omit-
to alios casus tanquam satis notos, & accipio solummodo se-
cundum casum: quando obligatio ex facto aduersarij, vel tertij
venit committenda. & dico, quod tunc aduerbia numeri ad mi
nimum restringuntur, id est, ad duas vices. ff. de legat. 2. l. 1. §. fi
quis decem. vbi est expressum, nec expedit de hoc facere tan-
tum rumorem. In casu nostro vnum compromissum concer-
nit factum potestatiuum, & proprium. Aliud factum non pro-
prium, nec potestatiuũ ipsius. q̃ enim arbiter toties possit me
grauare ponendo me in periculo ex facto alterius, nec æqui-
tas, nec vera patiuntur. Ad idem est illud, quod me ad con-
sulendum compulit: quia in materia voluntaria, voluntas ter-
minum obligationi facit, quę voluntas omnis sui natura stri-
ctiuris est, nisi in quibusdam contractibus. & ideo à verbis in
quibus consistit voluntas, sicut consistit facies in speculo, non
est recedendum. ff. de sup. leg. l. Labeo. §. idem Tubero. Viso de
7 temporibus, videamus de loco. Et primò, an prorogatio † fieri
potuit in loco tam remoto à loco compromissi. & dico, q̃ non:
quia ibi non est arbiter, & præsertim quia distat vltra vnam die-
tam à loco compromissi. ff. de arb. l. si cum dies. §. arbiter. Nam
ista ꝓrogatio & si non plenã, vt ff. de arb. l. diem proferte. in pri.
tñ qualem qualem causæ cognitionem exigit. Vnde extra terri-
torium cõpromissi fieri non potest. & certe quandã vim tacitæ
citationis habet ista dilatio secundum Bar. quæ extra territoriũ
assignari non potest. Nec obstant illa verba, in quocunque lo-
co: quia intelliguntur. s. congruo: non extra domicilium com-
promittentium, vt ff. de consti. pec. l. si duo. §. 1. & ita etiam in-
telligitur. ff. de interrog. ac l. voluit. §. r. Nam ista ꝓrogatio pars
iudicij est, non autem simplex actus voluntariæ iurisdictionis,
sicut nec laudum arbitri. vnde sapit naturam iudicij. C. de iudi.
l. rem non nouam: sicut nec iudex extra territorium existens,
posset prorogare terminos litis: quia ibi ptiuatus est, & non est
dubium, q̃ ista prorogatio est quædam interlocutoria. Item ali-
quam rationem desiderat de sui congrua, & æqua natura, vt ff.
de arb. l. non dist. §. dic. & iudicij continẽtia non deber diuidi in
plura territoria. C. de iudi. l. nulli. quia generalis est illius legis
8 regula. † Vltimò videamus, nunquid valeat instrumentum pro-
rogationis factum Mediolani per vnum notarium, cum statu-
tum velit, q̃ vnus non suscipiat rogitum solus, sed debeant esse
duo notarij. & Bart. disputauit istam quæstionem in l. cunctos
populos. & dicit, q̃ non, quia quo ad solennitatem instrumenti
inspicitur locus, vbi instrumentum habet principium: ex prin-
cipio enim suo debet capere subsistantiam. & ista est veritas: quia
qui rogari nõ potest, eius instrumentũ non valet in aliquo loco.
Item quia vnus tabellio solus secundum legem illius loci tacite
pronunciatur per legem municipalem suspectus. vnde forte nõ
probat esse semiplene attenta ratione statuti, vt no. in auth. de
non alie. §. quia vero Leonis. & C. de sacrosancte eccles. l. iubemus. §.
œconomus. Dicet aliquis, ista prorogatio, & instrumẽtum eius
non est factum in contractu, nec distractu. Respondeo primo:
quia si inesse videtur cõtractus ex fictione retro quasi à partib.
retro facta, ergo inest. i. in cõtractu est. C. de pac. l. iurisg. §. quin-
imo. C. de contrah. emp. l. pacta conuenta. ff. de cond. insti. l. illa.
insti. de hær. insti. l. asse toto. Item ista prorogatio est quoddam
pactum partium tunc per arbitrum declaratum. s. q̃ compro-
9 missum duret. l. sed si manente. de precario, & omne pactum
† contractus est, vt no. ff. de act. & obig. l. 1.

Ad idem. CONSILIVM CIII.

1 *Compromissum & bailia quando pro eodem poni debeant.*
2 *Lege prorogationis existente vna à principio, compromissum prorogatum iuris fictione vnum censendum est.*

Lex compromissi inspicienda est. i. conuen-
tio in cõpromisso. verba
sic dicunt, quod quidẽ cõpromissum, & bailiã durare voluit vs-
1 que ad clau. No. hoc verbum, cõpromissum, & † bailia, non de-
bẽt poni ꝓ eodẽ, si à primo incipias. s. à cõpromisso, quia nõ se-
quit̃ est cõpromissarius, ergo cum bailia possit præsentibus, &
absentib. & c. qa istæ clausulæ sunt cõtra ius cõmune. i. cõtra or-
dinẽ traditũ à iure in simplicib. cõpromissis. Sequitur in verbis
cum bailia vna vice, & plurib. prorogandi ipsum compromis-
sum, nec dicit ipsum compromissum, & bailiam, & si legitur
prorogare potest tempora cõpromissi simplicis, non cũ bailia.
nec mireris, quod in prorogatione non videatur repetita bailia
præterius commune concessa: nam hoc clare determinat Gul.
ff. de off. procon. l. meminisse, vbi si videas, notabiliter decidit,
sed quisque vulgi non intelligit hanc diuersitatem. Verba di-
cunt, semel & pluries, id est, vna vice prima, & deinde altera. nõ
enim exponitur. i. ter. sed restringitur per iura per me allegata.
Et hoc patet ꝓ no. per Gul. de Cu. in l. manumissiones. ff. de iust.
& iu. vbi videatis. & quod subditur ad liberam voluntatem. s.
quò ad posse, sub dicto numero. eo saluo tamen, quod cõsului,

istud

istud verbum non fuit mihi lectum, ꝙ ego percepi. sed non debet præcedens speciale diffinitum tolli per generale, & ideo nō
2 videtur vis in hoc l. quoties. C. fa. er. cum si. † Compromissum prorogatum iuris fictione est vnum, si eadem est lex ꝓrogationis, ꝙ fuit à principio: secus si minor, vel maior, extra de præb. c. hi, qui autem. lib. 6. ff. locati. l. cum in plures. §. lege dicta. Vnde est aduertendum, ꝙ hic fuerunt plura compromissa. Primū cum bailia, aliud sine bailia: quia repetitio in quibusdā expressa, & in aliis omissa non inducit tacitam repetitionem omissam, de legat. 1. l. licet Imperator, vbi est casus. compromissum duplicatum per numeros re vera non est vnum, sed plura, & quoties agitur de obligationibus multiplicandis, dictiones iteratiuæ restringuntur ad bis tantum. Dy. in l. si finita. ff. de damn. inf. & all. l fideicom. §. si quis ita. & D. Io. consilium vestrum sub dicta regula tradidistis sigillatum, vos & d. Pa. ar. D. Phil. de regio. & fuistis 20. doct. quorum consiliis visis, ꝓ honore vestro nolui in dubium reuocare, q̄, ꝓducerentur in publica forma. Et ꝙ re vera sint plura compromissa, tenet Cy. in l. si cum dies. in addi. suis. C. de arbi. & est ipsa veritas: quia non terminatur ad vnum terminum, igitur sunt plura terminabilia. Verba dicunt, citatis, & non citatis. ista verba sunt posita in compromisso primo, cuius terminus notus est vtrique parti. Vnde per lapsum termini nulla pars potest decipi. Scit enim quid agere debeat, sed incertus est terminus prorogationis: ideo debet eis notificari: quia ꝓ ignorantiam posset eis imminere maximum prejudicium in ꝓducendis suis iuribus: qa ignorans experiendi potestatem non habet, consensum & scientiam, non ignorantiam volumus obligari. C. de tab. l. generali. lib. 10. & ff. de calum. l. annus. Statuitur enim terminus, vt pleniorā partibus possit fieri ꝓbatio, & pleniore subueniatur veritatis lumine, & ideo talis assignatio non valuit, nisi notificetur, ita mandat lex fieri, vt l. diem ꝓferre. ꝙ enim terminus possit ꝓrogari, non negatur: sed debuit pars certificari de dicta prorogatione, & citari ad ipsum actum ꝓrogationis. Et maxime propter illa verba, de concordia partibus placitura notificari oportuit, & expediri de concordia, vt verba aliquid operētur, de in diem addi. l. necesse. & est expressum in fauorem partium, cum dicat, de concordia partib. placitura, & quod in fauorem expressum est, non debet conuerti in læsionem partium. nec vnquam in scriptura ista inuenies, ꝙ circa notificandum, & non notificandum prorogationem sit data bailia. & fatuus esset, qui daret, & in præcipitio se poneret. Amplius ista prorogatio est quædam momentanea, & quædam peremptoria secundum Bart. ergo debet notificari. & est glos. or. in l. 2. C. de tem. ap. §. 2. & de elect. c. causam. in cle. Testamētum enim dubium ꝓuocat ad causam, & eius exercitium, ergo debet notificari. C. de exc. tu. l. scire oportet. §. oportet, vbi casus. sed tu dicis, bailia aliud dicit. Respondeo, non est verum, ꝙ dicat, in scriptis est. Addi non potest quicquam de fide instrumentorum contractus. verba dicunt, iuris ordine seruato, & prætermisso. nunquid per hoc potest ferre sententiam verbis directis in eum, qui defenditur sine mandato? certe non, etiam de æquitate mere canonica, no. Inn. de ele. c. querelam. & est gl. ord. not multum in l. ,platam. Ç. de sen. ibi, placeat contemplari illam glo. nam verba non dicunt omni solennitate, vel substantialitate omissa, sed dicunt, ordine seruato, & ista sunt separata, & separatorum separata est disciplina, & ratio, vt ff. de calum. l. fi. Verba istius compromissi sunt in personam ex omni parte, & ideo non videtur promissum de ratificatione hæredis. imo hæres non potest ratificare hoc compromissum, & per consequēs nec laudum. C. de arbi. l. sed interpellatur. §. si ab altera. Dy. in c. ratum. cum sim. quia causa ista habebat tot dubia, consului potius laudum nullum, q̄ iniquum, vt si actor haberet postea veritatem, experiri posset, & reus non grauetur obtentu laudi non valentis ipso iure, & consului veritatem, & istius opinionis sum firmiter, & constanter, nec dubito vllo modo. Et nihilominus committo me correctioni, tamen scire volo causam, quare, & ꝙ respondeatur non mihi, sed rationibus meis. Ego Baldus.

CONSILIVM CIIII.

1 *Si est data potestas arbitro prorogandi simpliciter, vel semel, & pluries, an quandocunque possit prorogare.*
2 *Procurator habens potestatē substituēdi semel & pluries, non potest nisi bis.*

Dilatio prorogatoria non potest fieri vtraq; parte absente, & vltra terminū non ratificante, & ignorante. l. genero. de infa. † Vnde sensus istorū verborum, ꝙ possit prorogare semel, & pluries. est iste. s. ꝙ possit prorogare non tātum semel, sed pluries. Nec est aliud dicere semel, & pluries, q̄ dicere simpliciter pluries. ad cuius intelligentiam premittendum est, ꝙ si esset data potestas ꝓrogandi, nec esset dictum semel, & pluries. intelligeretur de vna tantū ꝓrogatione. de ver. sig. l. boues. §. hoc sermone. Ideo additur pluries, vt non expiret auctoritas prorogandi p vnam vicem: non autem vt addat aliqd pluralitati. i. vt vltra duas vices se extēdat. simile, potest quis appellare semel, & pluries, non tamen ter. & ita consuluerunt d. Philip. de Regio. D. Bar. de Saly. & octo alij doct. Item si dicatur, ꝙ pœna committatur semel, & pluries, non ter tamen cōmittitur. Item omnis ꝓrogatio est cōpromissorum multiplicatio, & innouatio compromissorum: præsertim si arbiter ita se arctauerit, ꝙ in tempus originalis cōpromissi iudicari non potuerit. ff. de verb. oblig. l. cum stipu. sim mihi à Proculo. & no. Cy. in l. si cum dies. in prin. de arbi. quoties autem agimus de multiplicatione cōpromissorum, tractamus de multiplicatione promissionum, & quidem odiosarum: qa pœnalium, & ideo verba debent stricte interpretari. Nota, si detur potestas prorogandi, & prorogat tempus disceptationis, & non notificat, prorogatio nihil valet, si habet potestatem ꝓrogandi partibus absentibus: tamen si in absentia ꝓrogat, & non intimat, ꝓrogatio habetur ꝙ non facta: qa non est dicendum, vt non debeat intimari: nec intelligit hoc actū qd est omissum in ꝓcepto, & est prejudiciale, & cōtra ius, & cōtra bonā fidem. l. creditor. l. si qs arbitratu. de ver. ob. cum sit negociū in controuersiā deductum. Item clausula partib. nō citatis ad sententiā, est cōtra ius cōmune, & non intelligitur tacita. & clausulæ q̄ sunt præiudiciales, & contra ius cōmune in prin. positæ nō intelliguntur in fine. & contra aliud capitulū tacite repetita, si ego do potestatē alicui obligandi me
2 semel, vel pluries, nō potest obligare me nisi bis. † Si do ꝓcuratori potestatem substituendi semel, & pluries, nō potest substituere nisi bis. si prorogandi mandatum do semel, & pluries, non potest, nisi bis. nam aduerbiū, plu. & nomē plu. vel pluralitas verificat in duob. & figit pedē in duob. s. in obli. contrahēda, sed in hoc qñ de iure q̄sito exponunt, & latius, vt in §. hinc nos. de ista dictione, pluraliter, tāgit Spe. sed nihil firmat in ti. de arb. §. sequitur. vers. q̄d si dictum. ego sum istius opi. ꝙ clausula apposita, ꝙ possit partib. citatis, & non citatis, operetur in termino assignato à cōpromittentib. qui habent notitiam termini, & iuris effectus, secus in termino prorogato, nisi sit partib. notificatus: quia ignorantia impedit eas cōparere, & arbiter scit non posse comparere: quia sit naturale impedimentum ignorantia, l. quæsitum. de re iudic. Ego Baldus.

CONSILIVM CV.

1 *Donatio non valet sine insinuatione in id, quod excedit legitimā summā.*
2 *Præsentia Principissæ an suppleat in donatione defectum insinuationis sicut præsentia Principis.*
3 *Si notarius rogatus de donatione fit ex priuilegio index ordinarius, an videatur interposuisse auctoritatem dictæ donationi, ita vt videatur insinuata: & an in insinuatione requiratur consensus, vel auctoritas, vel decretum iudicis.*
4 *Debitor an possit soluere cedenti omisso cessionario, & an liberetur.*
5 *Cedens an posset aliquid facere in præiudicium cessionarij.*
6 *Prælatio ex tempore an sit inter cessionarios, vel inter cessionarium, & debitorem.*

Factum tale est. Domina Anerana titulo donationis inter viuos trāstulit dimidiam iurium alimentorum sibi spectantium in bonis quōdam D. Coradi de Asinariis viri sui, & similiter dimidiā iurium dotium ipsius: & similiter omnium bonorum, in quib. reperitur hæres eius existen. in bonis dicti quondam D. Corradi, seu penes quondam D. Corradum in famosissimum legum doctorem D. Philip. de Casolis de Regio, prout apparet publico instrumento cum insinuatione debita solenniter stipula. &c. ac omnibus solennibus iuribus solenniter munito. quæ quidem iura, vt supra eodem die nullo facto interuallo eo modo, & put habuerat ipse D. Phili. à suprascripta D. Anerana. Idem D. Phil. titulo donationis inter viuos transtulit ad illustrissimam Principissam, & do. do. Comitissam Virtutum, & prout apparet publico instrumento munito, & solennizato, &c. Post quæ certo tempore transacto præfata D. Anerana petit ac petiit dicta alimenta sibi taxari, & super hoc per eam extitit certo tēpore litigatum

gatum contra hæredes d. D. Coradi. postremo vigore literarum illustris Principis, & magnifici d. D. Comitis virturum, &c. tunc dominis Ast. transmissarum tunc in dicta ciuitate eius pāti factū extitit compromissum per ipsam D. Aneranam ex vna parte, & eius aduersarium ex alia. Et bene per snīam arbitralem determinata fuerunt alimenta ascendere ad flore. 4000. & sic declaratum fuit illum aduersarium esse debitorem ipsius D. Aneranæ nulla facta mentione de prælibata do. Comitissa, nec prædicto D. Phil. à qua tamen snīa extitit reclamatum; attamen ipsa reclamatio non fuit prosecuta. Postremo dictæ partes deuenerunt ad transactionem quandam, seu compositionem nulla facta mentione de prælibata do. Comitissa: videlicet ꝙ aduersarius ipsius do. Aneranæ ipsi do. Ane. seu eius hæredibus responderunt de flor. 4000. occasione dictorum alimentorum. & sic factum extitit. nam fuerunt eidē assignata tot bona, quæ ascendebant ad dictā quantitatem. quæ D. Anerana vendidit, & confessa fuit recepisse precium, videlicet flor. 4000. sed in veritate non recepit nisi bis mille, quos tradidit cuidam suæ nepti, cui ante donationem factā præfatæ D. Comitissæ donauerat titulo donationis inter viuos fl. 2000. super omnibus bonis suis. de aliis suis duobus milib. extitit factum instrm depositi sub tali cōditione, q̄ eidem D. Aneranę, seu eius hæredib. respondeant de dictis 2000. flo. dummodo prælibata do. Comitissa omnia iura, quæ habet in bonis D. Aneranæ, seu D. Coradi, remittat, aliàs non. Post prædicta decessit prefata do. Anerana condito testō, &c. ex quo addita est hæredi, &c. An prælibata d. Comitissa, cui nunquam de prædictis aliqua mentio fuit facta, nec vnquam aliquod illorum trium, l. 3. C. de nouatio. fecit, consequi possit iura sua. Modo in dubium vertitur primo; nunquid prædicta donatio valeat, & si nō valet, quo iuris remedio consulitur præfatæ do. Comitissæ, maxime cum pœna intereresse, & expensarum, &c. sit apposita in contractu donationis, si contra veniatur, &c. Item in casu, in quo valeat dicta donatio, an solutioné illorum 4000. flore. facta dictæ D. Aneranæ pro illis alimentis vigore illius compositionis sit per omnia extinctū certum debitum dictorum alimentorum, cum sit opinio, ꝙ solutio facta per debitorem cedenti, tunc enim liberat, quando ipsa solutio debet tendere in vtilitatē ipsius, qui cessit, secus si in vtilitatem cessionarij. & si est extinctum, quo iure consulitur præfatæ D. Comitissæ. Item si non est extinctum, quo iure consulitur præfatæ D. Comitissæ. Item si non est extinctum totū debitum, alimentorum, an possit ꝓlibata D. Comitissa ratificare illam snīam arbitralem, & sic petere dimidiam taxationis factam occasione dictorum alimentorum, maxime cum in themate presupponatur, ꝙ iam tradidit illa 2000. fl. illi suæ nepti occasione donationis præambulæ: & maxime quia d. D. Anerana nihil egit nomine ꝓlibatæ D. Comitissæ, sed nomine suo tm. In casu, quo possit probari, hęredem quondam do. Manuellis Asinarij hæredis ipsius quondam do. Coradi sciuisse de cessione facta per dictam D. Aneranam in dictum do. Philip. à quo causam habuit prælibata do. Comitissa, & per cons in ipsam do. Comitissam, an talis sententia habeatur, & sufficiat loco denunciationis. & sic sumus in casu legis. 3. C. de noua. & hoc qa fuit apposita illa conditio in deposito illorum duorum millium flor. nam semper gl. sunt contrariæ. Prędicta respiciunt alimentorum iura: quia primo præfata domina vult illa consequi, postea condescendere ad alia sua iura, pro quibus omnibus cōsequendis, qualiter melius sit fundata intentio, de iure placeat respondere.

1 Primo † videndum est, vtrum donatio facta nobili, & egregio doctori D. Phili. valuerit: ab ea namque descendit donatio facta Illustrissimæ dñæ D. Comitissæ virtutū. Et dicendum est, ꝙ si donatio fuit insinuatione munita, valuit in totum: alioquin non valuit, nisi vsq; ad legitimam summam. C. de don. l. sancimus. & in l. si quis argentum. & l. si quis pro redemptione. §. fi. i. vsq; ad 500. aureos, vt ibi patet. Tñ posset du-
2 bitari, an pātia † Principissæ suppleat defectum insinuationis, sicut suppler pātia Principis defectū testamenti, vt C. de rest. l. omnium. & est arg. ꝙ sic. C. de dona inter vir. & vxo. l. pen. C. de quadri. præs. l. bene à Zenone. & quod no. in auth. de non alie. §. si minus. col. 2. nam si Princeps in territorio suo vices Cæsaris gerit, ergo & Principissa Augusta. vnde eadē priuilegia habent, vt ff. de legi. l. Princeps. Item ipsa omnem magistratū sub se auctoritate ꝑcellit, sicut olim dicebatur de Comitissa Matilda, vt
3 no. C. de arbi. l. fi. † Item posset quæri, an tabellio, qui est ēt iudex ordinarius ex forma sui priuilegij, possit interponere iudiciam auctoritatem in ista donatione, vt sic insinuata videatur corā magistratu, cū ipse sit ordinarius, licet nō præsit tribunali. & videtur, ꝙ non, vt C. de don. l. in hac. nā quantum ad hoc non valet prorogatio iurisdictionis. vt C. de test. l. testā omnia. Item quia ista interpositio decreti est mixti imperij. ff. de transl. cum lii. §. si prætor. arg. contra, qđ no. ff. de iud. l. i. & qđ isti hēant ex consensu partium iura gestorū apud se conficiendorum. C. de sacr. sec. l. iubemus. §. his tabellionib. Item istud non vē proprie decretum, cū competat inre magistratus: sed est potius q̄dam auctoritas, vt no. in auth. vt nō fiant pignorationes. §. illud. coll. 5. per defensorē ciuitatis interponi pōt, vt d. l. in hac. Item cū isti iudices chartularij habeāt iurisdictionem immediatè à Principe, sc. iurisdictionem habitualem, ergo & decreta interponere possunt. C. qui pro sua iurisd. l. 1. & consueuit in priuilegijs eorū hoc contineri. facit, qđ no. in l. i ff. de tu. & cur. dandis ab his. & licet isti iudices priuilegiarij, quos chartularios vocamus à membranis priuilegiorum: C. de iud. l. tē non nouam. nō hēant iurisdictionis exercitium, nisi inter cōsentientes: tñ radicem iurisdictionis hēnt à Principe, arg. ff. de testa. tute. l. tutores nō ab hærede. In hoc videndus est tenor priuilegiorum: nam de iure cōi inferior à defensore non insinuante apud se, in auth. de defen. ciui. §. nulla. Super eo autem, qđ quæritur de pœna, dicendū est, ꝙ qui fidē licitæ donationis frangit, incidit in pœnam, secus si illicite. ff. de transa. l. qui fidem. ff. ad l. Fal. l. Seius & Augerius. Cōsidera, dicit Bar. ff. de do. l. Modestinus. ꝙ in insinuatione sufficit iudicis pātia, & nō requiritur eius auctoritas, vel decretum. Gul. de Cu. dicit, ꝙ requiritur decretum. Ego dixi, ꝙ requiritur auctoritas, nā decretum à creando dictum est. i. à noui iuris, vel noui status creatione. Sed auctoritas ad confirmandū, nō ad creandum de nouo adhibetur. de hoc not. C. de sacrosec. l. illud. si enim iudicis vt iudicis, & nō vt simplicis testis pātia requiritur, ergo aliquid est in iudicis pātę decernere, vel auctorari. ff. de transl. cum hi. facit qđ not. ff. de bon. pos. l. 3. §. si cā cognita. & l. fi. C. qui adm. ad bo. pos. Et tñ istud est verissimum: qa ista insinuatio magis accedit iurisdictioni voluntariæ, q̄ contentiosæ, q̄ non fit in figura iudicij inter patrem, & filium, nec pōt
4 fieri, vt C. de do. l. data iā pridem. † Nunc venio ad aliud quæsitum, videlicet præsupposito, ꝙ valeat donatio, an solutio illo-4000. fl. potuerit fieri cedenti. Considerandā sunt iura, quæ loquuntur in materia ista: qa quædā loquuntur in spontanea solutione, C. q̄ res pig. obl. pos. l. nomen. & C. de excep. l. 1. ff. de hær. vel act. ven. l. venditor actionis. §. nois venditor. Quædā in exactione, q̄ fit ab inuito, vt C. de do. l. 3. Quædā in iudicio, & cōfessione, vt ff. de proc. l. actor malit. & l. proc. in rē suam. Quædam in transa. ff. de transa. l. fi. Quædā in pacto gratuito. ff. de pac. l. si cū emptore. Quædā in reputatione. ff. quemad. ser. amit. l. si prem. §. fi. Quædā iura loquuntur in restōne facta ex trebelliano. ff. ad treb. l. factam. §. si hæres. & l. 1. §. 1. eod. tit. cum si. Et circa omnia ista Iac. de Ate. Old. & Bar. dicunt, ꝙ si cessio facta est ad merum commodum cessionarij: cum vtilis actio sit translata, quæ præfertur directæ: quia cedens cedendo voluit cessionarium anteferri, & negociū ad se spectans, fecit ad alium spectare, ꝙ si debitor sit cedens, nec solutionem reciperet à sponte soluente, ꝑt non exigere ab inuito, nec transigere, nec paciſci per d. l. vlt. ff. de transa. à contrario sensu. & sic cessio remanet in suā roboris firmitate, & pōt cessionarius experiri contra veterem debitorem, scientia tñ non præsumitur, nisi probetur. Alij dicunt, ꝙ cedens potest re integra solutionem recipere à debitore sponte soluente: secus si res non esset integra. & dī res nō esse integra, qñ interuenit aliqđ illorum trium, de quibus hī in l. 3. C. de noua. Et hæc opi. vē esse illius. l. 3. alias ad quid lex enumeraret ibi illos tres casus, si sufficeret ibi sola scientia. nā denunciatio tunc non est de substantia, sicut requirit illa lex, & tamen erat facta cessio principaliter in vtilitatem, & fauorē cessionarij. & si dicat, ꝙ illa lex loquitur in mandato, non in cessione, dicis contra. gl. ibi positam, istā opinionem approbat gl. C. quæ res pig. obli. possunt. l. nomen. Sed præcedentem approbat in dic. l. fin. ff. de transa. & cōiter gl. illius. l. vltimæ approbatur, vt refert Cy. ego in scholis tangebam inuestigando & arguendo, ꝙ cessio non potest facere, ne debitor soluendo liberetur ipso iure: qa cedens non ꝑt facere deteriorem conditionem debitoris, sed soluendo

cessionario respectu obligationis vtilis non liberatur ipso iure, sed ope excep.C.de excep.l.1. vnde quod interest sua, ipso iure liberari vr, ꝙ possit etiam sciens soluere cedenti. Sed ad illam.l. 1.respondetur,ꝙ ibi soluit alij de voluntate defuncti: hic de voluntate viuen.vt ibi no.& hanc solutionē tenent doct. Sed cum cessio non possit mutare statum obligationis, nec originem ipsius, videtur dicendum, ꝙ debitor possit sponte soluere, alias grauaretur in onere probandi : quia grauaretur in probanda cessione, si debitor negaret eam, & iste cogeretur omnino soluere cessionario,arg.ad hanc rationem est in l.2.ff.sol.ma. Considerandum est, ꝙ interdum obligatio naturaliter dissoluitur per solu. & tunc videtur, ꝙ debitor ét sciens possit soluere cedenti, secus si promisit ex delegatione.nam lex illa facit hāc differentiam. interdum dissoluitur ciuiliter per nouum pactum, seu transactionem: & hoc mō inter scientes non pōt dissolui in præiudicium cessionarij,si cessio præcessit pactum : secus si pactum præcessisset cessionem.ff.de excep.doli.l.apud Celsum.§. ꝙ si is,cui.& d.l.fi.de transa. alij dicunt aliter, vt supra dictū est. Est & alia ratio pro eis: quia ipsi dicunt, ꝙ facta cessione si cedens agat in iudicio, debitor potest ei opponere exceptionem transfusarum actionum, quæ perpetuo obstat cedenti, ergo si eam non opponit sciens eam competere sibi imputet. ff. de fideiuss.l.exceptione.mandat.l.si fideiussor.§. quædam. nam non videtur ex bona fide soluere,sed potius recipienti donare,iuxta no.in l.si proc.de cond. ob cau. Sed de ista excep.adhuc sub iudice lis est: quia cum directarū ius non sit elisum, ergo non obstat cedenti exceptio per casum d.l. 3. Nec obstat arg. à contrario sensu d.l.vlt.de transa. quia illud argu. à contrario sensu non debet sumi,nisi quatenus potest sumi,id est,cū distinctione d.l. 3.de noua.Item quia d.l.vlt.loquitur ex nouo contractu nō executione veteris contracta,ista sunt dubia,& diuersi diuersa sentiunt. Porro in restōne ex trebelliano pp auctoritatem senatus nulli dubium est,ꝙ debitor sciens hēditatem restitutā non posset soluere hæredi,apud quem remansit nomen actionū inane. ff.ad Trebel.l.ex asse. proprietas.n.ipsorum iuriū transfertur ex trebelliano. hoc sentit gl. in d.l. si cū emptore. Explicit articulus de sciente,incipit,& sequitur articulus de debitore ignorante cessionem, in quo articulo nō distat ratio ex Treb.ab alia
5 cessione.† Sed distinguunt,aut est pactum ex causa lucrativa,& tunc non nocet cessionario : aut ex causa onerosa, & tunc nocet secundum Ia.Bu. Cy. & multo fortius nocet vera solutio facta cedenti. Quid ergo dicis in transactione, vel amicabili compositione arbitratoris, quæ non sit titulus lucrativus. Respondeo, quatenus est datum creditori,idem est,quod in solutione, sed quatenus est remissum debitori, aut debitum nō erat liquidum,& idem,quod in transactione.aut erat liquidum, & idem, quod in donatione,vt ff.quæ in frau.pa.l.1. §. an transigit. In casu autem nostro, cum debitum esset olim liquidatum, & ius dictæ illustri dominæ quæsitum in illo,quod vere numeratū fuit, sine dubio cessio vigorem suum retinuit,suppositō fundamen-
6 to,ꝙ donatio valuerit. †Vnum etiam tangitur,videlicet,vtrum inter cessionarios sit prælatio ex tpe : qa cessio habet vim quasi traditionis,vt no.ff.de donat. l. ad eum. ista quæstio determinatur.ff.de lega. 1.l.quocunq;. §. qui Caium.Et prædicta vera sunt inter cessionarium, & debitorem : sed inter cedentem, & cessionarium non est dubium,ꝙ si quid fecit cedens in præiudicium cessionarij siue agendo, siue paciscendo, tenetur ei refūndere,vt no.in d.l.fi.de transac.& d.§. quòd si is,cui.& est text.in l.venditor actionis.§.fin.ff. de transact. l. cum hi. §. si integra. 2. respon.in primis autem cessionarijs inter se habet locum, in d. §.qui Caium. Et ideo contra hæredes cedentis iura competunt dictæ inclitę dominę,si donatio fuit solennis.& hoc indubitanter dico,saluo semper consilio cuiuslibet melius sentientis. Et ita dico,& consulo ego Baldus.

CONSILIVM CVI.

1 *Damna propter litem emersa an possint peti lite sopita aliquo genere actionis.*

2 *Producens falsum testem an teneatur de falso.*

Quidam dom.Iac.de Laziſio,siue alius procuratorio nomine pro eo,asserendo quendam d.Ant. de Laziſio suum esse debitorem virtute cuiusdam consuetudinis scriptæ in volumine statutorum cōis Veronæ, fieri fecit iam duo anni sunt elapsi, quoddam sequestrum quàm plurimarum petiarum,& capitiorum panni tanq̄ de bonis dicti sui debitoris in quadam statione Scapizariæ, quā suo nomine tenebat quidā Bonicontrus Scaptizator: & claudi fecit dictā stationem. quo facto Bonicontrus eius procurator comparuit in iudicio,& petijt dictū sequestrum tolli, & cassari iuxta formam dicti statuti, siue consuetudinis.& fuit ad eius petitionem dictū sequestrum cassatum,quantū erat in eius preiudicium:dictis tn̄ petijs,& capitijs pannorū remanentib.in sequestro secundum formā dictę consuetudinis: & subsequenter d. Bonicontrus siue alius proc. eius nomine pro eo,ꝙducit corā iudice vnā scripturam, in qua perijt pronunciari debere ipsa bona sequestrata ad eum spectare,& pinere : sp protestando contra d.D.Ia.& eius proc. de ipsius damno,&interesse,nunc̄ quouis modo apparēte d.D. Ant. de Laziſio in aliquo esse,vel fuisse debitorem d. D. Ia. tam in cā principali,q̄ appel.in fauorem d.Bonicontri. & contra d.Ia.expensæ in lite factæ taxatæ fuerūt, & sunt,quib. omnib. peractis, &c. Et quia dicta statio d. Bonicontri stetit clausa continuo per 5.menses,& dictæ petiæ,& capitia pannorū steterunt in sequestrū continuo per 21.mēses,ex quib.d.Bonicontrus fuit damnizatus in maxima quantitate tam ex eo: qa personam suam exercere non potuit in arte sua Scapizariæ,q̄ ex eo,ꝙ dictos pannos vendere non potuit,&erant maioris valoris tpe dicti sequestri, q̄ essent tpe restōnis de eis sibi factę. Vnde d.Bonicontrus super ipsius damno,& interesse contra dic.Ia. porrexit libellū petens sibi d. Iac. condemnari debere ad eius damnum,& interesse,in quo ét ratio lucri haberi dēat occasione prædicta,prout in eius libello plenius continetur.& super ipso libello lite conte.& factis legitimis probationib. per d. Bonicontrū in d. cā succubuit d.Bonicontrus ea solum rōne: qa consultor dicit,nullam actionē de prædictis d.Bonicontro competere: prout sic,vel aliter in consilio consultoris continetur,à qua snia d.Bonicontrus se legitime appellauit.Mō ex præmissis quæritur, an de iure ex causis præmissis d.Bonicontro contra d.Ia.ad d.damnum, & interesse competat aliqua actio, qua possit contra eum ad d.damnū, & interesse experiri: & recte, & rite agere contra ipsum, & sibi ius agendi cōpetierit.Placeat igitur nobilitati,& excelsæ scientiæ vestræ,visis prius d.stat.cōis Veronæ libello, actis, & probationibus inde agit.ac consilio d.consultoris,& alle.super ipsis in iure visis,vestrum consilium,&allegationes sigillatas vestro amore scribere,& transmittere.Insuper d.D.Ia.de Laziſio,siue alius eius nomine produxit contra d.Bonicontrum quēdam testem, qui dicit,ꝙ à mense Augusti 1372. cōtinuo vsq; ad festum S. Lucię de 1387.se vidisse D.Bonicontrum stare ad dictam stationem Scapizarię vendendo pannos,& suam personam exercere,& re vera d. Bonicontrus iuit ad S. Antonium de Vienna, & stetit in itinere do.Bonicontrus per spacium 27. dierum. Modo quæritur, an dictus testis possit accusari de falso, similiter producens eum, vel alter eorum, attento statuto communis Veronæ. & super hoc consilium vestrum præbere,vt supra.

1 Vtrum † damna pp litem emersa possint peti lite sopita aliquo actionis genere,vel non possint. sunt opi.variæ recitatæ per Cyn.C. de iud.l.sancimus. Et quidem de expensis iudicialibus,& damnis iudicialib.loquuntur doctores. Sed pone,ego feci fieri sequestrū de quibusdā rebus,quæ cursū tpis sunt deterioratæ in bonitate intrinseca,vel extrinseca:quia decreuit precium rerum,nunquid teneor. dicit lex, ꝙ ille, qui rei vendicatione litem calūniosam mouendo impedit actionem in factum tenetur aduersario.ff.de dolo. l. rem q̄dam. Alia lex dicit,ꝙ contra eum,qui fecit fieri sequestrū indebite, actione de dolo succurritur.ff.de dolo.l.si oleum.Et ideo quia est casus legis,nulla dubitatio est.& hoc verū,si constat de calumnia, siue de dolo,vt dictis legibus. qūo autem constet ? certe cōstat, si nihil ꝓbauit actor. si autem probasset ét per probabiles coniecturas,vel per vnū bonum testē, præsumitur dolus abesse. vñ in hoc acta loquuntur,& facit.ff.de vsuris.l.maritus. Considerabit,an tpa suffragentur,&an in petitione sit intentatus dolus expresse,vel tacite,nec ne,vt l.igitur.ff.de lib.causa.quod ex libel-
2 li causis apparet. Super secundo puncto dicendum est, ꝙ † aut falsus testis est productus funditus super falso articulo, aut super vero.Primo casu producens tenetur. Secundo casu non tenetur,nisi illius falsi testis depositione vtatur.C.de falsis.l.si falsos. nisi probaretur eum testem subornasse. ff.ad legem Corn. de falsis.l.r.§.item. Et ideo si articulus fuit verus,dictus D. Iacon est culpandus,nisi sciens vteretur falsa attestatione.& quasi totum

totum hoc in actis apparere potest. Item an fuerit prætori obiectum,nec ne,ex actis liquet.ff.ne vis fiat ei.l.1.§.hæc verba.ex sententijs etiam colligi posset,vt C.de iudic.l.rem non nouam. §.fin. Ego Baldus.

CONSILIVM CVII.

1 *Molendini appellatione an contineatur mola, & ferrū mobile, & similia.*

1 Cogitaui, † an molendinum dicatur continens molam,nec non,& ferrum mobile, & similia dicantur esse contenta. nam aliud describitur continens, aliud describitur contentum. Item cogitaui, nam si mola,& ferrum dicerentur de forma molendini, ergo si mihi esset legatus vsusfructus molendini,tam ad impensam pertineret, quam ad formam rei.ff.de impen.in rebus doralibus factis.l.1.§. fi. Item nemo diceret molendinum construction sublatis inde macinis: ergo nec destructum:dummodo ea,quæ debent esse affixa molendino,super quibus voluuntur,rotæ, & macinæ ibidem sunt affixa, quæ enim non sunt affixa, potius dicuntur instrumentalia,quam formalia,vt l.granaria.de act.empt. & ideo qualitates ædificij oculis aspici oportet.§.ad officium.Et ideo in quo statu sit molendinum istud, quod alij factum, alij infectum dicunt, melius est oculis conspicere, & cuncta in scripturam redigere: quia isti gabellatores multum tamen placabiliter, & multum discretè venerunt ad me, & dicunt, quòd tangit introitus domini. vnde coram domino sunt facturi verba. oportet ita animaduertere, dicunt enim, ꝙ de communi vsu loquendi istud appellatur molendinum. Item ꝙ pro molendino gabellatum est,quod si essent,minime sunt mutandi. Ego Baldus.

CONSILIVM CVIII.

1 *Donatio causa mortis an sit ipso iure nulla, si donatarius moriatur priusquam donans: & quid si facta est mentio hæredum.nu.8.*

2 *Testes quatuor ad instrumento describpti cum hac clausula, & pluribus aliis testibus. an sufficiant, vbi contractus plures, quam quatuor requirit.*

3 *Do.causa mor.an videatur reuocata per illa verba testamenti, reuocans omnem aliam voluntatem.*

4 *Donatio causa, & c.an æquiparetur contractui, an vltimæ voluntati, & an requirat additionem hæredis atię.*

5 *Donatio, in qua fit mentio mortis, hoc tamen addito, quod non possit reuocari, an censeatur inter suos, vel causa mortis.*

6 *Statutum loquens de minore. an comprehendat tam fœminam, quam masculum : & loquens de donatione comprehendit tam inter suos, quam causa mortis.*

7 *Donatio propter nimiam reuerentiam an valeat.*

9 *Donatio inter suos an patiatur falcidia detractionem.*

10 *Factum legis succedit loco solennis facti hominis.*

Domina Ioanna quondam ser Ian. Flor.de Tarusio maior 12.annis, & minor 14. fecit quandam donationem do. Nardo de Nardijs de Taruisio recipienti pro se,& suis hæredib.in hac forma,videlicet,nomine puræ, meræ donationis, quæ fit cā mortis,adueniente casu mortis,& ipsa d. Ioanna moriente sine legitimis hæredibus ex se descendentibus : volendo, ꝙ si non potest valere per vnam donationem, ꝙ valeat, & valere debeat, per quam plures donationes, quarum quælibet nō transeat vltra summam 500. aureo. quam quidem donationem,quæ fit causa mortis, vt dictum est supra d. D. Ioannæ promisit habere gratam,& ratam, & in nullo contrafacere, vel venire. & fuerunt inserta hæc verba videlicet: ꝙ fecit d. donationem puram,ac irreuocabilem per aliquem actum fiendum per ipsam, nisi expresse per instrm publicum expresse, & spālis reuocationis de d. donatione fuerit ipsa donō reuocata per ipsam,& aliter,vel alio mō non sit,nec intelligatur reuocata præsens donatio.& similiter fecit multas alias donationes.in quibusdam tamē instris sunt quinq; testes, & in alio instro sunt quatuor testes nominati, & post illos nominatos sunt hæc verba,videlicet,& pluribus alijs testibus, non tñ specifica. Deinde d. do. Ioanna fecit testm̄ in quo instituit alios hæredes clausula derogatoria,& reuocatoria,sub hac forma,videlicet reuocans, & annullans omne aliud testm̄,& vltimam voluntatem. Proponitur ét,ꝙ d.domi.Nardius donatarius decessit ante d.donatricem relictis hæredibus.Proponitur etiam,ꝙ in ciuitate Taruisij est quoddam statutum, quo cauetur, ꝙ si quis maior 14.annis, minor 15. annis sui iuris existens fuerit mercator publicus, vel aliter agat,faciat,& contrahat communiter tanq̄ pater familias,qui curatorē habuerit generalem,vel nō habuerit, & contraxerit aliquo modo,vel quasi : de omnibus contractib.teneatur, & conueniatur, sicut quilibet maior 25. annis.cæteri verò minores 25. annis sui iuris, qui vt patresfamilias non publicè agunt,vel contrahunt,maiores tamen 24.an.non teneantur,nec aliquis pro eis,ét si iurauerit, &c. Proponitur etiam,ꝙ d.donatio fuit inuo vallata. Nunc mortua donatrice hæredes donatarij
1 agunt ex donatione prædicta. † Sed ex aduerso hæredes donatricis dicunt d. donationem nullatenus valuisse multis rationibus,& causis. Et primo, quoties donatarius cā mortis decedit anteq̄ donans,donatio reuocatur ipso iure,vt Insti.de dona.§.r. & ff.si cer.pet.l.non omnis.in prin. Sed hic donatarius cā mortis decessit anteq̄ donans,ergo donatio fuit quasi caduca, sicut dicimus in legato, vt patet ex coniunctione duorum paragraphorum.C.de ca.tol.§.in nouissimo. & §.fi. nec ob. ꝙ fuerit fcā mentio hērdis , qa mentio hērdis debet intelligi scdm subiectam materiam : videlicet, vt confirmata ista donatione causa mortis transeat ad hæredes ex persona defuncti : non vt ab ipsis hæredib.incipiat noua donatio ab eorū persona,vt C.vt act. ab hær. & contra hæredes incipiant.l. r. & ideo vr requiri , ꝙ dies istius donationis cesserit in vita defuncti: nam ista donatio fit ob merita,& iō considerari vr defunctus,non hæres, ar.ff. de dona. cā mor.l.si filio.Sed ad hoc rndetur,ꝙ si testator legat Titio, & eius hæredibus, ipsi hæredes videntur esse legatarij,vt ff.de vsuf. accresc.l.si quis Titio.ad hoc.ff.de cond.& dem.l. cui fundus. Et
2 istud est primum dubium de iure cōi. † Scdm dubium est,nunquid sufficiant quatuor testes cū illa adiectione,q̄ pluribus alijs testibus,& videtur,ꝙ sic: quia per dicta verba significantur duo alij testes,ergo interfuerunt 6.testes, vt ff. de testi. l. vbi numerus.nec est necesse,ꝙ fuerint rogati,vt C.de cod.l.fi. §. in omni. Sed contrarium est verum: qa nomina testium substantialium debent exprimi in instro : aliàs instrumentum non valet, vt in auth.de instrumentorum cau.& fide. §. sed si instrumenta. & in auth.de hær. & falc. §. si vero absunt. nam incertitudo vitiat instrumentum,vt ff.de test.tut.l.duo sunt Titij. & ff.de iure fisc. l.
3 ita fidei. † Tertio est videndum, vtrum d. donatio cā mortis intelligat fuisse expresse reuocata per illa verba reuocatoria, cuiuslibet vltimæ volūtatis.& videtur,ꝙ sic: quia licet do.cā mortis in modo cōtrahendi magis accedat contractui, q̄ vltimæ voluntati,tamen in facilitate reuocandi magis accedit vltimæ voluntati,q̄ contractui.vndè secundum quosdam ex don. cā mortis oritur naturalis actio ex testō, vt no. C. de don.cā mor.l. 1. vt
4 ibi no.per Cy.& Dy.in l.1. ff. eo. Item † secundum quosdam requiritur additio hæreditatis ad cōfirmationem donationis causa mortis, vt ff.de don.l.in mortis.per Bar. Sed de hoc dic,vt no.ff. de inoffic. test. l. etiam. Item de ea detrahitur falcidia, sicut de legato, quare donatio cā mortis potest vocari vltima voluntas : quia plures similitudines cum vltima voluntate, q̄ cum contractu habet,vt plene no. Insti.de do.§.hæc mortis. Item cum non appareat , ꝙ præcessit alia vltima voluntas, vt ista verba aliquid debeant operari, videntur ad donationem de necessitate trahi. Sed contrarium videtur, tum ꝙ non est mere vltima voluntas : tum quia verba dicunt, nisi expressa & spālis reuocatio,&c. Sed hic non est reuocatio spālis de ipsa donatio. cum de ea non fiat
5 mentio,vt ff. de lega 3.l.si quis.in prin.testamenti. † Quarto est videndum,vtrum d. donatio fuerit donatio causa mortis,vel inter viuos.& videtur,ꝙ fuerit inter viuos : quia fuit actum, quòd nō posset reuocari, nisi ex duobus casibus : ergo in illis tantum duobus casibus est donatio causa mortis, in alijs omnibus casibus erit donatio inter viuos,vt ff.dè do.causa mor. l. si alienam. §.Marcellus.& l.vbi ita donatur.In contrarium videtur: qa hæc verba expressa dicunt,ꝙ donauit per meram donationem causa mortis. & certum est, ꝙ actus gentium non operatur vltra intentionem eorum,vt l.non omnis.si cer.pet.Nec obst.l.in contrarium alle. quia casus noster est valde dissimilis : nam pactum hic appositum respicit potius modum probandi, videlicet ꝙ donatio expressa debeat probari per instrumentum spāliter faciens mentionem de ipsa donatione, q̄ transferat ipsam donationem causa mortis ad naturam donationis inter viuos. Item per istud pactum non prohibetur tacita reuocatio, quæ fit per legem,item ad hoc facit.ff.de donat. causa mor.l.si alienam.vbi statur ei, quod actum est, ex quo sequi videtur, quòd Falcidia
6 detraheretur. † Quinto est videndum, siue sit donatio cā mortis, siue inter viuos, vtrū statutum cōis Taruisij eam annihilet. Et videtur,ꝙ non: quia de masculo lex loquitur,nō de muliere:

& quia venit ad correctionem iuris cõis, ideo masculinum non concipit fœmininum, & maxime interueniente iuramento. & super hoc latissime allegatũ est, plenissime, & elegãter, & quicquid dici potest. Sed in contrarium est ipsa veritas: quia textus statuti dicit, cæteri vero minores: quia siue loquamur grammaticaliter, huic dictioni, minor, præponũtur duo articularia, hic, & hæc. nam declinatur hic, & hæc minor. Siue loquamur legaliter, sicut debent loqui legistæ, nõ debemus inspicere meram figurã verborum, sed mẽtem, vt ff. de ver. sig. l. quisquis mihi. ibi dũ dicit, mihi Labeo vĩ verborum figurã sequi, Proculus mentem. & subdit, non dubito, q Labeonis sñia vera non est, vt ff. de iu. fisc. l. ait diuus. ibi dũ dicit, quicunq; processus accipere debemus tam masculum, quàm fœminam. & de ma. plene not. in l. i. de verb. sig. & C. de ser. fug. l. quicunq;. & ff. de neg. l. ait prætor. §. hæc verba. cum infinitis sim. iste ergo terminus, minor, iuxta modos loquendi gl. in l. i. ff. de reg. iu. est cõis masculo, & fœminæ, imo ꝓpter imbecillitatem sexus magis conuenit fœminę, q̃ masculo, vt no. ff. de sta. ho. l. in multis. vnde quia ista dictio, minores, est cõis masculo & fœminę, voce, & significatione, & ratione, minime dubitandum est, dictum statutum quantum ad annibilationem cõractum comprehendere masculum, & fœminam. Item nomine contractus comprehendere etiam donationem tam inter viuos, q̃ etiam cã mortis. ff. de dona. inter vir. & vx. l. mortis. in prin. quam legẽ inducit gl. ad hoc in l. 2. de dot. præleg. & maxime qñ donõ mortis habet quædam pacta, quæ accedunt donõni inter viuos, maxime contracta p stipulõnem:
7 sicut fuit donõ, de qua quæritur. † Sexto est videndũ quia dr, ꝙ dicta donõ fuit facta ꝓp nimiam reuerentiam. & est verum, ꝙ si de hoc constaret, haberet locũ rescissio, vt no. in l. i. §. quæ onerandæ. ff. quarũ rerum actio non datur. Sed de hoc nihil est probatum. est verum, ꝙ cum donare præcipue immobilia sit quoddam dilapidare, considerata ẽt puerili ætate donantis, & sagacitate donatarij, & alijs indicijs: sunt nonnullæ coniecturæ extorsionis, & fraudis, vt no. gl. in l. 3. §. quid ergo. de contrario iudicio tutelæ, tñ ex omnib. istis præsumptionib. non posset fieri sñia rescissoria, vt ibi no. Ego tamẽ vidi multoties huiusce modi donõnes rescindi ope prætoris, vt l. illicitas. in prin. de of. præsi. qñ sunt donõnes inter viuos. Sed qñ causa mortis, non esset iustũ rescindere eas, sicut nec testm̃ adultorum. vt ff. de lib. leg. l.
8 Aurelio. §. Cai. † Septimo & vltimo in hac qõne consulendo est concludendum, ꝙ dicta donatiõ tanq̃ donatio inter viuos non valuerit statim: tñ de donat. cau. mortis est satis dubium, vtrum statutum videatur loqui, sic enim agit, vt non teneantur minores, nec minores, nec aliquis pro eis. Sed ex donõne causa mortis ipsi non tenentur, nec aliquis pro eis: cum non ipsi possint cõueniri inuiti, nec inter cessores eorum: vel si tenentur reuocabiliter, ꝙ non est ꝓprie teneri, vt Inst. de obl. in pr. licet largo modo, & improprie dicatur teneri. & sic non obst. quod no. Cy. in l. vl. C. de don. causa mortis. ergo quantum ad dona. causa mortis non loquitur statutum, sed sumus in iure cõi, quo iure donatio cã mortis accedente iurõ adulti valet: & forte ẽt sine iurõ valet tanq̃ vltima voluntas. similiter nec possumus dicere, ꝙ fuit reuocata: quia non fuerit seruata forma tradita in reuocando: & hoc videtur mihi verius, saluo ꝙ illa donatio, in qua non interfuerunt quinq; testes, non valet, vt C. de do. cã mortis. & maxime hac rõne, vt res magis valeat, q̃ pereat. † Si. n. esset inter viuos, nullius esset momenti, & de tali donõne põt detrahi falcidia, sicut succedit in dodrantem, vel bessem, scdm qualitatem hr̃dum detrahentium, vt no. C. ad l. Fal. l. in donationib. & facit ad prædicta. ff. de tut. & rõnib. distra. l. i. §. i. & quod not. ff. ad Treb. l. i. §. fuit quæsitum. C. de in integ. rest. min. l. si curatorem habens. sed mihi remanet fortissimum argm̃. nam (vt dixi) ista donõ non valet, vt donõ inter viuos impediente statuto: oportet ergo dici, ꝙ valeat, vt valere ꝑt, id est, vt dõ. cau. mortis, saltem pp iurm̃ appositum: nam iuratur vt actum valeat, vt valere potest. ff. de leg. 2. l. cum pr̃. §. filius matrem. Sed ita est, vt si valeat, vt donõ causa mor. & præmortuus fuit donatarius, ergo donatio fuit reuocata ipso iure ex dispositione legis, & vbi dis-
10 ponit, non est necessaria alia solennitas; † quia factum legis succedit loco solennis facti hominis, vt ff. de condi. ob causam. l. si pecuniam. §. si filium. & ff. de manumiss. l. causam. §. i. Sed ad hoc respondeo: quia fuit actum, vt hoc modo non reuocetur, vnde quia duo tantum casus fuerunt appositi in reuocatione, oẽs alij casus videntur donationem non reuocare, vt ff. de fun. instr. l. quæstum. Item respondeo de vno, ꝙ etiam mentio hæredis confirmatur, licet hæres videatur positus in consequentiam, vt not. ff. de pact. l. si tibi. §. si pactum. & de verbo. oblig. l. stipulatus. §. si quis ita. Et ita teneo ego Baldus.

CONSILIVM CIX.

1 *Offerens debitum an, & quando possit petere sibi fieri cessionem.*
2 *Beneficium cedendarum an possit peti in executione sententiæ.*

1 Quilibet † iustus possessor offerens debitum põt petere sibi cedi iura à creditore agente hypothecaria, vt ff. qui po. in pig. ha. l. mulier. Et est ratio scdm gl. qa hoc alij prodest, & sibi nõ nocet, & ideo per iudicis æquitatem debet cõsequi cessionem. ff. de euict. l. in creditore. ff. de aq. pl. arc. l. 2. §. item Varus. iste autẽ possessor, licet possit offerre, non tamen potest petere, ꝙ sibi cedantur iura, & ideo cum ministerio lex. mulier. dicit, iustum possessorem, & ita etiam dicit Sp. inti. de ob. & solu. §. i. ver. illud etiam quæritur. Debet autem credi or iusto possessori cedere actionem personalem. Item hypothecariam, si quam hypothecariam habet contra alios. Sed ius, quod non habẽt, cedere non tenetur, nec propterea exceptione repellitur: quia cedere deberet ei obesse: quia cum excluderet, quod esse non debet C. ad Velle. l. iubemus. non obst. ff. de sol. l. Stichum. §. fi. quia illud est, quando concessio oritur ex contractu præambulo, hic qñ exalia æquitate. & facit, quod no. Cy. ff. de pig. l. si domum, & ff. de pact. l. nisi. in gl. & per Dy. ff. de fideiuss. & l. Modestinus. de sol. & per Bar. ff. de fideiuss. l. stipulatus. §. sed ex duob. & quod no. per Cy. C. de solu. l. nullo. Ex prædictis sequitur, ꝙ in casu nostro iura, quæ possunt cedi contra alios possessores, cedenda sunt: sed si nõ possunt cedi, non propterea agens repellitur. aliàs sequeretur, ꝙ si mulier consensit viro alienanti vnam rem, & renunciauit iuri hypothecariam, repelleret agendo hypothecaria cõra alium possessorem ipso offerente dotem, & petente sibi iura cedi: cum possibile nõ sit cedi in eo, cui renunciauit, qđ est falsum. qa contra casum dicte-
2 l. iubemus. sufficit ergo cedere iura talia qualia habet. † Si autem quæritur, an beneficium cedendarum possit imp lorari in executione sententiæ. dico, ꝙ cum istud beneficium sit consecutiuum iuris offerendi, & sic ei conueniat, tandiu durat, quandiu durat ius offerendi, vsquequo iudicati conueniatur per li. cont. vel quasi super actione iudicati, vel off. iud. ff. de legat. i. l. si res obligata. ff. de pe. hær. l. item veniunt. §. cum prædiximus. & per Bar. ff. de solu. l. si quis stipul. fuit 10. in melle. attentis etiam primis allegationibus sapienter factis. Et considerandum est, ꝙ subtiliter tangitur in fi. intellectus cuiusdam oppositionis. Et oportet considerare, an executio eedendarum nascatur tempore obligationis: & sic post sñiam, vel quando: propter regulam, quæ datur. ff. de condi. sine causa. l. si fullo. Ego Baldus.

CONSILIVM CX.

1 *Ad quid teneatur ille, qui est obligatus, ad manutenendum aliquid.*

1 Ponderatis † pro emptore videtur, quòd non teneatur ex promissione: qa omnis promissio simpliciter facta, quæ rem concernit, debet iudicari, & intelligi, prout rei conuenit tempore obligationis conceptæ: nec potest trahi ad tempus habilioris facilitatis, quę ex magno, difficilique tempore facit, ꝙ valeat etiam impossibile iudicari. Sed immo secundum tempus manens, & præsens conceptæ stipulationes deberent intelligi, vt ff. de verb. obli. l. continuus. §. cum quis. ver. non enim. cum. n. ibi stipulatio, quæ non potest assumere esse, nec valere secundum tempus præsens, nec trahitur ad futurum statum rei, quod non potest contingere, nisi sit de difficili, quod impossibile reputatur: non potest concernere illum futurum rei statum quodammodo impossibile, vt valeat ipsa stipulatio, imo potius vitiatur stipulatio, vt in dict. §. cum quis. quomodo in casu nostro stipulatio, seu obligatio de manutenendo clusam, quæ secundũ tempus præsens, & rei statum de præsenti valet, & producit effectum, trahetur ad futurum rei statum impossibilem vel sic difficilem, ꝙ impossibile videatur: cum in d. §. cum quis. potius vitietur, q̃ trahatur. nam in casu thematis suprascripti fluminis mutato alueo est impossibile, vel saltem sic difficile, quod impossibile potest reputari, promissum, vel de manutenendo posse executionẽ mereri, pro prædictis facit: quia ex verbis potius omnis odiosus intellectus dispo-

sitionis debet recipi, quàm dispositio vitietur, vt ff. de ver. ob. l. quoties. & not. in l. quicqd astringendæ. facit. ff. de reb. du. l. quoties. Itẽ ad prædicta facit: quia qñcunq; debitor se astringit ad factum, semper in promissionis effectu inest condõ, nisi ex causa impossibili videlicet; vel prorsus difficili, ꝙ impossibile quodammodo valeat iudicari, promissionem esse seruãdam: quo casu definit teneri, vt ff. qui sat. cog. l. fi. ibi, ex concessa causa. Item pro hoc facit: quia omnis obligatio vitiatur si eius executio absq; culpa, vel mora debitoris ab impossibili aduocatur, vt ff. de ver. ob. l. si homo mortuus. & l. si seruum. §. sequitur. & l. si ex legati cã. cum si. qa sicut impossibile impedit nasci obligationem, sic & finit, vt in multis iurib. ff. de ver. ob. l. si homo mortuus. Itẽ pro hoc facit; qa stipulatio, seu commissio facta in vnũ casum alium casum prorsus separatũ non complectitur: qa extenditur obligatio. Sed in casu thema. emptor non se obligauit, nisi ad manutenendũ clusam. & aliud est manutenere. i. statũ manentem, quo res est, ipsam tenere; aliud est qđ diuersum, clusam nouam facere: nã interdictum, qđ vult, quem in possessione manuteneri, est retinẽdæ, nõ restituendæ, nec adipiscendæ possessionis, vt apparet in titulo. vti possidetis. & in titulo, quorum bonorum, &c. Præterea ista, pmissio de manutenendo clusam nõ est, pmissio mere potestatiua, sed mixta. qa partim ẽt dependet à casu: nã non pt dictus emptor manutenere clusam, vti est in flumine: si flumine descendat, qa clusa est, quę includit impetũ fluminis ab alueo: qđ clusa facere nõ pt flumine sic mutante aluẽum: qa aqua in alueo includi non possit, & per cõs nec impetus fluminis ab alueo, seu effectualiter possit excludi, vt est in casu nostro. & de iure constat, ꝙ debitori, qui casu impeditur, cui resisti non põt, nihil imputatur, adeo vt liberatur, vt in iurib. vulgarib. qđ est verum, maxime cũ factum in obligatione versatur, nam tunc si casu deficiat, nil imputatur implere volenti, vt C. de necessarijs seruis. l. fi. Item pro hoc: quia omnis promissio, quæ quid concernit, aliud concernit secundum statum, & esse rei manentem tempore stipulationis conceptæ: & aliud secundum illum statum, quod postea euenit. ff. de iu. do. l. stipulatio, & l. seq. Imo si statum eius, quod concernit deficiat, quamuis adhuc restaurari possit, defecit obligatio, vt dictis iurib. sic ergo erit in casu nostro, videlicet: quòd quia status rei est mutatus mutato alueo, nomen rei statum non concernet dicti emptoris: promissio imo defecit, & ipse erit liberatus. Et ita dico, & consulo ego Philippus de Casolis.

CONSILIVM CXI.

1 *Filia, cui relicta est dos si maritabitur, vel ingredietur religionẽ, quid habere debet si neutrum fecit.*

Casus asseritur talis. Egregius, & nobilis miles quõ. D. Vbertinus de Laudo suum condidit testm̃ tenoris in effectu infrascripti, videlicet. Primo instituit hæredes vniuersales in omnib. bonis suis & iurib. nobiles Bernabouem, & D. Blanchinam eius sororem, filium, filiamq;. d. quon. D. Vbertini. deinde adiecit, ꝙ eius vltima voluntas, & intentio erat, ꝙ d. D. Blanchina eius filia haberet de bonis suis in casu, in quo contrahat matrimonium cum D. Henrico, seu Petro de Padua, tria millia lib. den. placentinorum, videlicet duo millia lib. pro dote dictæ dñæ, & mille libras pro parapherno. Et in casu, quo contrahat matrimonium cum aliquo alio, seu ingrediatur monasterium, ꝙ eo casu solum habeat, & habere debeat mille libras denariorum placentinorum, & non vltra. Et in ipsis quantitatib. & casib. infra scriptis, & quolibet eorum sit, & esse dẽat tacita, & contenta iure institõis hæreditatis patris falcidiæ, trebellianicæ, iure debitę naturæ bonorũ subsidij, & quolibet alio iure, nec vltra id aliquid alio iure, siue vllo legum auxilio. deinde deordinatur, ꝙ si d. D. Blanchina decederet ante matrimonium carnale, vel spirituale, ꝙ eidem suprascriptus Bernabos, vel si superuixerint eius filij masculi, concedens tñ eo casu d. D. Blanchinæ licentiam pro anima sua libras ducẽtas den. Placentinorum, & non vltra. addit etiam, ꝙ ignarus patrimonij, & facultatum suarum nolebat ipsam dominam posse detrahere aliquam trebellianicam, imo vetabat, quòd bona, seu possessio ipsorum bonorum aliqualiter peruenirent ad d. D. Blanchinam, vel suos descendentes; sed solum volebat, ꝙ ipsa bona, & possessiones ipsius esse deberent penes d. Bernabouem, & suos descendentes. Condito vero testamento præmisso decessit relict. d. Bernaboue, & D. Blanchina, quæ post testamentum vsq; hodie temporaliter, nec spiritualiter nupta nõ est, in bonis quondam patris sui, quærit de opportuno remedio sibi prouideri. Ex his quæritur, primo quantum iuris hẽat prædicta dña reb. sic se habentib. vt se ad pñs habent, in hæreditate & bonis quondam sui patris. Scdo viso iure eidem competenti quæritur de modo
1 illius iur. executiuo. Capio primum, † & concluso ue sola veritate, & iustitia inspecta dicimus & consulimus infrascripti doctores, quòd ex suppositis superius in facto liquet manifeste, & in ipsam D. Blanchinam continuatum fore dominium ex testamento dimidietatis totius hæreditatis dicti quondam patris sui hæredis, existentia inspecta. Et hoc maxime; quia cum primo sit expresse grauata cohæredi vniuersaliter hæreditatem restituere; tñ verba illius institutionis præambulæ naturam non alterant. Sed in dubio importat onus vniuersalis fideicommissi in conditionis euentum à d. D. Blanchina relicti d. Bernaboui eius hæredi, vt ad literam probatur in l. peto. in princi. in 2. responso. ff. de leg. 3. & l. fideicommissa. §. fi quis ita. ff. de leg. 3. maxime cum prohibuerit trebellianicam, cuius deductio competit soli hęredi vniuersali per fideicommissum vniuersaliter grauato, vt l. i. §. inde Neratius. ff. ad Treb. & l. lex fal. §. nunquam. ff. ad l. Falc. Ideo cum nondum euenerit conditio, interim pleno iure hæres est dicti quondam patris sui pro dimidia portione. Quinimo etiam si conditio veniisset, vt quia nupsisset, cum vniuersalis fideicommissarius adita prius hæreditate per grauatum, debeat fideicommissum capere de manibus ipsius grauati per actionem personalem ex testamento, vt l. ille, à quo. §. fi de testamento. & l. i. §. de illo. & l. facta. & restituta. ff. ad Treb. & l. i. C. eod. titu. Ideo licet conditio extitisset, nihilominus hæres remanet omnium bonorum pro dimidia portione: tamen posset compelli per Bernabouem restituere fideicommissum inducta prius legitima, & etiam Trebelliani. secundum gl. in auth. sed cum testator. quæ duæ simul iunctæ ascendunt dimidiam dimidiæ totius hæreditatis. Nec à præmissis deuiare aliqualiter videntur verba testamẽti. quibus simpliciter vetat bona sua peruenire ad d. D. Blanchinam: quoniam ex verbis, quæ immediate ꝓcedunt, quibus primo vetat trebellianicam, deinde simpliciter bona deuenire ad ipsam: deinde ex subseq. quibus non solùm vetat ipsam, sed & descendentes suos, ne vitiũ contrarietatis sibi inuicem incurreret, verba illa prohibitiua necessario sunt intelligenda eo casu, quo casu, quo nuberet tpaliter, vel spũaliter, quo etiã casu adhuc nõ obessent & legitima & Treb. quas, quanq̃ velit testator prohibere non potest. Ego Baldus.

CONSILIVM CXII.

1 *Promittens vendere vni aliquid infra tempus, si obtinuerit licentiam, an si pendente tempore vendat alteri, incidat in pœnam.*
2 *Denunciatio, quod quis sciat tenere habere ratum, vt promisit, an faciat illum incidere in pœnam non implera conditione de licentia.*
3 *Si apposita sit illa clausula, quod toties committatur pœna, quoties contrafiat, ad quot vices extendatur.*
4 *Clausula in fine apposita refertur ad omnia præcedentia.*

Præmisso quodam decreto illustris, & magnifici domini D. Galeacij Vicecomitis virtutũ, &c. existente in ciuitate Placentiæ, quod prohibet in effectu venditiones castrorum, & fortiliciorum fieri posse absq; ipsius dñi expressa licentia, & nisi certa solennitate seruata, & si aliter fiat, annulletur venditio ipso iure. Contigit, ꝙ quidam Io. Manchasola ciuis Placentiæ cũ certo terreno hñs partem vnius loci sine aliqua iurisdõne, & sine territorio aperti, & prorsus ad nullã penitus fortilicium redacti, quod tñ vocatur castrũ de Grazano, & hoc ideo sic nuncupatur: qa creditur, ꝙ aliqñ ad forticilium, & castrum redactum fuerit re ipsa, quamuis forte de hoc nõ extet memoria. Et qui locus ex vllo præfati dñi decreto non erat prohibitus vendi, nec alienari, imo impune vendi poterat, tam suo nomine, q̃ vice, & noĩe D. Franciscus Chinæ eius mr̃is, quæ ẽt in dicto loco, & eius territorio poterat ius prętendere, pro qua promisit, ac solenniter obligauit de rato. & curaret, & faceret, & cũ effectu, ꝙ infrascripta D. Francisch. haberet ratum, & adimpleret omnia infrascripta in instrõ promissa, cũ clausulis, & renunciationibus opportunis, promisit nobilibus viris D. Lazaro militi, & Bernardo fratrib. de Angussolis ipsorũ nomine, & nomine Antonij ipsorum, ex fratre nepotis vendere omnia bona, & iura, quæ ipse, & eius mater, & quilibet eorum habent, tenent, & possident in d. castro Garzani, & in terris, villis, iuribus, & iu-

tisdictionibus, aëriuis in d.villa Grazani,& Vigotzoni,Vlzani, &c.& in partib.circũstantib.& oẽs prædictas terras, ficta,& iuta,quæ hẽnt prædicti Ioannes,& eius mr̃ d.D.Franciſchina pro pretio librarum nouem pro pertica,&c. cũ promiſſione de defendendo,& cũ clauſulis,& renunciationib. opportune apponi ſolitis ad ſenſum ſapientis,&c. Et etiam prædicti D. Lazarus, & Bernardus ipſorũ nomine, & d. Antonij promiſerunt emere pro d.precio. hoc acto inter contrahentes, ꝙ totum dictũ precium deberent, & tenerentur dicti emptores ſoluere exceptis libris duab.milib. pro quib. dicti emptores tenerent, & deberent oĩa ſuperius vendita recipere,& recognoſcere ad fictum in perpetuam emphyteuſim à p̃dictis Ioanne, & eius mr̃e ſub annua ficti p̃ſtatione librarum cẽtum viginti denariorum Placentinorum,ad rõnem librarũ ſex pro centenario pro reſto dictarum librarum duorũ millium remenſurarum ad ſoluendum de dicto precio.& ꝙ d.Io.teneretur tam ſuo nomine, q̃ eius mr̃is, & quilibet eorũ inſolidum in forma cõi ad ſenſum ſapientis,de ſupraſcriptis omnib. venditis dictos fratres in emphyteuſim ad fictũ ante dictum inuestire cũ promiſſione de defendendo, &c. Acto ẽt,& pacto expreſſe cõuento inter eos, qñcunq; dicti emptores,vel alter ipſorũ, vel cui ſeu quib.dederint ỹ. quinquennium,vel dare parari fuerint, ipſi Io. & eius matri dictas lib.bis mille,ꝙ d.Io.& eius mater teneantur recipere,& venditionem facere ipſis de Anguſſolis de dicto ficto lib.centum viginti,&c. & de omni eo,pro quo fictum ſoluitur. Deinde fuit cõuentum & clauſula apposita,ꝙ prædicta omnia locum haberent, & locum habere debeant,& defectum in caſu,quo prædicti de Anguſſolis poſſit obtinere,non dicit obtineant,& valeant licentiam obtinere à præfato magnifico dño comite virtutum, prædicẽ omnia emendi,non obſtante decreto præfati dñi comitis vigente in d.ciuitate Placentiæ,&prohibente,conſiderato,quòd nullum decretum viget,quod hanc venditionẽ prohibeat, vt ỹ. ſupponitur in effectu venditionẽ caſtrorum fieri poſſe abſq; licentia præfati dñi. Deinde contingit, ꝙ d. Ioannes de Manchaſolis vocatus coram ptãte Placentiæ ad inſtantiam cuiuſdã nobilis viri vocati dicamus A.Interrogatus, ſi promiſerat d. Ioannes de vendendo dictũ caſtrum , & res prædictas d. A.& ſi literam vnam quam aſſerebat di. A.manu propria d.Io.Manchaſolæ ſcriptam ante dictam promiſſionem de vendendo dictis nobilibus de Anguſſolis factum ipſi A.per d. Io. Manchaſolam directam ſcripſerat,nec ne.Rndit ſe eam manu propria ſcripſiſſe, ex quo d. D. poteſtas Placentiæ mandauit ipſi Ioan. vt vendere deberet d. A. quo præcepto facto d.Io.& eius mater d. D. Franciſ. vendiderunt,& tradiderunt dictum caſtrum, & omnia iura, quæ habebant in caſtro,& in rebus prædictis dict. A.Et hæ venditiones,& omnia ſupraſcripta fuerunt facta per plures menſes ante Paſcha Reſurrectionis, & ſic ante terminum ſtatutũ dictis partibus intra quem poſſet obtineri licentia à præfato illuſtri domino noſtro, ꝙ venditio fieri poſſit de dicto caſtro, vt ſupra in themate cõtinetur. Et deinde contingit, ꝙ dicti fratres de Anguſſolis, ſeu procurator ipſorũ legitime conſtitutus denunciauit d.Io.Manchaſolæ,& ante Paſcha Reſurrectionis, & ante terminum conuentum de licentia de vendendo , quod ipſe Ioannes deberet facere,& curare proD. Franc.matre ſua,pro qua promiſerat de rato, & dẽret dictam promiſſionem de vendendo ratam habere, & approbare promiſerat , proteſtãdo de pœna , &c. vt in inſtris proteſtationum plenius videtur contineri, qui Ioannes adimpleuit, nec curauit, vt eius mater ratam haberet,& ex his, quæritur, vt infra,&c. Primo, an commiſſa ſit pœna ex eo ſolum,ꝙ intra dictum terminum Paſchæ d.Ioa. & mater nõ alienarunt eis. Secundo quæritur, nunquid ſit commiſſa pœna ex eo, ꝙ d.Ioan. pluries denunciatus ante dictum terminum Paſchæ ſtatutum in contractu , vt licentiam de vendendo poſſet obtinere à præfato illuſtri dño comite virtutum,&curaret,& faceret,quod dictã promiſſionem de vendendo D. Franciſchina mater ſua ratã haberet,nil fecit. Tertio quæritur, pluribus denunciationib.factis d.Io. per dictos de Anguſſolis,ꝙ curaret, & faceret, vt mater ratam hẽret ipſam promiſſionem, & ipſo nil implente, quoties pœnalis clauſula cõmittatur. Quarto quæritur,cum nulla licentia ab illuſtri domino præfato fuerit obtenta,an d. Ioannes ſi requiſitus tunc non vendat, & ſibi oblõ fiat preciſẽdm formam promiſſionis,an tenebitur ad in-
1 tereſſe,vel ad pœnam.† Et ad primum, quo quæritur, nunquid ex eo ſolo,ꝙ d.Ioan. intra terminum licentiæ, ſcil. Paſchæ venãdidit,& mater eius vendidit,vt ſupra, an ſit commiſſa pœna, vel ne? de iure videtur,ꝙ non,quia promiſſioni,cuius dies non venit,nec ceſſit , non poteſt dici contra fieri, cum anteq̃ dies cedat,non ſit nata aliqua obligõ,vt ff.de ver.ſig.l. cedere diem. & ſic non poteſt aduerſus id fieri , quod non eſt.ar. ff. de iniu. rup. teſt.l.nam ſub condõne.§.rumpendo.ff.de iureiu.l. remittit.& ff.de verb.obl.l.decem. Sed in caſu noſtro omnis promiſſio de vendendo,& oẽs promiſſiones contentæ in inſtro prędicto vñr factæ ſub condõne : videlicet ſi licentia obtineri poterit à p̃fato dño comite,quæ licentia nunq̃ fuit obtenta, vt ſupponitur,igitur aduerſum eam non poteſt dici quicquid factum,&ſic pœna non erit commiſſa,imo videtur,ꝙ nec committi potuerit:quia ibi nulla mora,vt l.lecta.ver.dicebam.ſi cer.pet. contrarium vr̃ de iure, ex eo maxime, quia ẽt dicta promiſſio fuiſſet condõnalis , cuius veritas infra declarabitur : tũ videretur probabiliter poſſe dici , promiſſionem de vendendo & de emendo factã dictis fratrib. per ipſos fratres de Anguſſolis ſine vlla ſuſpicione fore commiſſam,& purificatam , ſi per debitorem fiat.quominus illa diſpoſitio ſortiri poſſit effectum : ſeu per debitorem fiat , quominus conditio impleri poſſet , cum illa ſtipulõ committitur contra debitorem, per quem fit , quominus diſpoſitio effectum ſortiatur,ſeu condõ impleatur.iſte eſt caſus in ſtipulatione conuentionali.ff.de cond. & dem.l.iure ciuili.& in fi.& ff. de ver.ob.l.in executione.in fi.& ff. de contrah.emp.l.hæc ven. & l.Labeo ſcribit ſi mihi.ad quod facit.ff.de reg.iur.l.in omnib. cauſis.Sed ſi dicamus ſine præiudicio , ꝙ promiſſio de vendendo fuerit cõditionalis, vt hẽt argumentum ſupra pro contraria parte primitus allegatum : per debitorem factum fuit,quominus ſortiretur,ſeu ſortiri poſſit effectum, ſeu conditio impleri, quod patet: vt quia ſupra primo oſtũm eſt, licentia de vendendo fuiſſet obtenta,fuiſſet inutilis: cum tam ipſe Ioannes,quam mater medio tpe ante conditionem impletam , & ante tempus conuentum elapſum iam vendiderunt iura ſua , & caſtrum , ac poſſeſſionem vacuam in alium tranſtulerunt. Vnde cum iam vendidiſſent, actiones, & iura ipſis competentia, & ſic tranſtulerant vtiles actiones in d. A. non potuerant amplius implere dictis fratribus de Anguſſolis: nec etiam poterant vacuam poſſeſſionem transferre, nec cõſtituere ſe ipſorum fratrum de Anguſſolis nomine poſſidere : cum ipſis actiones vtiles, & poſſeſſionẽ dicti caſtri,& rerũ deſierint habere nec poterant amplius dictas proprietates ipſius in emphyteuſim concedere: quia nemo plus iuris poteſt in alium transferre, quàm penes ſe habeat, vt ff.de regul.iur.l.nemo plus iuris. ex quibus patet, ꝙ inſpecto ſtatu rei,& id, ad quod de præſenti per ipſum Ioannem , & eius matrem deducta fuit, qui ſtatus debet attendi, vt l. qđ Seruius. in fi.ff.de condit.ob cauſ. & l.ſtatulib. ff. de ſtatulibe.licentia de vendendo fuiſſet inutilis , cum non poſſent impleri , quæ conuenta, & in conuentionem deducta fuerunt vllo modo.Item ꝙ iſta diſpoſitio facto Ioannis medio tempore , dicamus , ꝙ pendente cõditione deducta ſit ad impoſſibile, patet ; quia , ea ſunt impoſſibilia fieri , quæ de iure , vel abſq; crimine fieri non poſſunt.ff.de condi.inſtit.l.filius.& l.cum quidam.ſed medio tempore ante Paſcha Ioann. ac domina Franciſchina mater ſua caſtrorum iura ſua vendiderunt alijs, ſcilicet dicto A.promiſſio de vendendo poterat impleri, & ad licitum vendere, ſi Illuſtris domini comitis poterat licentia obtineri, vt conuenerat. & facta dicta venditione dicto A.fuit promiſſio de vendendo , & licentia de impetrando effectã impoſſibilis de iure: cum rem vnivenditam non poterant alij vendere ſine crimine falſi, qđ commiſiſſent, ſi duob. vendidiſſent, vt ff.de fal.l.qui duob.ergo res per ipſos,& quemlibet ipſorũ Ioa.& matris fuit deducta ad impoſſibile. Et ſic eſt purificata promiſſio de vendendo in odium eius , cum ipſam reddit impoſſibilem , & in fauorem dictorum nobilium de Anguſſolis.& ſic per ipſum Io. ſterit, & per ipſum factum eſt, ne poſſet licentia vere vẽditionis obtineri,& ne implerentur promiſſa.ergo ipſe ex hoc ſolo cogitur ad pœnam, & ad intereſſe. igitur ex hoc patet primũ quæſitũ ; & ex hoc colligitur expreſſe rñſio ad ea quæ fuerunt in contrarium allegata.
2 † Circa ſcẽm vero , quo quæritur , an pœna ſit commiſſa ex eo: qa ante dictã licentiam ab illuſtri domino cõmite obtentam à nobilibus de Anguſſolis dictus Ioann. de Manchaſolis pluries denunciatus,vt curaret,& faceret, quòd do.Franciſchina cuius nomine

homine promiſit de vendendo &c. ratam haberet dictam promiſſionem à Ioan. eius nomine factam , & non fecit &c. Videtur de iure , ꝙ pœna nõ ſit cõmiſſa : qa dicta p̃miſsio de rato, & omnes aliæ p̃miſsiones in inſtrumento contentæ videntur factæ ſub conditione: ſi licentia obtineri poterat à p̃fato dño comite : vt apparet in verbis inſtrumenti : cum dicitur, & hæc oĩa locum habent. nam qui omne dicit , nihil excludit , vt C. mã.l. procu.& ff.de reb.dub.l.ſi is, qui ducenta.§.vtrum.cum ſimi.& tẽpore, quo dictæ denuntiationes fuerunt factæ ab illuſtri dño domino comite, nõ erat licentia obtenta nec cõſtabat licentiam obtineri poſſe,& ſic nõ videtur,ꝙ dicta p̃miſſio de rato potuerit impleri.& ſic videtur,ꝙ per hoc nõ potuit cõmitti pœna de iure : tamẽ in dei nomine dico contrarium. Primò, qa is, qui promittit, & obligatur de rato, dẽt curare,& facere,ꝙ is, de cuius rato obligatur & promittit, ratũ habeat, primũ cum poſſit, vt ff. rem ratam haberi. l. quo enim. cum ſi.& ſi non facit, ſtipulatio cõmittitur,& non impletur,qđ promittitur.igitur iſte Ioan. denuntiatus , qui promiſerat, ꝙ mater haberet ratũ, debuit ſtatim cum denuntiatus fuit, implere,& curare,ꝙ mater ratam ſuam promiſſionẽ haberet. & ſi nõ facit,qđ debuit pœna contra ipſum eſt cõmiſſa. Nam ex hac cõuentione per eos fuerunt duo tẽpora in promiſſione conſiderata: videlicet tempus obligationis de vendendo, & tempus de implendo p̃miſſa de vendendo.Et obligatio de vendendo dẽt præcedere tẽpus implendæ,& exequendæ venditionis,videlicet ipſe Ioan.debuit curare,& facere, ꝙ mater, cuius nomine fecit promiſſionẽ de vendendo, illam primò haberet ratam, & exilla teneretur, & eſſet obligata, anteq̃ eueniret, ſeu exiſteret, vel deficeret ipſa, p̃miſſio.Et anteq̃ tempus exequendæ p̃miſſionis eueniret,vt diuerſitas eſſet inter tempus p̃miſſionis, & executionis, qđ eſſe dẽt, vt l.qđ dicimus.C.de ſolutionib. Et quod hoc ſit verum,aduertantur verba inſtrumenti:nam d.Io.ſuo nomine,& vice matris, pro qua promiſit de rato,promiſit de vendendo caſtrum,& iura, & cõmunia, quæ habet, & poſſidet, ſeu q̃ ſimul in villis &c. Et etiam promiſit,ꝙ curabit,& faciet cum effectu, ꝙ ſupraſcripta mater ſua omnia, & ſingula approbabit, ratificabit, faciet, adimplebit,& ꝙ vender cum promiſſionib.de defendẽdo, cum quibuſcunq; aljis promiſſionib. renuntiationib.& clauſulis opportunis,& apponi ſolitis &c. vnde in hac promiſſione poſſumus,& debemus conſiderare,ipſam eſſe quiditatẽ, & ſubſtantiam promiſſionis , qualitercunq; concepta fuerit. & hoc non pendet,nec pendere poteſt: qa eſſentia,ſeu ſubſiſtentia obligationis non p̃t pendere,vt ff.de ſtip.ſer.l.vſusfruct.eſt enim in eſſe quandocunq;, & ſic de p̃ſenti:qa præſentia non poſſunt pendere,nec p̃terita,quin ſint,vel fuerint,vt ff.ſi cer.peta.l.cum ad præſens.cum ſi.Item in p̃miſſione poſſumus, & debemus conſiderare continentiam, & effectum p̃miſſionis,ſeu executionis eius qđ promittitur,& hoc bene p̃t pendere,& p̃ta futuro pendentiam aſſumere , & habe. ſicut omnes diſpoſitiones in diem certæ, & conditionales in effectu pendent : & in executione à futuro euentu, vt ff.de condi.inſti.& de condi.& demõ.per totum. & de inſtitu.& ſubſti. per totũ C.qđ tamen non eſt in caſu noſtro, vt infra patebit in fi. conſilij huius. Modo videamus, qđ concernat dicta clauſula in inſtro apposita, & repetamus verba clauſulæ, quæ formata ſunt, vt infra. & p̃dicta omnia locum habeant, & habere debeant, & effectum in caſu, quo p̃dicti de Anguſſolis poſint, & valeant hr̃e, & obtinere licentiã ab illuſtri principe, & magnifico dño comite virtutum p̃dicta emendi,non obſtante decreto præfati magnifici dñi noſtri in ciuitate Placentiæ vigente, & prohibente in effectu venditiones caſtrorum fieri poſſe abſq; licentia p̃fati magnifici dñi noſtri &c. prout in eo continetur.&c.nam ex iſta clauſula apparet, ꝙ quiditas , ſeu ſubſtantia obligationis nõ eſt ſuſpenſa vllatenus, nec ſuſpendi poterat, ex quo in eſſe, & rerum natura emanauerat : vt ſupra eſt oſtenſum. Sed eſt ſuſpenſio execut. & effectus ipſius p̃miſsionis,vt verba clauſulæ demonſtrant, cum dicitur,hęc omnia locum habeant,& locum hr̃e debeant,& effectũ &c. Ex quib.patet, ꝙ ſolũ ea per dictã clauſulã ſunt ſuſpẽſa, ſi ſuſpenſa dicimus,quæ concernunt locum & effectũ executionis, venditionis,& emptionis,quæ in p̃miſsione deducitur. Debuit ergo curare Io. ꝙ promiſsio de vendendo,quã fecit nomine matris, præſupponamus, ꝙ fecerit dicto nomine,ſine p̃iudicio veritatis,ſub cõditione haberetur rata per matrẽ,& ſic euentus conditionis poſsit ipſam purificare, ſi conditio eſſet, vel ſic ; quod eſſet pura , ſi p̃fatus illuſtris do. comes licentiam concederet, ſeu licentiam obtinere poſſet &c. qđ cum nõ faciat, pœna commiſſa debuit etiam p̃miſsio de reuendendo ratificari à matre; anteq̃ mater teneretur, vel eſſet aſtricta vendere iura,vt apparet ex inſtro, qđ habet ex contrahentium. duo tẽpora,videlicet tempus p̃miſsionis , ſeu quo , & infra qđ in p̃miſsione de vendendo , & de emendo partes deducuntur. & iſtud ſtatim deductum eſt in eſſe quo ad ipſum Io.quantũ vero ad ipſam matrem deduci debuit in eſſe per ratihabitionẽ matris; de qua Io.ſe obligauit in inſtro , & non impleuit ſecundũ tempus executionis ipſius p̃miſsionis. & iſtud nullo modo fuit deductũ in eſſe per ipſum Io.quinimmo per ipſum res deducta eſt ad talẽ caſum,ꝙ amplius non poſſet ipſe Ioan.ad effectũ deducere executionẽ ipſam ſuæ p̃miſsionis, ergo per ipſum cõmiſſa eſt omnino pœna. Præterea ex verbis prædictis apparet manifeſte,ꝙ Io.prædictus duo p̃miſit pro matre , primũ videlicet, ꝙ promiſsionem de vendendo,quam matris nomine fecit,mater hr̃et ratam.Secundò , ꝙ curaret, & faceret , ꝙ infraſcripta,quæ ſequuntur in inſtro, mater ratificaret , & approbaret, faceret , & ampliaret. vnde prima p̃miſsio quo ad ſe , & ad ipſum promiſſorem non habuit , nec hr̃e potuit ſuſpenſionem , nec ſuſpendi potuit per clauſulã,quæ omnia patẽt ex p̃miſsis,vnde ipſum facere, & implere p̃miſſa,de quib. ſecundo p̃miſit,ꝙ mater habuit ſuſpenſionem , ſeu ſuſpenſionẽ recipere potuit , de qua in inſtro continetur ex clauſula antedicta. Et ex hoc etiam patet ſolut. manifeſta eius , qđ in cõtrarium extitit allegatum. Præterea clauſula generalis , quæ plura cõprehendentia conſpicit in omnib. ita demũ operatur pariter, ſi pari ratione poteſt omnia conſpicere.vt colligitur. C. de lib. præt. l. t. in fi. Sed iſta clauſula non poteſt reſpicere ratihabitionem promiſſionis de vendendo , quæ
3 debet p̃cedere. l. qđ dicimus. C. de ſolutionib. † Circa tertium videretur, ꝙ ſi centies eſt denuntiatũ Ioanni, vt curet & faciat, ꝙ mater ratam habeat , & nõ facit : ita ꝙ omni vice ceſſauit : ꝙ contra ipſum pro omni vice pœna cõmittatur ,ꝑter verba in inſtrumento apposita, quæ dicunt, ꝙ toties pœna cõmittatur, quoties contra fiat rato manente &c. Pro quo facit,quod h̃. ff. de tranſ. l. qui fideiuſ. Sed in dei nomine cõtrarium de iure videtur dicendũ, videlicet, ꝙ non cõmittitur niſi bis: qa quando verba multiplicantia obligationis adducuntur in diſpoſitione, nõ verificantur , nec operantur effectũ ſuum multiplicatiuum obligationis : niſi in vno actu.ff. de legat.3.l. fideicõmiſſ..§. ſi quis decẽ alicui. Circa quartum vero, in quo quæritur, ſuppoſito, ꝙ ab illuſtri domino,dño comite nulla ſententia ſit obtenta,an ſi per dictos nobiles fieret oblatio pecuniæ, ſeu pretij d. Ioanni, vt cõuenit. inſtro p̃dicto d. Ioannis, ſi non vendat , & tradat, & iura ſua, & actiones ipſi in dicto caſtro cõpetentes : vel nõ curet, & faciat cum effectu, ꝙ mater ſua D. Franciſcbi, cedat,& tranſferat ſua iura, & ſuas actiones ex cauſa venditionis, vt promiſit; teneat ad intereſſe,ſeu ad pœnã de nouo. De iure videtur d.Ioannẽ non teneri; qa ex quo p̃ſupponitur, ꝙ dicti nobiles licentiam non obtinerunt ab illuſtri dño comite p̃fato, ꝙ vẽditio dicti caſtri fieri poſſet non obſtante dicto decreto, ꝙ prohibet alienationes caſtrorum , & etiam fortiliciorũ fieri poſſe abſq; licentia &c. de quo eſt facta mentio ſupra &c. dicta p̃miſsio de vendendo, & de emendo non dẽr hr̃e locum,nec effectum : qa ſit inter dictos nobiles de Anguſſolis , & d. Ioannẽ de Manchaſolis cõuentũ expreſsè fuit vt patet in fi. inſtrĩ ibi. & hæc omnia;
4 † nam quia dicta clauſula eſt in fine multarũ promiſsionum factarũ hinc, & inde apposita ad omnia eſt referenda, vt ff. de lib. & poſth. l. ſi pepercit. & C. de imp. & aljs ſub. l. t. cum ſi. Tamen dei, & beatæ virginis nominib. inuocatis, de iure dicendum eſt contrariũ. nam (vt ſupponitur) quãuis vulgari nomine, & communi vſu ſumpto forte ab eo ; ꝙ antiquitus fuit dictũ caſtrum Grazani appellatũ , tamẽ non eſt forte, nec vllũ fortiliciũ continet, vnde nullum decretũ, nullum ſtatutum cõmunis Placentiæ obſtat , quominus vendi poſsit, nec vlla prohibitio. Ex quo patet , ꝙ conuentio prædicta contenta in dicta clauſula vel eſt impleta, vel habita pro impleta, & aliter impleri nõ debuit. Sed ita eſt , ſi aliqs ſoluat vero ꝓcuratori , qui verum ꝓcuratorẽ eſſe ignorat , vt ipſe procurator ipſum ſoluentem faciat liberari à dño ꝙ ſic ſoluendo ꝓcuratori liberationẽ aſſequitur ipſo iure, puta, qa procurator habet ſufficiens mandatum quod ignor-

trabat soluens, quod quamuis procurator non faciat ipsum amplius à dño liberari, ꝙ ab ipso ꝓcuratore nō poterit amplius solutum repetere: ga impletū dicitur, ꝙ impleri debuit: vt ff. de cond. ind. in l. si ꝓcuratori falso. in secundo respō. no. ad ꝙ facit l. cum qs. §. 1. ff. sol. ergo idē erit in ꝓmissione ad causam futuri implementi, videlicet, ꝙ si causa implementi sequitur ab initio, siue effectus eius: ꝙ impleri debuit ab ipso initio, absit, quod ꝓmissum roboratur, & efficax efficitur, cum illud implementum roboret obliga. ꝙ soluti inhibet repetitionē, vt C. de rer. permu. l. ex placito. ff. de præscr. ver. l. naturalis. & notatur. ff. de cond. ob causam. l. si pecuniam. in prin. ergo idem erit in casu nostro, videlicet. ꝙ promissio quā fecit Ioannes Manchasola de vendendo dictis fratrib. de Angussolis, & haberet locū, si vsq; à Pascha dicti fratres obtinerent licentiam à ꝓfato illustri dño comite, ꝙ venditio fieri posset de dicto castro nō obstante decreto, seu statuto cōmunis Placentiæ, ꝙ prohibet alienationes castrorū fortiliciorum posse & c. videlicet, ꝙ quamuis per prædictos fratres nō fuerit ꝓcuratum, vt venditio fieri posset, vel non fuerit obtentū: tamen ga id nō erat necesse impleri, & effectus, seu causa non obstante statuto siue decreto secuta fuit ab ipso initio: quia nullum decretū nec statutū obstabat, quin venditio fieri possit de dicto nominato castro Grazani, qđ non est castrum, quāuis fuit, & est fortilicia appellatū à temporib. quib. forte nō extat memoria in cōtrarium. & sic frustratorium esset, & inutilis licentia: quia frustra precib. impetraretur, ꝙ de iure cōmuni conceditur. & si dicta ꝓmissio, de vendendo, & sic omnia alia deessent, quæ adsunt, & supra declarata sunt de iure ipsa, ꝓmissio fuit, & est valida, & sub vllo futuro euentu non suspensa, vt supra. & ꝙ venditio fieri potuerit sine decreti, vel statuti vllius substantia, nō potest negare d. Ioannes qui alteri, & dicto nobili postea ante elapsum tēpus obtinēdæ licentiæ vendidit, & tradidit &c. Pro quib. facit, ꝙ non refert, vtrum qđ fiat ab homine, vel à lege, vt l. si. si mā, ita fuerit aliena. &c. Præterea q̄ocunq; fit, ista ꝓmissio videtur impleta; ga à verbis nō possumus nec debemus recedere, vt l. 1. §. si qs nauē. de exercito. l. nō aliter. ff. de le. §. Sed verba clausulę nō dicunt ꝙ hæc omnia vendicent sibi locū: licētia obtinebitur dño à comite. Sed dicunt, licentia obtineri poterat de vendendo, & emendo: cum sit de genere permissorū. vnde omnia vñr permissa, quæ nō sunt simpliciter ꝓhibita, vt ff. de ꝓcu. l. 1. & ff. de test. l. 1. in fi. ergo poterat obtineri, imo ad id, ꝙ ius cōmune permittit, ipso iure dicitur facultas cuiſq; concessa, vt ff. de acq. hær. l. Papi. per totū. facit. l. quo. in fin. ff. de cond. inst. Præterea semper in contractib. inspicimus mēres amborū cōtrahentium, vt ff. de reg. iū. l. semper in stipulationib. ff. de rebus dub. l. in ambiguo. cum si. Sed ex mēte amborū contrahentium, videlicet Ioannis, qui de vendēdo ꝓmisit, & dictorū de Anguſſolis, qui ꝓmiserūt de emendo, fuit deduci, & resilire in conuentionē, & cōtractum venditionis, si decretū magnifici dūi, qui ꝓhibet venditiones, empti. castrorū fieri posse, vt si decretum ꝙ vigēt in comitatu Placentiæ, non obstaret, & illud nō obstabat, nec obstat, vt supra suppositū in themate, ergo fuit pura, & cōuentio de vendendo, & emendo ex mente cōtrahentium debet iudicari pura: & est, vt dictis iuribus. Præterea dictæ promissiones de vendendo, & de emendo fuerunt purè contractæ, quāuis pactum postea fuerit appositū: vt dictæ ꝓmissiones haberent locum & essentiam, id est, locū cum effectu: si licentia possit obtineri &c. & sic per l. 2. de in diem adiec. debent censeri puræ, cum nullus superit effectus suspensiuus: vt patet ex ꝓmissis. & per hoc cōstat, ꝙ D. Ioannes nō impleuit, ꝙ debuit: & ꝙ ad pœnā ex multis capi. & ad interesse tenetur, ꝙ est id, de quo quæritur. Exꝑ dictis cessant omnia cōtraria multipliciter. Et ita dico, & consulo ego Bal. Et in hanc opinionē concurrunt D. Paganinus de Sola. D. Philippus de Caso. Bart. Paduxius, D. Signoriolus de Homodeis. D. Tadeus de Vicomercato. D. Io. de Bo. D. Permatth. de Vice. D. Barth. de Sali. D. Pet. Pau. de Treb. D. Io. de Procelli. de Padua, & do. Io. dic. ordinarius Legum Doct.

Addem. CONSILIVM CXIII.

1 *Promittens alium consentire, seu ratum habere, debet hoc tali tempore facere, quod illud quod fit, sit effectuale.*

Videtur, quod non possit agi, antequam sit explicatum: vtrum illustrissimus velit præbere licentiam necne: vt ff. de ver. ob. l. hoc iure. ff. de acq. hæ. l. eum qui duob. §. filius. Contrarium videtur verum: quia qui facit, vt dñs cum honestate non possit cōsentire, ita incidit in pœnam, sicut ille, ꝙ facit, vt arbitrator nō posset arbitrari, vt ff. de verb. obl. l. si quis arbitratu. nam nolle dicor, quod non possum velle meo facto impeditus, vt no. in l. 1. C. de naturali. lib. † Item ille, qui promisit facere alium consentire: seu ratum habere, debet tali tēpore facere; quod illud qđ fit, sit effectuale, vt l. si. ff. ratam haberi. ex quibus, concluditur, pœnam esse commissam. Ego Baldus.

1

CONSILIVM CXIIII.

1 *Contractus quando dicatur simulatus, & maxime propter pactum de retrouendendo.*

2 *Præsumptio simulationis contractus ex quibus inducatur, & an iuramentum contractum esse verum, & non simulatum, facit eum præsumi simulatum.*

Secundum ea, quæ proponūtur, nullum dubium videtur. † nam pactum, ꝙ ad reuendendum apponitur: iustum pactū est, nec ꝓsumitur simulatum, vel in fraudē vsurarū factū ex solis his, q̄ ꝓponūtur in themate, vt C. de pac. inter emptorē, l. 2. ff. de pac. l. ab emp. C. plus valere qđ agitur. l. emptione. & ibi per Cy. C. de proba. l. 1. per eundē, & alios, † præsertim, ga ab initio fuit iuratum contractum esse verum, & simulatū. Nam cum non ꝓsumatur periurium, standum est tali iuramēto, nisi aperte ꝓbetur periurium, siue fraus præsumptionib. iuris approba. vt ga ꝓmisit post tēpus res vendere minori precio. Et ga inter cōtrahentes ꝓesserat tractatus de mutuando, vel ꝓbentur alia, q̄ minuant validitatē veri contractus, vt puta de fructib. medij tēporis cōputandis in precio retrouendōnis faciendæ. Et enim ex his pac. quæ nō consueuerunt apponi in veterib. contractib. nec cadunt in ipsis secundū naturā contractus: & sapiunt potius vsurariā prauitatē, præsumitur simulatio & fraus. Sed in casu nostro nō adest aliqua qualitas cōtract⁹ fœneratitij: sed veri, & iusti: ga apparet, ꝙ emptor nolebat lucrari fructus, vel aliquid aliud: ga ꝓmisit reuendere, quandocunq; sibi restitueretur punctaliter idē precium, etiam si sequenti die redderetur: vnde nō fuit certū tēpus appositum ad retrouendōnem, & sic non fuit aliqđ ratione tēporis cōmodum ordinatū. Sed in potestate venditoris absolutè positum. & sic nō obstat capitulum, ad nostrā. de emp. & vendi. nec capitulum, illo vos. de pignorib. rite inuenti. Ego Baldus.

2

CONSILIVM CXV.

1 *Pecunia an dicatur percepta per delegationem debitoris.*

Factum tale sic se habet, anno domini 1387. die 8. mensis Ianuarij, Anto. Perusinus, & Iacominus filius d. Antonij solenniter per infrascrip. publicum instrm mutui causa se obligārunt Iacomino de Rampis in florenis 400. occasione mutui. Post quā obligationē dictis anno, & die d. debitor, & creditor ad talē transactionē, & talem cōcordiam deuenerunt inter ipsos, videlicet, ꝙ d. Iacominus creditor per pactum expressum solenni stipulatione vallatum ꝓmisit, & conuenit ipsis patri, & filijs soluere thesaurario cōmunis Papię nomine d. cōmunis recipienti omni mense lib. 175. & solid. 4. vsq; ad calendas Septemb. ꝓximè venturas, pro squadra datij panis, vini, & carnium Garlaschini empti per ipsum Iacominū debitorē precio lib. 1452. dandarū, & soluendarū per ipsum Iacominum debitorē de mense in mensem pro rata cuiuslibet mensis, pro quo Iacomino incātatore, & debitore. d. datij d. Antonius pater, & Petrus frater fuerūt fideiussores. Et versa vice d. pater, & filij debitores, & quilibet ipsorum insolidum ꝓmiserunt, & conuenerunt eidē Iacomino de Rampis creditori, ꝙ non vendent, vel aliquam venditionē facient de aliquib. locis: videlicet de datio panis, vini vel carnium aliquorū loco d. squadræ absq; licentia d. Iacomini creditoris. Et ꝙ omnes denarij, qui fuerunt precium venditionis ipsorū locorum, ꝓsentabuntur, & portabuntur per emptores ipsorū locorū d. Iacomini creditori, qui denarij debeant cōputati per ipsum Iacominum in istis denarijs, quos ipse pater, & filij hodie pauloante confessi fuerunt versus ipsum Iacominū creditorē habuisse, & recepisse ab eo mutuo. secundum ꝙ patet per chartā ipsius debiti hodie pauloante traditā. Post quæ diuersis dieb. venditiones aliquę fuerunt factæ de locis aliquib. dictæ squadræ per dictos ꝑtem, & filios, cum licētia, & parabola d. Iacomini de Rampis creditoris certis precijs. Et pro quib. venditionib. emptores promiserunt & conue-

nuerunt de voluntate do. Iacomini de Rampis creditoris de soluendo eius creditorib. vel ipsi Iacomino. de præsenti ei dare, & soluere secundū pactum conuentū ipsarum vendōnum per certos terminos in ipsa charta expressos. & eriam certa loca d. squadræ fuerunt vēdita per d. Iacominum de Rampis creditorē. Et est verum, ꝙ aliqui ex d. emptorib. soluerunt d. Iacomino creditori, & aliqui, hoc est, pro parte maioti nō soluerūt. Post quæ hæres d. Iacomini de Rampis creditoris ex forma cuiusdam statuti vigentis in ciuitate Pap. fecit fieri præcep. dictis debitorib. quod deberēt soluere dictos flore. 1500. vigore dicti primi crediti disponentis, ꝙ si aliqs apparuerit debitor alicuius daciarij, ꝙ eidem fiat ꝓceptum de soluendo, aut ꝙ infra 15. dies vtiles debeat ꝓbasse quicqd vult, quo termino elapso si debitor nihil ꝓbauerit, fiat executio contra ipsum debitorē ablq; aliqua alia censura. Considerato, ꝙ do. Iacominus de Rampis est creditor eorundē debitorū ex duab. causis, vna est causa mutui, alia est causa, ga se obligauit pro eis in certis quantitatib. & solu- 1
it pro eis. † Et dico, ꝙ si non esset nisi obligō prima, videretur ei satisfactum vsq; ad occurrentem quantitatē per delegōnem debitorum. ff. mand. l. 1. & l. inter causas. §. a bestie. Sed ga est aliud debitum ex eis, quæ ex eodē contractu sunt, ista delegō potius dēt extenuare obligationē, quā concernit, quā extraneam obligationē à qua non dependet, nec descendit, sed ga est oppositum, ꝙ pecuniæ perceptæ extenuantes primū debitum, in quo est considerandum, vtrum dicantur perceptæ per delegationē debitorum, non eo nomine factam, sed simpliciter: nam si eo nomine, pro reali solutione deberent. sed ga ob aliam causam magis proximā & immediatā videtur facta delegō, ista ficta solutio non fingit, nisi respū causæ, ad quā refert: vt C. de transl. si de certa. hoc dico, retentis etiam alijs allegationib. prudenter factis pro illa parte: ga pactum conceptum de extenuando primū debitum, & per veram, & realem solutionē, de ficta autem non loquitur pactū, ergo in ficta ſtamus iuri cōmuni, quod eam refert ad originē suam, id est ad istos contractus publicanorum, quasi continuate constructu ꝓcedant, & sic delegatio refertur ad secundum contractum, in quantum ex eo obligatio subsit, & non ad primum. Ego Bald.

CONSILIVM CXVI.

1 *Libellus, in quo intentatur actio famosa, non procedit si in eo tempus non apponatur.*

2 *Pœna obijcientis dolum ad infamiam iuris, vel facti inde sequēdam qualis esse debeat.*

Quod petitio producta contra D. Nico. Marchionem Palauisinum non ꝓce- 1
dat de iure probatur rationib. infrascriptis. † Et primò: ga in dicta petitione non continetur mensis secundū legē libellorum. ff. de accu. & C. de accu. l. in causis. nam iura vendicant sibi locum, si dolus intentetur criminaliter, vt ff. de iniu. l. ꝓtor edixit. 2
§. 1. in prin. & ff. de dolo. l. item exigitur vbi est aduertendū, † ꝙ si dos obijciatur ad infamiam iuris exinde sequēdam, siue cum graui infamia facti, quæ repellit à dignitatib. & est maxima pœna eius, quando dignitatē habenti obijcitur. puta alicui nobili comiti, sicut est hic, nam infamia facti est maxima pœna nobili, ff. de dolo. l. non debet. Sed plebeio, vel humili esset modica pœna, vel nulla, vt C. intra tempus. l. 2. siue ergo obijciatur domino cum infamia, siue iuris, & facti, siue cum infamia facti tantum: vt in cōdictione furtiua, & interdicto, vnde vi. ff. de actio. & ob. l. Cæsar. ff. de ar. l. neque. apponendū est tēpus. d. l. libellorū. & extra de ꝓcu. c. tuę. & hoc confirmat tali ratione: ga ista talis actio instituit criminalē, vt ff. de tab. exhiben. l. locum. §. si quis dolo. & quod not. C. ad l. Iul. de vi. l. si quis ad se fundum, Item violentia dicitur facinus, vt ff. de actio. & ob. l. seruus. §. nō in omnib. vnde licet arbitri sentētia nō infamat de iure tantum, tamen nec facto infamat apud bonos, & graues, iuxta no. ff. de infamibus. l. qđ ergo. §. expromissio. etiam coram arbitro necesse est, ꝙ apponatur tēpus: cum arbitria sint reducta ad instar iudiciorū, vt ff. de arbi. l. 1. & C. de iudi. l. rem non nouā. Et absurdum esset dicere, ꝙ in qualibet accusatione, etiam in parua re debeat apponi annus, & mensis, & non in ista actione famosa, & quæ ad criminis atrocitatē pertinet, vt ff. de reg. iu. l. ad ea. & C. ad l. Iul. de vi. l. seruos. Et ita ꝓ dicta ꝓbantur alia ratione, certum est, ꝙ nulla exceptio infamat, vt ff. de infa. l. Lucius. vnde cessat infamia in exceptionib. præterquā in except. lenocinij, vt notat. ff. de adul. l. 2. §. si publico, & tamen si exceptio continet crimen, debet poni certus mensis: extra de testi. cum præsentium. li. 6. Est bene verum, ꝙ si non peteret apponi tempus, forte teneret, ꝓcessus. Item est verum, ꝙ Speculator nihil dicit de tēpore, tamen ipse cōsiderat aliq̄ practicam libellandi, & non iuris subtilitatē. Item merito cogitur dicere tempus, vē reus possit deliberare, vtrum velit cedere, vel contendere, ars eorum, quæ nota. inst. de inuti. stip. §. verborū. C. de contrah. & com. stip. l. optimā. Item alia ratione non ꝓcedit libellus. ga in interdicto vñ vi, debet deduci factū certi hominis, vt ff. de vi & vi ar. l. cū à te. & nota. in l. licèt. §. posſum⁹. ff. nau. caup. stab. Sed hic nō est intētatum, ꝙs eiecerit, licèt in actione, qđ metus causa, hoc nō sit necesse ꝓp ipsius actionis naturā. Item nō videtur procedere iste libellus, si referatur ad c. sæpe. de rest. sp. & ad c. reintegranda. & 2. q. 1. c. in primis. ga in illis capitulis videtur requiri, ꝙ res occupetur cum dolo, vel lata culpa, ar. ff. de abigeis. l. 1. in fi. & l. igitur. de lib. causa. Sed in libello hoc nō declaratur, ergo libellus tanq̄ vagus, & generalis nō concludit. est verum, ꝙ super intellectu. d. capituli, sæpe. nec Inu. nec Io. An. ponunt aliquā firmā conclusionē: sed glossis Accursij colligi potest, ꝙ bonæfidei possessor, qui nō successit in vitium, non possit conueniri aliquo possessorio, ꝙ sumat originē à delicto, sed oportet deueniri ad petitorium: puta rei vendicationem, vel publicianam. nam possessor eoipso plus iuris habet alio solam possessionē ꝓtendente, ꝙ nunc possidet, & bona fide, vt ff. vti possid. l. 1. in fi. alioquin frustra esset in dicta publiciana, si ita vocaretur possessio ex sola veteri possessione tanquam præferenda, quā ex ea cum titu. coniungenda. & ideo rex. in l. si coloni. C. de agr. cens. li. 11. in nouo possessore requirit vitium ex parte possidentis, & bonam fidem ex parte agentis. Et certè si consideretur libellus agentis, ista bona fides agentis non intentatur, & ideo libellus videtur ineptus, & non concludens, vt no. in d. l. si coloni. Ego Baldus.

CONSILIVM CXVII.

1 *Causa in libello est exprimenda, ex qua oritur actio. Et in rescripto etiam est exprimenda causa, quæ moueret animum principis in contrariam voluntatem. & nu. 2.*

Præmittendum est ad euidentiam, † ꝙ quando in libello, precium vel in 1
conuentionali ponitur talis causa, ex qua petitio oritur, & sine qua petitio nō proceditur, necesse habet proponens, ꝓbare causam illam, alias succumberet, vt no. In. extra de priu. c. ex parte abbatissæ. & satis ista sunt verba tex. C. de edē. l. fi. in verbo, originē petitionis fundari. ad hoc. ff. de instito. l. habebat. ff. quod cum eo l. Titianus. & ꝙ no. ff. de eden. l. 1. in prin. & l. edita. cum sua mat. & sic oportet, ꝓbari & intentari fundamentum. ita si causa huiusmodi in supplicatione, vel libello omittitur, & alia inseritur: etiam in reali actione nō includitur, nisi causa expressa: vt C. de pe. hæ. l. hæreditas mater. Ex his sequuntur duæ dilationes, siue cōclusiones. Prima est, ꝙ dicti supplicantes debent ꝓbare metū, vel simulationē. C. qđ met. causa. l. si per impressionē. saltē per indicia ꝓbabilia, & verisimilia, considerata qualitate personarū, & quantitate asserti precij, & cōsideratoꝫ an contrahens esset in sua libertate, necne; vt C. qđ met. can. l. 2. extra eo. c. 1. C. de dolo. l. dolū ex insidijs. ff. qđ metus causa. l. nō est verisimile. Secunda cōclusio est, ꝙ cum in supplicatione fuerit expressa causa hæreditaria partis supplicantium. & non causa hereditaria super parte patrui, nō videtur inclusa præsertim pro partib. illorū, qui hereditatē patrui repudiarunt: cum dicta repudiatio fingat retro ad tēpus mortis eius, de cuius hæreditate tractatur. ad hoc facit. ff. si cer. pet. l. pinde. Sed dubium esset, an includeret tota, vel quota prælyteri. & vī, ꝙ tota, ꝓpter ius accrescendi. ff. de inof. testa. l. si nō mortis. §. fi. vel saltē vtilis considerato numero supplicantium cōmuniter, & pro indiuiso. ff. de re. iud. l. Paulus. C. si plures vna sententia. l. 1. Sed hoc non vī verum: ga ius adeundi consolidandū vni est indiuisibile. ff. de acq. hær. l. ex semisse, & ꝙ ibi no. vnde videtur, ꝙ cum expressio causę restringat scripturā ff. de lega. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de acq. pos. l. si is, qui animo. ff. de re mil. l. milites agrū. ff. de adm. tu. l. ita autē. in prin. nil de hæreditate Bartomoli includatur in cōclusione rescripti, licèt Imperator in reali facta expressa causa dominij omnē titulum includere censeretur, vt plene not. ff. de excep. rei iud. l. & an eadē. §. actiones. Itē posito, quod

quod statutum de non alienando in clericos non valeret; quia
2 eodem priuilegio gaudẽt clerici, & ecclesiæ; † tamen pro nunc quo ad clericos seculares dico, sub dubio tamen, de ista causa, quæ poterat mouisse principẽ ad non cõcedendum contra decretum suum, videtur, ꝙ debuerit fieri mentio per impetrantem: qa forsan nõ fuisset ita velox in cõcedendo: vt C. si contra ius, vel vtil. publi.l. ꝓscriptione. nisi vel in tacendo fraudẽ. non est enim omittẽdum, ꝙ decedere ab intestato dicitur quædam tacita alienatio in agnatos. ff. de leg.2.l. eodẽ.§.pe.& no.de ver. obl.l.si ita qs.§. Seia. non loquor in filijs, non enim dicitur alienare pater in ipsos: qa non sunt alieni, sed sui, & viuo patre domini. ff. de lib. & posth.l.in suis. C. de imponen. luc. descri.l.1. C. non lice. habitatorib. metroco. l. 1. C. de vsucap. pro empto. l. nihil. Item dominus habet suum decretum interpretari. ff. de reg. iu. l. Neratius. & C. de legib. l. fina. Ego Baldus.

CONSILIVM CXVIII.

1 *Officium tabellionatus publice exercens an debeat haberi pro tabellione.*
2 *Falsam scripturam esse dicit, qui negat eam manu talis scriptam, & tenetur se ad panam talionis subscribere.*
3 *Instrumento notarij peregrini, & ignoti sine literis testimonialibus an credatur.*
4 *Cautio de rato, an tollat excep. tales, scilicet, istud instrumentum non est manu nota. pub. confectum, vel sim.*
5 *Mandatum spectale an requiratur, quando petitur aliquid rescindi.*

Quia plenissimè allegatum est, in paucis verbis veniam ad conclusiones. Et primò circa primũ punctum,
1 † an ille, qui publice tabellionatus exercet officium, déat haberi pro tabellione. sic dico, aut est quæstio cum ipso, puta qa ipse petit aliquẽ actum tanquã existens tabellio, & debet probari de titulo; id est, de priuilegio suo. ff. de decu. l. Henricus. & l.2. C. si seruus, aut libertus ad decurionatũ aspirauerit. li.10. C. de fid. inst. l. si nõ solẽnib. ar. in c.1. de reg. iur. li. 6. Aut de officio est quæstio inter cõtrahentes, seu inter alios: & tunc si quidem sua possessio officij est recens, & non sufficit, sicut in simili. C. de episcop. & cle. l. si qua per calumniam. per Cyn. & Iac. But. nam qũo possent cõtrahentes, qui non habent penes se priuilegium notarij, ꝓducere illud, & sic fides instrumentorũ mendacijs litigantiũ posset subuerti, ꝙ est absurdũ, imo dico, etiam possessio non longa, si aliquas scripturas confecisset in iudicio, faceret eum ꝓsumi tabellionẽ, ex quo per iudicẽ est ꝓsona eius approbata, argumentũ. ff. qđ falso tutore. l.1. §. idẽ Pomp. Item si est multũ bonæ famæ, & actus quãplurimos fecit, & publice reputatus est retro notarius. ff. ad Macedo. l.4. debet igitur iudex super hoc arbitrari ex cõiecturis, & indicijs, quæ sufficiunt vbi claræ ꝓbationes haberi nõ possunt. ff. de re mili. l. non oẽs. §. à barbaris. & cum ista distinctione saluantur iura per vos pro, & contra allegata. Porrò tale debet esse instrũm, ex quo etiam ipse mandans conuinci posset, si dubitaretur de mandato ipso dño negante mandatũ; qa instrũm mãdati debet legitimare personã pro vtraq; parte; alias nõ debẽt recipi. ff. de proc. l. si procurator absentẽ. negare etiam literas nõ esse illa manu possibile est; tamen cõmuniter non admitteret bonus vir istam allegationem; qa præsumitur pro instrumento. Ecce, ego manu mea scribo consilium mihi cõmissum, diceret aliquis, non est manu Bald. scriptũ. Si manus esset omnino peregrina, bona allegatio esset. Sed si persona est nota, friuola allegatio est, alias in quolibet instro deberet fieri cõparatio literarum. † Item qui negat
2 calamũ, dicit scripturã falsam, subscribat ergo se ad pœnã talionis. C. de fid. inst. l. fi. † Pro certo ista allegatio non placet mihi,
3 nec ea vtuntur prudentes viri, nisi essent notarij asserti peregrini ignoti omnino, vt in Auth. de testi. §. si vero ignoti. eis enim scripturis non creditur, ne detur causa, & materia falsum fabricandi. C. de fideic. l. quæstionẽ. vnde tales debent hẽre literas authenticas testimoniales, seu patriæ, & ita esset conueniens, ꝙ
4 haberet homo iste. † Sed videamus, vtrum cautio de rato tollat omnes istas ambiguitates. Respondeo, sic, quatenus patiatur forma asserti mandati. C. de ꝓcur. l.1. & licet Cy. ibi dicat valere promissionẽ de rato, si nõ dicit facturũ, & curaturũ, secundum Pet. non dicit verũ in ꝓrijs stipulationib. ff. de ver. obl. l. quot. qs alium. per Bar. qa forma data in ipsis sufficit, vt seruetur. item esto, ꝙ videretur cõstitutus ad causas pũtes, intelligitur, id est, ad actiones, quæ de pũti cõpetunt: qa actiones causæ iudiciorum sunt, de proc. l. omnium. de impensis. l. ꝙ dicitur, per Dy.

5 † Sed remanent dubia, an quando quis petat aliquid rescindi, requiratur ꝓspeciale mandatũ. & dico, ꝙ sic, si petit rescindi factũ dñi, secus si factũ tertij. ff. de min. l. illud. §. fi. de in inte. rest. l. constitutus. Et in omnib. vbi requiritur ꝓspeciale mandatum, non sufficit cautio rati, nisi cõstet de ipso ꝓspeciali mandato per semiplenã probationẽ, & ad iurandũ de calumnia, vnde nõ potest fundare iudicium. ff. de damn. inf. l. qui bona. §. si alieno nomine. C. de iura. calum. auth. principales. c. fi. de iura. calum. lib. 6. c.2. de proc. in cle. Et ideo istud, ꝙ curatorium non est sufficiens ad ꝓcedendum, sic vt debet ꝓcedi ad vlteriora eausæ, vt C. de iura. calum. l.2. §. hoc etiam huic legi addendum. & no. ff. de procu. l. Pomp. §. sed & his. Vltimò est cõcludendum, ꝙ taliter debet edi mãdatum: qa ex quo dñs negaret mandatũ forte procuratore succumbente, posset ipse dñs ex eodem instrumento conuinci rem ratam haberi, ne satisdatio &c. c.1. de probatio. per Inn. si tamen est dubium in instro sufficit cautio rati super contentis in eo secus, quia per instrũm ipsum constat de non mandato in his, quæ continentur in ipso. C. de prob. l. ad prob. C. de proc. l. maritus. Ego Bald.

CONSILIVM CXIX.

1 *Si oriundus in vno loco, & in alio habens domicilium, & bona in vtroque, condat testamentum in loco domicilij, an iudicetur de illo testamento secundum statuta loci originis, vel domicilij, & sic an statutum loci domicilij extendatur ad bona existentia in territorio.*

1 Factum † proponitur esse tale, videlicet, Petrus de ciuitate Mediolani, vnde erat oriundus, recessit, & venit ad habitan. Papiæ, & in ciuitate Papiæ cum eius vniuersa familia per annos 24. & plures proximos, & continuos, & vsq; ad eius obitum habitauit, ibiq; nati sunt ei filij, & filiæ plures ex vxore Papiensi, qui postea Petro successerunt, vt infra. & iste Petrus prædicto tempore cum habitauit Papiæ acquisiuit titulo emptionis domus, & possessiones in ciuitate Papiæ & etiam magnam partem in ciuitate, & comitatu Mediolani. Deinde iste Petrus decessit in Papia relictis plurib. filijs, & filiab. & condito testõ in Papia, in quo filias in dotib. instituit, filios hæredes vniuersales instituit, ac etiã ipsis filijs decedentib. sine liberis substituit certos fratres, & nepotes testatoris omnes in medietate bonorũ, & filias alias dotatas in alia medietate: vxorem vero testator constituit dñam, massariam, & vsufructuariam, donec viueret in habitu viduali. postea decesserunt filij instituti, & substituti ex secundis tabulis adiuerunt hæreditatem, videlicet extranei pro medietate, & filiæ testõris pro medietate. Qui hæredes dicunt se virtute talis legati ipsi dñæ non teneri, nisi ad alimenta tantũ, ꝑcipue dispositione infrascripti statuti Mediolani existentis. Quæritur ergo attento, ꝙ ipse Petrus per tantũ tempus habitauit in Papia, ibi testũm condidit, & decessit vbi nõ viget dictum statutũ. & omnia immobilia in ciuitatib. tam Mediolani, quã Papiæ, eo stante in Papia acquisiuit, vtrum ipsa dña hre debeat tale legatũ respectu omnium bonorum defuncti, vel ad minus respũ bonorũ per eum relictorum in districtu Papiæ, vel saltem respũ bonorum peruentorũ in extraneos substitutos, vt supra, nõ obstante statuto Mediolani vigente, cuius verba sunt hæc. Si vxor alicuius per maritũ constituta fuerit in vltima voluntate dña, & massaria, & vsufructuaria, vt moris est, vel dña tantũ, vel massaria tantũ, vel vsufructuaria tantũ, vel alter alternatiue: sic cõstituta nihil habeat ex tali legato, nisi alimenta secundũ facultatẽ, & dignitatẽ arbitrio iudicis determenda. Si statutũ Mediolani non esset, ista vidua pro parte filiæ deberet hre medietatẽ alimentorum, sed pro parte extranei deberet hre vsumfructũ. nam ex qualitate varia hæredum legati variatur interpretatio & effectus. qđ enim fauore liberorũ statutũ est per cõsuetudinem scriptã in curia Bulgari, quæ hodie seruatur generaliter, nõ porrigitur ad fauorẽ extraneorũ hæredum, vt no. doc. in l. Titia cum. §. vlt. ff. de leg. 2. filij enim mitius tractandi sunt à mre, quam extranei. ff. de exc. tu. l. amicissimos. §. Lucius. Quatenus ergo istud legatũ incipit ab hærede extraneo, iudicamus de eo, vt de relicto ab hærede extraneo. & ideo mulier debet habere vsumfructũ dimidiæ pertinentis ad illum extraneum. Et hoc verũ, quando legatum non censetur vnũ, sed plura, & sic diuersimode cedit dies, & condõ: qa dixit donec &c. Sed si vnũ est legatum factũ vxori in vita sine diuisione, & multiplicatione: & tunc inspicitur initiũ, & nunquam

quam variatur interpretatio legati, cum & vniforme de mente testatoris: vt dixi in l.2. C. si secundo nu. mu. & ita tenet Bart. & aduerte bene, ꝙ nõ est mei moris variare, sed tu inspector pondera terminos, super quib. loquor, si placet, nec in hoc obijciuntur matri filij: qa quo ad partẽ extranei nullum ius habẽt obstandi: eum eorum nõ interfit obuiare matri in ea parte, in qua ipsi nõ succedunt, ar. ff. de contrat. l. si post mortẽ. §. 1. Certè nec defalcabitur matri iste vsusfructus totius dimidiq, nisi cumulus aliorum legatorũ falcidiam induceret: & est ratio; qa ꝓprietas dimidiæ huius hæreditatis æquipollet pleno quadranti, vt no. in l. vxori. de vsuf. legato. Restat modo dubium ꝓpter statutum Mediolani, ꝙ disponit, ꝙ ex tali legato vxor nõ debeat hre nisi alimenta: an istud statutũ trahatur ad bona existentia in Papia. & ex dictis Bart. in l. cunctos populos, vt dicendum, ꝙ sic, nam dicit ipse, ꝙ istud statutũ est fauorabile, ne mutuo amore se spolient, & ideo extenditur ad bona posita in quocunq; territorio, ex quo in subiectas personas statutũ disponit. qđ dictũ verum nõ est, sed prorsus erroneum: nam statutũ, qđ excludit aliquem à iure cõmuni, semp est odiosum, nisi in statuto exprimatur, vt includatur persona, quæ de aliqua æquitate mereat principum fauorẽ. Porrò hæres extraneus non est huiuscem odi, vt l. maximum vitium. C. de lib. præt. vel exhære. Item statutũ venit magis ad interpretationẽ voluntatis. sad interpretationẽ restrictiuam intellectiuam, immo cõstitutiuam. statuit enim tanquam ad odium, vel fauorẽ cuiuscunque, quisquis sit, nec d. Bart. est verum in vltima voluntate, nec ratio dicti: qa in tempus confertur legatũ, quo non durat coniugium, nec legans fit pauperior. & ideo valet legatũ inter coniuges, sicut notũ est, maximè doctorib. Soluendo igitur, ꝓpositam quæstionẽ dico, ꝙ statutum Mediolani ꝙ limitat acquisitionem ex vi dicti legati fiendam, habet locum in bonis suis in territorio, & iurisdictione Mediolanensi: in Papiensi autem seruabitur generalis consuetudo, cum Papiæ generalis consuetudo seruetur. Et ideo filia non tenetur ad medietatẽ quantitatis alimentorũ respũ totius partis suæ. Sed hæres extraneus quo tenebitur, nunq̃d grauabitur in ꝓstando aliam dimidiam partẽ alimentorũ de redditib. Mediolani, & insuper, vsumfructũ sue partis bonorum Papiensiũ, vt sic duplici ꝓstatione oneretur, qđ certè videretur inconueniens: & ista inconuenientia respicit solum hęredẽ extraneum. forte sic fiet, pone, ꝙ bona portionis istius extranei, quæ sunt Papiæ, valent 300. bona Mediolani, 100., ꝓportionabiliter habebit alimenta & vsumfructum, videlicet ꝓp bona Mediolani tertiam dimidiæ quantitatis alimentorũ, & duas tertias vsufruct. Papiensiũ. Et in hac difficultate nõ inducunt duæ qualitates hæredum duo patrimonia, & duæ leges. Ego Bald.

CONSILIVM CXX.

1 *Si pater instituit posthumum nascituvum ex vxore pragnante, & illi substituit extraneos, vxorem autem reliquit dominam, & vsufr. donec in viduitate permanserit, nato posthumo, & postea mortuo, ac substituitis adeuntibus, quid debeatur vxori.*

Nicolaus Tuderti instituit hæredem vniuersalem posthumũ nasciturum ex do. Monaldutia eius vxore, & eidẽ posthumo extraneos pupillariter substituit, & ipsam dominam vxorẽ reliqit dominam, & vsufructuariam suorum bonorum, donec vitam viduale seruaret. Contigit, ꝙ natus est posthumus, & adita hæreditate patris decessit, & substitutus ex secundis tabulis hæreditatem adiuit. † Quæritur, quid dicta domina habere debeat
1 virtute dicti relicti. & omissa opi. Dy. & aliorum, qui dicunt, ꝙ dicta verba important, ꝙ dicta domina habeat electionem, an eligat dominium, aut vsumfructum per l. si qs Titio. ff. de vsufr. leg. vt ipse Dy. no. in l. Titia. §. fi. ff. de lega. 2. & Cy. in l. 1. C. si secundo nupserit mu. Et habita pro vera opin. id, ꝙ consuetudo obseruat, videlicet, ꝙ liberis institutis ex vigore dictorum verborum vxor tantũ alimenta habeat, sed secus in institutis extraneis: vt no. per gl. C. si secundo nupserit mulier. l. 1. Nunc facit dubium in quæstione: qa in principio fuit hic hæres institutus filius, nunc autẽ hæres extraneus, ꝙ istorum debemus inspicere. Et videtur, ꝙ istud legatum iudicetur ex persona filij: quia ab eius persona cœpit deberi, & sic substitutus non debet in plus teneri, quã ipse filius teneatur, vt l. qui fundum. §. qui filium. ff. ad l. Fal. & de leg. 1. l. si fundus sub conditione. §. si pater. Econtra vr, & ista est veritas: qa ex persona substituti debeantur pro sequentib. annis: nam tale legatum est legatum annuum, quod patet ex dictione, donec. ff. de ann. lega. l. leg. & de leg. 3. l. qui concubinã. §. vxori. Sed constat, ꝙ legata annua sunt pura primi anni sequentium conditionalia, vt l. cum in annis. ff. de ann. leg. & l. si in annos. ff. quando dies leg. ce. & sic debemus inspicere initium cuiuslibet anni: vtd. l. cum annos. & l. senatus in fi. ff. de dona. caus. mor. cum igitur pro sequentib. annis incipit deberiã persona substituti extranei: vt d.l. si fundum sub conditione. §. si pater. ergo ex eius persona debet dijudicari; vt sic sit saltem vsufructuaria intregrè: vt l. vxori meæ. C. de vsufr. leg. Bart. Ad idem do. Bald. de Perusio in Auth. hoc locum. super l. 1. C. si secundo nupserit mulier. in gl. ibi alimenta, verum est liberis extantib. & ita interpretatur cõsuetudo tale testamentũ sed cum non extent liberi, debet habere vsumfructum, qa verbum, dominã, non refertur ad eos, sed ad personã, & ne testator sit sibi contrarius ipsi, nec importat dñium, sed administratione facti: vt l. 1. ff. rerum amo. de annu leg. l. qui vnico. de publ. l. cum se exhibuissent. per Iac. ff. de ver. sig. l. ꝓuntio. per eundem. ff. man. l. creditor. §. Luci. in gl. 1. ꝓdicta. Nam quando testator nõ reliquit eam dominã vniuersorum, sed certæ rei: tunc nõ hẽt locum interpretatio consuetudinis, sed statuus significationi verborum. vt d.l. si Titij fundum. sed qd, si tempore testamenti habeat filios, & decesserunt, ac successerunt extranei; dic, sic, ꝙ interpretatio nõ mutatur: qa interpretatur & c. vt ff. de libe. leg. l. Aure. §. Sticho. ff. de reb. dub. l. si cognatis. & de hoc no. Dy. in l. Titia. cum testamento. §. fi. ff. de l. 2.

Casus sequentis consilij.

Orta guerra, & materia quæstionis inter Lucium actorem, & Mæuium reum occasione feudi, & homagij, ad quæ asserebat Luc. sibi astrictum dictum Mæuium pro certo castro, quod tenebat ab eod. Lucio in feudum, & sub homagio, & ligio, dunt Luc. actor eratin prõptu faciendi pro iure suo obtinẽdo guerram contra dictum Mæuium. Quidam maior princeps, & rex requisitus tam per filium suum allerentem iure suo se priorem tempore in feudo, & homagio dicti castri, quã per dictum Mæuium reum: ad ipsorum requisitionẽ poni fecit vexillum ipsius regis super ipso castro. Deinde dictus Lucius actor nõ sub ditione regis, licet homo, & fidelis eiusdẽ, tamen non ratione feudi, de quo hic agitur, fuit requisitus ex parte dicti regis, ꝙ se abstineret à guerra, & offensione facienda cõtra Mæuũ: sed ꝙ idem Lucius se submittere vellet cognitioni regis super ipsius guerræ, & qstionis materia, Qui Lucius respondit per quandã suam epist. quæ dirigebatur cuidã officiali dicti regis sicuti cõtinetur subsequenter. Literæ responsiuæ. Amice charissime, literas gratiosas recepimus, & audiuimus, quæ ex parte vestra fuerant relata per dominos Petrum, & Iac. ꝓpter quas mediantes, ꝙ si notificatio, & requisitio de consensu regio ꝓcesserit, illud fuit ex informatione alicuius iura nostra tacentis: quare nos certi fumus, ꝙ si regia maiestas fuisset informata, aut recordata de iure nostro, non in tantum processisset in nostrum ꝓiudicium, quantum fecit; & etiam nobis intimationes sic factas fieri non fecisset. Et quamuis bene cognoscamus magnum præiudicium, quod exinde nobis nascitur: verumtamen quia toto corde nostro cupimus seruire, obedire, & cõplacere domino nostro regi, si ita est, ꝙ certi sitis, ꝙ aduersarius noster se coram regia maiestate personaliter ꝓsentabit, vbi erit, aut coram vobis infra territorium vestrũ pro nobis respondendo, & faciendo rationẽ de his, quæ sibi dicemus, & petimus in vno breui termino: nos erimus in illo termino corã dño nostro rege, aut coram vobis pro recipiendo rationẽ, de ipso, & pro faciẽdo rationem eidẽ de his, quæ vobis voluerit dicere, aut petemus offerentes vobis mittere filium nostrum in hostagijs, vsquequo seros ꝓsentabimus corã ipso dño nostro rege, aut vobis, & cessabimus ab omnib. offensis, & guerris nostro dicto aduersario inferendis eo casu, nisi alia noua nobis superueniãt de partib. regni. Et si ita esset, ꝙ vobis plus placet, veniri ad partes istas ante terminum ꝓdictum pro recipiendo sub conductu vestro dictũ aduersarium nostrum, & ipsum ducendo corã rege in terra vestra coram vobis, nos met accederemus vobiscum coram dicto dño nostro rege, aut coram vobis pro capiendo, & faciendo rationem, vt supra, & casu, quo bene certi non esletis per alia, quam per verba, aut lras, aut per hostagium de representando personam suã: rogamus vos, quatenus vobis nõ displiceat, si nos pro-

cedimus

cedimus contra aduersarium nostrum iuxta nostrum propositum,& si deus nos iuuet,videtur nobis,quod si ipse recusauerit de se representando coram domino nostro rege, aut coram vobis, qđ ipsius personã repræsent. non dꝛe displicere regi, si nos contra aduersarium nostrũ ius nostrũ procuremus, vt melius poterimus.& quamuis nos offeramus recipere rationẽ de ipso coram domino nostro,aut vobis,hoc non est ad causam homagij alicuius, ad qꝫ teneatur regi Delfino: qa ipsum nõ tenemus pro tali , imo facimus tantũmodo pro honore , & reuerẽtia dicti domini nostri regis,cui sumus, & erim⁹ veri legales, & obedientes totis temporib. vitæ nostræ, & velitis nobis rescribere super his infra 12. dies proximos: qa sic arrestauimus cum prædictis domino Petro,& Iac. Ambaiatoribus vestris.

CONSILIVM CXXI.

1 *Rogatio principis est quadam species violentæ iubendi.*
2 *Submitto me cognitioni &c. quid importent hæc verba? & quid sit submittere, & qualiter fiat, & quib. verbis, & an videatur facta delue in iudicem,arbitrum,aut mediatorem, vel quem.& nu.4.*
3 *Qui submittit se cognitioni, an intelligatur se submittere decisioni.*
5 *Compromissum expirat morte arbitri, vel arbitratoris , vel compromittentis.*
6 *Potestas quando videatur attributa dignitati, vel personæ:& quando expiret.*
7 *Nomen proprium, vel appellatiuum an sit inspiciendum.*
8 *Dictio, nostro, quid importat.*
9 *Iudex in causa sua nemo esse potest.*
10 *Vasallus non potest prorogare iurisd. alterius iudi sine licentia, & consensu domini.*
11 *Sententia per regem lata an possit mandari executioni extra eius territorium.*

A capite inchoantes iuxta illud , ratio debet edi à capite,vt ff.de eden.l.argentarius.§. rationem. & quia scriptum est, talia sunt subiecta,qualia pdicata demonstrant,vt ff.de interro. act.l.si defensor.§.t. & quia mens respondentis ad interrogata refertur: vt ff. de verb. obl. l.1.§.si qs simpliciter. & qa à primordio tituli posteriot formatur euentus, vt C. de impo. lucra.descri.l.1.lib.10.Idcirco videndũ est,quod in themate præsupponitur, videlicet , quod ipse dominus Comes se summittere deberet cogitationi regis super ipsius guerræ,& quæstionis materia.Et considerandum est,quod hanc requisitionem rex non facit obtentu iurisdictionis, cum ista sint verba deprecatiua, & non de potestatiua, neq; attactiua, vt ff. de leg.2.l.peto .in princ.& ff.de vsufr.leg.l generali.in prin.his autem verbis non regis maiestas, sed personain maiestate significatur. † Et licèt rogare ducem sit ꝑcies violẽtæ iubendi; tamen hic, vt tantum principem decebat,& etiam iuri congruebat , potius hortando , quã imperiosè loquendo scripsit, vt extra de maiori. & obed. c. humilis. Non enim decebat tantum principẽ causam non suam ad se trahere , nisi de partium consensu, & de tali cõsensu, qui ostenderet perseuerantiam animi, vt ff. de iur. omn. iudi.l. si conuenerit. quousq; enim ꝑt iure recusari tanquã suspectus,eo vsq; potest declinari,& non postea, vt ff. de iud l. sed & si susceperit. Scripsit autem dominus rex,vt dictum est, per hæc verba,vt se submittere vellet cognitioni, ex quibus verbis duo dubia oriuntur. Nam primò declarandum
2 est, quid est dictũ, submittant.† Secundò, quid est dictum; cognitioni. verbum enim submittere , videtur æquiuocum. nam ille, qui arbitrio se submittit, potest dici submittere: vt ff. de iud. l. 1. & ille , qui ita se submittit, quod non petere ꝑt, multo fortius dicitur se submittere , vt ff. de iurisd. omn. iudi. l. est receptum. sed quia valde contemptibilis est submissio in arbitrum propter sui vtilitatẽ : vt C. de arbitr. l.1. ideo attenta qualiꝑsonæ d. regis, non est verisimile, quod dictus rex consenserit de illusoria submissione, sed de efficacissima, & de ea, quæ dicitur submissio à ꝑdominio: sic enim verba intelligenda sunt, vt ꝑsonis congruunt: vt ff. de vsu & habi. l. plenum. §. equitij. & ff. de legat. tert. l. item in legato. §. per vim. & l. si filiæ. ff. de aur. &
3 arg. lega. l. Titia. §. fin. † Sequitur videre de verbo, cognitioni, vtrum ille, qui se submittit cognitioni, intelligatur se cõmittere decisioni. & videtur, quod non: quia cognoscere, & diffinire sunt separata, & inter se,& quo ad mentem legis.& vno separatorũ concesso non propterea conceditur aliud: vt C. vbi senatores, vel clarissimi.le. quoties. & C.de fal.l.vbi.& quod no. in c.auditor.de rescript.in cle.In contrarium videtur: quia cognitio sententiam secum rapit , & sicut prius deducit ad esse posterius: vt C.si contra ius, vel vtili.publi. l. & si non cognitio. & ff.de iud.l.de qua re.ne cõtinentia causę diuidatur, vt C.de iudi l.nulli.de hoc.ff.de proc. l. qui procuratorẽ dat. sed quia nõ est verisimile, quod dominus rex senserit solum de cognitione; sed de cognitionis effectu: quia verba cum effectu sunt accipienda, & effectus iudicij est, quod vltimũ, aut quod optimũ, id est, diffinitiuam sententiam siue bene, siue malè latam esse, vt ff. de appel. l. 1. in princ. Item præsumendũ est tantum principem de sententia sensisse , nec incassum esset eius cognitio, si terminationem non haberet. C. de epis. aud. l. episc. Item quia instantia iudicij est indiuidua, & est quoddã integrale in se complectens principium , medium, atq; finem: inuiscata sunt enim ista tria, sicut anima corpori. nam anima iudicij potest dici sententia diffinitiua: quia est vltima perfectio formalis. sed sicuti vertim est, quod responsio infinita refertur ad interrogata, ita etiam verum est , quod vbi potest notari differentia , salua ratione iuris recti sermonis, & inter effectũ interrogationis, & effectum responsionis , non intelligitur esse responsum ad interrogata: vt ff. de ver. obl. l. 1. §. cum adijcit. Modo ergo videamus de consonantia , vel dissonantia responsionis , vel literarũ remissiuarum & bene est verum, quod in fine literarum sunt hęc verba, quod fumus, & erimus veri legales, & obedientes totis temporibus, vitæ nostræ. vnde ex verbis illis obedientes , videtur inferri responsiua, iuxta missiuam literarũ. sed pondera, quod dicit, vitæ nostrę, ad ea, quæ inferius dicam. Item pondera, quod hæc sunt verba generalia , quæ obligant, & mulcent aures, vt C. qđ cum eo. l. fin. Item ex his, quæ sequuntur, apparebit, vtrum sit conformitas, vel difformitas literarũ missiuæ: &. & responsalis: quia fundamentum sit in literis transmissis Illustri Regi Francorum, qui tunc regnabat, per illustrem Principem do. Comitem Sa-
4 baudiæ, qui tunc viuebat. † Videndum est in primis, vtrum dictæ literæ sapiant compromissum vt in dictum do. Regem ; an vero sapiant prorogationem iurisdictionis , an quandam submissionem, quæ est similis: tamen maior est,quam prorogatio, quando vnus princeps submittit se alteri quo ad certam causam. Et quidem vulgata est quæstio , vtrum in dubio præsumatur compromissum, vel prorogatio iurisdictionis. gl. enim, quæ est in l. 1. ff. de iud. dicit , quod hoc perpendi potest ex his, quæ præcesserunt inter eos , quod si præcedentia nulla appareant, dicit, quod si pœna reperiatur promissa, præsumam eum arbitrum: quia in compromissis pœnæ consueuerunt apponi. Sed si hoc non appareat, præsumã eum ordinarium , si alias erit iudex, vt res melius valeat. Si autem alias non habeat iurisdictionem, gl. sentit, quod debeat arbiter censeri, quam gl. tenet Cy. remittendo ad ipsam. C. de epis. audien. l. si qui ex consensu. in fine. Antiquiores vero glossatores ante Accursium dicebant prædicta esse vera ex mente legis , quando res poterat vtroque modo valere. Sed si compromissum non potest valere vt in arbitrum, tunc videtur cõpromissum in consiliatorẽ, siue transactorem ; & litis compositorem, quod etiam gl. tenet in l. sed in seruum. §. sed si iudex. ff. de arbitr. Et concludamus , quod aut constat de mente partium, & statur menti litigatorum. aut non constat de mente partium : & tunc stamus mẽti legis, quæ præsumit factum eo modo, quo cõsueuit fieri, & modo magis aptõ ad validationem actus. ad hoc quoq; facit, quod no. in simili in l. huiusmodi. in princ. de leg. 1. Contractus enim ex consuetudine quandam tacitam formã assumunt, vt C. de fideiuss. l. si in. Videamus igitur, & ponderemus primò verba epistolæ. verba dicunt in præfatione, & notificatio, & requisitio de conser ꝑ regis & c. Esset ergo videnda notificatio, & requisitio, vtrum fuerit amicabilis , an fuerit rigorosa sub obtentu regalis imperij. Item vtrum emanauerit per modum comminationis , ꝛ in narratiuè , seu per modum demonstrationis. Nam dicendum videtur, quod si per minas domini Regis , vel metu maioris mali ad placandum regem dictæ literæ emanassent , certè nulla esset iurisdictio prorogata: quia non propriè consensus accessisset. nam perfectio voluntatis consistit in libero arbitrio: vbi est metus cadens in constantissimum virum, ibi non tenet prorogatio iurisdictionis, vt ff. de iud. l. 2. in princ. Est verum, quod est quoddam verbum ponderandum: videlicet , restitisset. nam illud præambulum. s. resistere, & detestari, est expressio dissensus , & manifestatio metus. Sed ego puto , qꝫ hoc non sit necesse : dummodo alias constet de metu, quo non interueniente,

uiente,nõ erat aliàs facturus, vt plenè no. ꝑ Bar. in l. de pupillo. §. si qs ipsi ꝑtori. de no. op. nun. Sed ista allegatio nõ vꝛ accedere ad ꝓpositũ nostrũ ꝓp verba epistolæ, qđ dicunt, cupimus seruire, obedire, & cõplacere dño nostro regi. qđ verba beneplacitũ voluntatis ostendunt manifestè, vt in c. cupientes. de elec. li. 6. Et ideo trãseundũ est ad aliã rationẽ. nã verba epistolę dicũt, accedamus coram dño nostro rege, aut corã vobis, pro capiendo & faciendo rationem, vt suprà: & infra subdit, & quis nos offeramus recipere rationẽ de ipso coram dicto dño rege , aut vobis: facimus tantummodo ꝓ honore , & reuerentia dicti dñi nostri regis. Et dico , qꝫ ista verba pro capiendo & faciendo rationẽ, nullam regi conferunt iurisdictionẽ ex ꝓpria virtute sermonis: sed noster dñs rex assumptus tanq̃ quidam tertius extra litigantes, non dico tanquã iudex vel arbiter , sed tanq̃ persona, cuius authoritate pareatur, & per talia verba nõ est collata potestas dño regi, nisi ad informandum se, non autẽ vt possit cognoscere per modum diseeptationis , nec qꝫ possit ferre sententiã aliquã. sed põt & debet hortari partes, qꝫ suo iudicio. i. discretioni pareant. ad hoc facit qđ no. in Spe. de arb. §. sequit. ver. licet nunquid iste tertius. vbi hoc expresè determinat. Præterea à significatione verborum nõ est recedendum, vt ff. de le. 3. l. non aliter. sed verba epistolæ dicunt, ꝓ capiendo & faciendo rationẽ coram rege. aliud autẽ est facere coram rege, aliud à rege, vt ff. de verb. sig l. coram. & ff. de acq. hæred. l. si quis mihi bona. §. si coram. istud enim videtur potius dictum, vt propter reuerentiã regis trahantur ad voluntatẽ regis, quã qꝫ ipse se subiecerit eius iurisdictioni, arg. in ratione su. ff. de arbi. l. sicuti. Submittere enim se alteri est maximè ꝓiudiciale, vt ff. de iurisd. om. iud. l. est rece. & ideo hoc nõ debet ꝑsumi, nisi quatenus verba patiuntur. Sed huic allegationi vr obstare: quia ille qui ꝓmittit aliquid facere vel soluere corã iudice, quod sit alicuꝰ debiti executiuũ, trahit ibi totum. nã ibi dr celebrat⁹ cõtractus rõne soluriõis destinatæ, vt ff. de act. & obli. l. contraxisse. ff. de bonis auth. iud. posl. l. si seruus. ff. de sol. l. qro. ff. depositi. l. Luc. Sed ad hoc respondeo: quia verba epistolæ non diriguntur aduersario, ergo nihil contractũ est cum eo, vt ff. de act. & obli. l. consensu. & l. ex maleficijs. §. longè minus. eo. ti. & qđ no. ff. de contrah. emp. l. 1. in fi. & C. de sac. san. eccles. l. 1. & C. de don. l. nec ambigi. & ff. de do. caus. mor. l. inter mor. & qđ no. in l. huiusmodi, in prin. ff. de leg. 1. nã in cõtractib. refert, cum quo quis loquatur, licet secus in vlt. voluntate, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. don. Ex his itaq; inferri videtur , dictum dñm regem, nec in iudicem, nec in arbitrum assumptum fuisse: sed simplicem auditorem partium ad finẽ , qꝫ possit partes concordare de beneplacito partium, non autẽ qꝫ ex hoc assumat imperium inter partes: quia verba hoc nõ dicunt, & de mente nõ constat aliter: licet forte fuerit alia mens plenior, q̃ verba sonẽr, vt ff. de verb. obl. l. quicquid astringendæ. & ff. de suppellectili. lega. l. Labeo. §. idem Tubero. & ff. de acq. hær. l. si seruum. §. nõ dixit. & quia ꝑdicta videntur vera, sequitur ista conclusio, ꝙ sententia dñi regis fuerit nulla ipso iure, tanquam lata à non competenti tribunali, vt C. si à non compe. iudice. per totum. & confirmantur prædicta: quia verba epistolæ dicunt, coram rege, vel coram nobis. nam dictio, nobis, est dictio personalis, & personalitas vnius inducit personalitatẽ in quolibet extremorum, vt in §. si ex altera. & arg. C. de sen. & interlo. l. cum solũ. quia vna, & ead. res non debet diuerso iure censeri, vt ff. de vsuc. l. eum, q̃ ædes. Item & alia ratione dicta sententia de iure non subsistit. nam aut dñs rex fuit assumptus in arbitrum, aut in arbitratorẽ, aut in iudicem, aut in quendã bonum virum auditorem partiũ, vt dixi. † Si quidẽ fuit electus in arbitrum , expirauit cõpromissum morte compromittentis, vt ff. de arbi. l. diem proferre. §. si hæredes. & l. si interpellat. §. si ab altera. Item morte arbitri, vt ff. de arbit. l. in compromiss. & argu. ff. de cur. furiosi. l. cuius bonis. & quod no. in fin. ff. de tute. l. tutela. & eodem modo morte arbitratoris expirat arbitramentalis potestas, vt ff. de condit. & demonst. l. mulcta non committitur. in princ. Aut dominus rex fuit assumptus in iudicẽ ex prorogatione vel submissione: &tunc similiter dico, ꝙ morte regis expirat prorogatio vel sub-
6 missio. † Ad intelligentiam sciendum est, qꝫ quædam sunt, quæ cõpetunt personę in dignitate, ita ꝙ persona sit causa immediata: dignitas autẽ sit causa remota. Quædam verò sunt, quæ competunt dignitati principaliter: & quia dignitas informat suum subiectum competunt personæ: quia dignitas sine persona nihil agit, in primis extincta persona, quæ erat finale subiectum actus: expirat ipse actus pẽdens: quia persona facit locum actui, vt C. de cad. tol. §. nec autem. & ff. de sol. l. inter artifices. Et ideo quæcunq; sunt singularis fidei & industrię, tanquam singulares animi passiones morte annihilantur, & nõ transmittuntur. vnde fidem & industriam nemo transmittit. in sedis autem, q̃ competũt dignitati per prius, & personæ in dignitate positę per posterius, & per sic necesse esse, quia (vt dixi) iurisdictio sine persona nil agit, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. post originem iuris. ibi attendimus dignitatem tanquam principalem: & personam tanquam instrumentalem. vnde fundamẽtum actus est ipsa dignitas, quæ est perpetua, extra de offic. deleg. c. quoniam abbas. Modo in casu nostro videndum est, si qua potestas fuit attributa domino regi vtrum propria persona fuerit finalis & immediata causa attributionis, an dignitas, an vtrunq; cõplexiuè simul, & pariter. Et videtur, qꝫ dignitas : quia nomen proprium non fuit expressum, vt d. c. quoniam abbas. & ff. de stipu. seruo. l. communis seruus ita, & quod no. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. & ff. de iur. om. iud. l. & quia. in gl. pen. Sed hic est aduertẽdum: qđia qui hoc dicunt, videntur figuram verborum sequi: nos enim magis mentem debemus intueri, vt ff. de verbo. sign. l. quisquis mihi. mens autem magis constat ratione , quàm verbis, vt ff. de pac. l. iurifgen. §. pactorum. † Et ideo vtrum inspiciamus nomen proprii, 7
vel appellatiuum, dicendum est , qꝫ aut res potest vtroq; modo valere vniformiter aut difformiter : aut vno modo valere , alio non valere. Primo casu non est quæstio, ex quo vniformiter valet. Secundo casu subdistingue, aut constat de mente loquentis: & stamus menti: aut non constat de mente loquentis : & tunc aut est expressum nomẽ appellatiuum, tunc illud sequimur: aut proprium tantum, & sequimur proprium: aut vtrunque est expressum , & sequimur illud, quod est prius nominatum. & hæc probantur in dict. l. si communis seruus. & in l. 1. de contractibus iudicum. & l. 1. C. de impu. & alijs subst. ff. ad Treb. l. quot. & l. nõ vnquam. Tertio casu, valet eo modo, quo valere potest, vt ff. de pac. l. si vnus. §. fi. & ibi per Guli. de Cu. & ff. de lega. 3. l. sic. Si autem aliqua authoritas concedatur mixta ratione personæ & dignitatis, expirat cum persona : quia alterum sine altero non subsistit. nam q̃ formã & originẽ capiunt à mixto, eo in parte resoluto suam perdũt essentiam : quia destituta sunt à forma mixti. Sicut patet in substitutione pupillari , quæ mixtim ex paternitate & potestate consistit, nam emancipatione soluitur. & idem est in omnibus quæ ex mixtione aliquarum qualitatũ consistunt, vt ff. de vulg. substit. l. morib. & ff. de lega. 1. l. Titiæ textores. Ex ista namque theorica patet solu. quæstio. nam posito, qꝫ ista fuisset prorogatio iurisdictionis, vel inuiolabilis submissio : tamen per verba epistolæ rescriptum fuit ad regem nunc præsentem, & per mentem domini comitis fuit electa fides, & industria personæ, ergo morte regis finita est authoritas & vinculum eius. quòd autem ad regem tunc præsentem verba restringant, sic patet ex verbis epistolæ, ibi dum dicit, domino no- 8
stro regi. † Nam illa dictio, nostro, præsentem regem demonstrat, non futurum, vt ff. de auro & arg. leg. 1. si ita. & ff. de leg. 1. l. Stichum, qui meus erit. & fi. de verb. obl. l. quod stipulamur. & l. si à colono. Item de mente scribentis apparet euidenter. Si. n. ait, facimus tantummodo pro honore, & reuerẽtia dicti domini nostri regis. honorem ergo, & reuerentiam non ad dignitatẽ retulit, sed ad personam; quia non dixit, pro honore regis & maiestatis. sed pro honore regis; hęc enim verba personalia sunt, & ex fide procedunt, vt ff. de leg. 2. vnum ex famil. §. item Imperator Marcus. vnde non debet dominus comes decipi, qui melius de rege tunc regnante præsumpsit. Præterea si mixta fuisset ratio fidei in persona, aut in dignitate posita, esset extincta per interitum alterius connexorum , sine quo à principio non fuisset collata, vt ff. de liber. & posthu. l. si ita. §. regula. Vidimus ergo de qualitate regiæ potestatis, & de expiratione ipsius habito personali respectu. modo veniamus ad alias considerationes, propter quas luce clarius apparebit dictam sententiam domini 9
regis nullatenus valuisse. † Et primò, quia cũ dominus rex possideat Delphinatum, & ipse idem sit rex, & Delphinus, nõ potest super causa Delphinatus iudicare. Primò: quia causa propria, vt C. ne quis in sua causa. l. 1. Secundò: quia inter partes & iudicem requiritur distinctio personalis: quia iudicium est actus trium personarum, scilicet iudicis, actoris & rei, vt extra de verb. sign.

c.forus.vnde confunditur instãtia, si confunduntur inuicẽ tres
personę,vel duæ ex ipsis. Tertiò:quia lex est expressa hoc determinãs.ff.de iud.l.si alter ex eis litigat. cum enim res peruenit ad
illum casum, à quo incipere non potest, est opus alio remedio
rescindente: nam cõsumit ipsum talis casus, ad quem nunc ipsa
10 res puenit,immo veriusiuris impossibilitas cõsumit illud. †Secundò alia principali ratione:quia cum castra,de quibus quæritur,sint feudalia ipsius domini Imperatoris, non potest de iure
castrorum sine licẽtia Imperatoris cõpromitti, vel in dominio
Regis iurisdictio prorogari.Cõstat.n.q dominus comes est vasallus Imperij.Item q illa castra sunt de territorio Imperij,vnde
sunt & præsumuntur feudalia,vt hæc probãtur, & no.in 10.col.
de prohibita feudi alienatione,c.Imperialẽ.§.pterea. plenè no.
per Iun.extra de iudi.c.cæterum. & per Bar.ff.de no.ope.nun.l.
1.§.& post operis.sicut enim feudũ non potest alienari p cõtractũ,ita nec p iudiciũ prorogatũ: aliàs de facili possent lites fingi,& feudum contra suã naturã alienari, qđ est absurdum, vt ff.
de transa.l.cũ hi.§.si cũ lex.imo secundũ Bart. etiã super re non
feudali vasallus non potest prorogare in alium iurisdictionẽ sine cõsensu dñi,cuius est vasallus:subest.n.eius iurisdictioni precisè,sicut subest clericus suo diœcesano,secundũ Bar. est autem
vasallus quantũ ad iurisdictionẽ omnis, qui iurat fidelitatẽ, & fa
cit obedientiã manualẽ. Isti enim sunt strictius obligati, quam
simpliciter subditi,de quib.loquitur lex 1.ff.de iudi.Modo facio
vnã vltimam rationẽ fortissimã:nam licet nos dicamus,q feudũ
transit ad filium,qui sit hæres,quod est inductũ fauore creditorum,vt debeat esse hæres, vt in c.1. an agnatus, vel filius.col.10.
tũ non transit ad eũ, quia hæres, sed quia filius. ista.n.est immediata causa translationis,& præsertim si sit primogenitus: si tale
sit feudũ, in quo attendatur primogenitura ex cõsuetudine patriæ,vel forma inuestiturę,& si consideratur ipsa genitura,vt in
10.col.de feudo marchiæ.c.1.& beneficio dñi, & progenitorũ,
ac ipsius naturæ,non merè iure hæreditario capitur, vt ff. de interdi.& releg.l.2.corpus.n.feudi nõ est corpus hæreditariũ, vnde filius pferendus nõ intẽtat petitionẽ cõdi.ex lege, sed condi-
tionẽ ex vsib.feudorũ,vt legitur & not.ff.de peti. hære.l.itẽ videndũ.§.nũc videamus.& ff.de acq.hær.l.p hæredẽ.§.si quis tñ.
& per Dy.in l.ex facto.§.fi.ff.ad Treb. Modò ita est, q factũ patris non ꝓiudicat filio in feudo antiquo:vbi non imminet priua
tio pp ingratitudinẽ delicti,vel pp ingratitudinem cõtractus.ex
hoc necessariò sequitur,& verum est, q cõpromissum factũ super castris feudalib.extinctũ fuit pp mortẽ patris cõpromittentis.Item prorogatio vel submissio propter mortẽ prorogantis
vel submittentis: quia siue compromissum, siue iudicium fundatum est super iure, qđ desinit cum defuncto,& de quodã iure
solennitatis videt recreatũ in filio, sicut dicimus in vsufructuario: vt ff.de verb.obl.l.stipu.ista.§.si quis ita.licet ius fingat, q sit
vnum & idẽ feudũ numero:quia in feudo vna censetur persona
patris & filij:& potius dicitur continuari, quàm de nouo acquiri,vt ff.de libe.& posth.l.in suis.quia talis est eius natura, scilicet
cum quadã realitate pèrmixta,licet secus in vsufructuario: quia
habet naturã merè personalem, vt in vsib.feu.c.1.§.si verò Conradus. tamẽ quicquid sit, siue mentẽ iuris, siue subtilitatẽ rationis consideres, feudũ non est corpus hæreditarium. & propter
hoc, quod fecit pater super ipso feudo se submittendo, & talis
instantia submissiua non transit in filium ex testamento patris:
quia non descẽdit in eum, vt in hæredẽ simpliciter,iuxta doctrinã traditam.ff.de preca.l.quæsi.§.vlt. Cum igitur pater de suo
iure se litigando submiserit,excepto illo iure tanquam extincta
materia,sup qua instantia iudicij consistebat materiatũ ipsum,
& sic iudicium solui necesse est, vt ff. de suspec. tutorib. l.finitã.
sicut si iudicium esset susceptũ super quadã dignitate vel prælatione,nam morte litigantis soluitur: vt in clem. vlt. vt lite pendente. Sequit in litera dñi comitis talis clausula. Et quãuis nos
offeramus recipere rationẽ de ipso coram dicto dño Rege, aut
nobis, hoc nõ est ad causam homagij alicuius,ad qđ teneat Regi Delphino: qa ipsum nõ tenemus pro tali. Ex quib.verbis apparet,q cum ipso Rege Delphino in dñm Regẽ Franciæ nõ est
facta cõpromissio neq; submissio inter eos. licet enim Delphinus foret in iudicio nominatus: vt C. vbi in rem act.l.2. tñ Delphinus per has literas non erat astrictus,neq; submissus. & sicut
ipse nõ submiserat se,ita nec dictus comes submiserat se: cõ æqualitas in iudicijs sit seruãda:vt C.de fructib.& litis expen.l.fi.
& extra de mutuis peti.c.prudentiã.& sicut non poterat condemnare Delphinum comiti vigore dict.literarum, ita nec comitem sibi:quia prorogatio & cõpromissum non egreditur personam,vt extra de offi.dele.c.pen.& seq. Et ideo putandum Illustrissimum Principem, & sereniss imum dominũ Regem in hac
causa potius processisse militariter,& secundum regiam potestatem,quàm efficaciter secundum iuris rationẽ: cum eius sententia secundum rationem fori,& iuris vtriusque regulas nulla
possit ratione defendi: salua semper regia maiestate, & petita
11 venia humili & deuota.† Vltimò non est omittendum, sed diligenter aduertendum, & si sententia domini Regis valeret tam
inter dominum Delphinum,& dominum comitem, quàm inter dominum comitem,& Marchionem Luciarum: quod verũ
non est.tamen executio facti extra territorium Regis, & in territorio Imperij nullo modo posset fieri per dictum dominum
Regem:quia ad huiusmodi executionẽ,quæ mixti Imperij est,
imo etiam meri:si merum imperium in sententia clauditur, prorogatio vel submissio nullatenus se extendit, nec super hoc videtur esse consensum:vt ff.si quis in ius voc. non ierit. l.ex quocunque.in 4.gl.& ideo esset necesse,q scriberetur Imperatori,
q exequeretur dictam sententiam, qui haberet eam sub libra
iustitiæ põderare:& si eam nullã inueniret,ab executione mandaret desistere,& scribere Regi causam quare, vt ff.de re iud.l.à
diuo Pio.in prin.& si hoc omisso dominus Rex ad arma procederet,non esset bellum probabile, vt no. C.de Iudæis. & de resti.spol.c.olim.per Inn.& extra de iureiur.c.sicut.per Inn.& tenetur ad satisfactionem de iniuria,& interesse: quoniam multa
facinora sub violentiæ nomine continẽtur:vt C.ad l.Iul.de vi.l.
multa facinora.& C.vt armorum vsus inscio principe.l.1. Et sic
ab exordijs seu principijs ad finem vsque præsentis materiæ est
discussum per me Baldum de Perusi. V.I.Doct. Papiæ ordinariè
legentem,dicti Illustris domini comitis deuotum familiarem,
submittentem me sententiæ potiori, vt ff. qui pot.in pign.hab.
l.Claud.Felix. Ego Bald.

CONSILIVM CXXII.

1 *Datio insolutum quid requirat ad hoc,vt ualeat.*
2 *Omnis condatio,& omnis causa finalis est de substantia probationis.*
3 *Malè vti substantia sua an quis presumatur? & quomodo probatur.*
4 *Fama debet esse efficax,non leuis,& nuda.*
5 *Sententia, qua non potest dici nulla à reo contento, an possit dici nulla à tertio.*
6 *Nullitas sententiæ an sit euidens:si non apparet de citatione.*
7 *Ius negandi an tollatur tempore.*

Vtrum dictus processus factus contra Leonellum maritum Violantis vergẽtem ad inopiam valeat,
nec ne.& per consequens,vtrum quædam insolutum datio,seu
æstimum,quod secutum fuit occasione dictæ dationis, valeat,
1 sic,vel ne.† Sciẽdum est,q omnis datio insolutum, quæ periudicem fit,requirit specialiter ex parte causæ, q causa sit vera,&
contractus,ex quo agitur,sit verus in facto.Itẽ requirit, q causa sit iusta,id est, q sit de iure concludens ad talem effectum. ff.
de in integ.rest.l.omnes.supra ne vis fiat ei.l.1.§.hęc verba.vnde
defectus ex parte causæ destruit dationẽ insolutum,vt ff.de acq.
posses.l.iustè.& plenè no.per Cy.de resti.milit.l.ignorare.& dicitur defectus iustitiæ quo ad forum iudiciale,si ex facto,ex quo
agitur,non est orta actio, ff.de verbor.sign. l.cedere diem. est alius defectus ex partè ordinis,seu præposterationis.ff.de re iud,
l.si cum nulla.C.de execu.rei iud.l.1.ff.quod met. causa.l.fina.§.
vlt.est quo que defectus ex parte personæ,vt si filius in potestate agat cõtra patrem,vt ff.de iudicat.l.lis nulla.& vbicunq; esset
prohibitus iudiciorum ingressus, talis iudicij finis est ipso iure
nullius iuris:siue sit prohibitus ratione personarũ, siue ratione
temporis,siue ex alia consuetudinis,vel statuti dispositione, vt
ff.de aleat.l.1.§.quod autem.C.de ferijs.l.fi.iudi.sol.l.vir bonus.
C.qui acc.non poss.l.fi.& inter alia datio insol. requirit, fieri p
mensura debiti declarati.vnde tria pondera.s.mensuram, debitum,& declarationem,id est,liquidatã petitionem,loquẽdo de adiudicatione: vt in Auth. de exhi.reis.§.si vero.in tex.iuncto cũ
glo.debet igitur prius liquidari, quàm adiudicari. posteriorenim liquidatio esset non inanis, & decreti solidatio. ff. quib.ex
cau.in poss.ea.l.hoc autem.§.1. in verbo, constare liquere, quæ
potiori. Modo videamus, si iste processus peccauit in aliquo,
quòd dationem in solutum, & æstimum reddat retro nullam
ipso

ipso iure.& allegatur, q sic: quia nulla fuit facta iudici fides de
mandato procur.Sed in hac allegatione non insisto:quia quando non opponitur exceptio declinatoria,valet iudicium, nõ facta fide de mandato.sufficit enim doceri de mãdato, quãdo opponeretur exceptio procuratoria,ff.de dam.infec. l.inter quas.
§.alieno.Item allegatur, q iste processus est nullus ratione feriarum.sed hic cõsiderandum est,q aut statutum loquitur prohibendo,vel simpliciter inducendo ferias:vt quia dicit, q non
possit procedi,& tunc non potest renunciari ferijs. Aut loquitur non arctando,sed simpliciter inducẽdo ferias ob prouidentiam,id est,vtilitatem hominum:& non ob Dei cultum. nã cultus Dei arctat inuitos, cum sit de iure naturali.& tunc quando
fit in vtilitatem hominum, potest renuntiari. Sed hic considerandum,q istæ feriæ non sunt inductæ fauore actorum, sed fauore reorum.Item nec fauore iudicum. Et ideo rens absente actore potest renuntiari ferijs:quia hoc residet in solo fauore,ff.
de iureiuran.l.Labeo.C.de pact. l.postquam liti. C. de iure do.
impetrando.l.2.ff.de neg.gest.l.Neseruius Apollinaris.Allegatur tertiò, & ista allegatio mihi placet: quia est substantialis,&
vera in iure,q quando cõstante matrimonio dos repetitur, debet constare, q dos sit in casu restitutionis seu collocationis in
tuto,id est,q vir perperàm ceperit vti substantia sua, vel q vergat ad inopiam: vt C. de colla. auth.quod locum. sub hac enim
2 conditione debet fieri ista renũciatio dotis. † constat autem, q
omnis conditio est de substantia probationis,& omnis causa finalis,ff.de verb.ob.l.hoc iure.& no.per Inn. extra de priui. c.ex
parte abbatissæ.& ideo liquidari debuit.C.de compensa. l.fi. &
taliliquidatione non precedente datio insolutum,& executio,
fuit ipso iure nulla,nec potest iuuari per probationes posteriores,arg.in c.appellanti.de appell.in clemen. Item quod est ipso
iure nullum & præposterum, non conualescit. & confirmatur
Multa ſunt conſideranda. In primis certum eſt, ℔ hæres ſcriptus mittendus eſt in poſſeſſionem ex edicto rerũ, quas teſtator tẽpore ſuæ mortis poſſidebat, vel quaſi poſſidebat. ff. de app. reci. l. ſi. & C. de edi. di. Adr. tol. l. edict. niſi illæ res eſſent alij relictę, qui ſine vitio eſſet poſſeſſionem nactus. ff. ad Tre. l. filiam fratrib. Itẽ cum vitio dicit poſſidere, ſi cecidit à legato, arg. C. de fideic. l. q̃ſtionem. ſ. fi. C. de legi. l. nõ dubium. & facit. ff. quorũ leg. 1. ſ. rediguntˉ. Miſſio igitˉ petita fieri debuit, non obſt. cõtradictione contradictoris: qa contradictio, vt ꝓponitur, nõ habebat titulum obſtatiuum. quod ſic probo, poſſeſſor inquietabatur ex laudo. Modò illud laudum fuit ipſo iure nullum, & ſic laudum habetur pro non laudo. ff. de pe. hæ. l. nec vllam. ſ. omnibus. quod fuerit nullum laudum apparet, qa compromiſſum fuit ipſo iure nullum, nam pupillus cum ſuo tutore compromittere non poteſt: ſicut nec in iudicio eſſe poteſt: nec alienare ſibi, nec tranſigere. ff. ad Tertul. l. qui habet. ſ. ſi pupillus. ff. de noua. l. 1. & ibi pleniſſime no. Item nec cum adulto curator ſe auctore cõtrahere poteſt, ſed ſi haberet alium curatorem, poſſet illo auctorante ſeruata forma iuris, & bona fide. C. de contrahen. emp. l. cum ipſe. ff. de contrahen. emp. l. in emptione. ſ. fi. cum igitur hic non proponatur, ℔ alius fuerit datus curator, non tenuit compromiſſum ex eo maxime: qa adultus curatorẽ habens, in cõtrahendo vel liberãdo, aliũ ſimilis eſt pupillo. C. de in int. reſt. minor. l. ſi curatorẽ habens. Eſt & alia ratio: qa non tenetur quis ſeruare fidem laudi aduerſario fidem falleti. C. de pac. l. cum proponas. ff. de tranſ. l. qui fidem. ff. loca. l. quæro. ſ. inter locatorem. vnde ſecũdum ea, quæ proponuntur, dictũ laudum non impedit miſſionis effectum. Item diuiſio non tenuit, ſi fuit facta contra prohibitionẽ teſtatoris. C. de vſuc. ꝓemptore. l. 2. niſi hoc fuiſſet factum in merũ fauorem ꝓhibitorium, & renunciaret prohibitioni, eſſendo ætatis legitimæ. pupillus enim renunciare non poteſt fauoribˉ. teſti, ne iu-
4 dicium patris filius impubes reſcindat. † intelligo, qñ prohibitio diuiſionis fuit facta ad tempus in fauorem minorũ, qui præſumitur. ff. cõmu. diui. l. cõmuni diui. ſ. ſi cõueneric. & quod no. in l. fi. C. cõmu. diui. ga iſtud præceptum non intelligitur, nedũ quod fauore ætatis eſt factum, vt d. l. 2. C. de vſucapio. l. pro emptore, quæ lex eſt ad hoc ſatis notabilis. & facit, quod no. C. qui da. tuto. poſ. auth. minoris debitor. in gloſſ. ſed quid, ver. Item quid ſi haber ſecum res communes: habet ergo petitio miſſionis in poſſeſſionem ſua fundamenta, ita, quod à principio fieri debuit, non obſtante inutili laudo, ſeu tranſactione inualida, quæ pro nulla habetur. de ſententia autem, quæ dicitur lata ſuper nõ miſſione, nihil dico: quia non vidi acta. vnde dico, ℔ ſententia lata in poſſeſſorio minus plene diſcuſſo de iure partium nõ præiudicaret petitioni hæreditatis, ſi moueretur per dictos ſcriptos hæredes, vt l. cum fundum. ſ. fi. ff. de vi, & vi ar. etiam ſi ſententia in poſſeſſorio tranſiſſet in rem iudicatam. C. de ſententiis, & interlocu. l. poſt ſententiam. Item ſi qua ſolennitas grauis, & ponderoſa requiſita à ſtatuto fuiſſet omiſſa, & maxime quæ reſpiceret formam litis decidendæ, ſeu deciſionem controuerſiæ, ſententia eſſet nulla, vt l. cum hi. ſ. ſi prætor. ff. de tranſact. cum ſimilibus, prudenter, & copioſe, per nobilem ſocium alle.

CONSILIVM CXLV.

Promittens omnibus suis sumptibus, & expensis manutenere, & aptari facere clusam, & locum, & molendina, si expedierit, si accidit magnum, & insolitum diluuium, quod dicta molendina irreparabiliter destruxit, vt ista clusam, & locum cluse, & molendinorum penitus inutiliaredidit, an teneatur vigore predicte promissionis, & ad quid. & nu. 4.

2 *Promittens manutenere campanile non tenetur ad campanas.*

3 *Debitor, qui non obligauit se expresse ad casum, an teneatur de casu.*

5 *Qui promisit facere rotlum, an teneatur facere parietes.*

6 *Manutenere qualiter intelligatur.*

7 *Quando vtilitas prauenit tempus finiendæ locationis, si per eum non potuit finiri tempus, an fiat remissio, & qualiter: puta locauit tibi domum ad annum pro 10. cuius vtilitas est tempore nundinarum, quæ durant per 10. dies: si post nundinas tu fuisti expulsus ab hostibus, an fiat remissio pensionis, & qualiter.*

Casus talis est, in quodam instrumento, in quo vnus socius vendidit partem suam alteri quorundam molendinorum, & clusæ, reseruatis propter pretium non solutum vltra quasdam quantitates, quas pepigit, p eodē pretio fructib. certi temporis. i. vnius anni. reperiuntur hæc verba formaliter. teneatur etiam dictus emptor omnib. suis sumptib. & expensis manutenere, & aptari facere dictā clusam, & loca, & dicta molendina, si expedierit, nec p ipsius manutentione, & aptatione dictus vēditor in aliquo teneatur. euenit q fuit diluuium valde magnum. & insolitum: & d. molendina irreparabiliter destruxit, & dictam clusam, & locum proprium dictæ clusæ, & molendinorū prorsus inutilia reddidit, & multa alia maxima damna pertulit dicto emptori in domibus, & terreno prope positis,
1 nec non etiam aliis habentib. molendina in dicto tyberi. † Modo quæritur, vtrū dictus emptor, presuppositio sine p iudicio veritatis, q dictum instrm sit sine aliquo errore: an emptor ex virtute dictorum verborum dicto venditori ad aliquid teneatur. & dicendū est, q non: cauſis & rationibus infrascriptis: tñ ad euidentiam sunt præmittenda quædā, quæ ita moraliter sunt vera, q non possunt negari. Et primò, q propter fortiam aquæ, & continuum eius impetum non possunt molendina, & clusa in eadem qualitate manuteneri, nisi sicut succedit expedit reaptando, qñ destruuntur in totum, vel deficit aliquid, hoc. n. auxilio, nisi vis diuina interueniat, conseruari possunt. Et est molendinum simile ædibus, quæ conseruantur reficiendo, ff. de serui. vrb. præd. l. eum debere columnam. Item est simile homini, qui non conseruatur, nisi per restaurationem deperditi, vt dicunt Philosophi. ff. de iudi. l. proponebatur. ff. de neg. gest. l. siue hæreditaria. ff. de ver. sig. l. impensæ, tñ qñ superuenit vis diuina, vt fulmē de cœlo, vel grādo, vel naufragiū, impossibile est rem hominū conseruare, & id natura manifestū est. ff. de act. emp. l. si ea res. ff. de ver. ob. l. inter stipu. §. sacram. cum si, Prima igit̄ ratio est ista, ille, q p̄mittit factū hominis, nō tenet̄ de facto fluminis: qa nō p̄mittit fluminis, q vi diuina accidit, vt ff. de dā. inf. l. fluminis. §. Seruius. ibi, fluminis, & c. ff. de dā. inf. l. qdā. ibi, vi extrinsecus, &c. vbi est casus ad literā. & ff. de re. iu. l. cōtract⁹. vbi est casus ad litteram. Secundò: quia casus fortuitus non fuit promissus, ergo non tenetur promissor de casu fortuito. l. sed & si quis. §. quæsitum. si quis cau. l. i. C. commoda. per Cy. & est ratio: quia ex casu nascitur exceptio, & futuræ exceptioni non intelligit̄ quis renunciare, vt no. Gui. de Cu. in d. §. quesitum. Tertiò: quia ille casus fuit ita repentinus, & ita insolitus, & periculosus, vt ira Dei potius q̄ natura casui coniuncta videretur. & isti casus, qui excedunt vsum, & consideationem humanam, non veniunt in promissione, etiam si esset promissus casus, ff. de cōtrah. emp. l. si fistu. §. frumenta. & ibi no. per Bar. & no. ff. de negest. l. cum alicui. & ff. ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. in hac illud. inverbo subito. vbi tex. expressus. & l. si putator. ibi. cum diuinare, &c. & l. si quis fumo. in verbo, magis vi. & l. si ex plagis. §. fi. in verbo, casus magis, q̄ culpa. & Gul. de Cu. alle. illum. §. frumenta. pro casu huius quæstionis in d. §. quæsitum. Quartò: qa emptor non suscepit in se periculum, sed quandam curam, & solicitudinem socialem, quamuis suo sumptu & vtiatum est solum, seu area, vnde hoc detrimentum non venit, cui vitium soli permiscetur, etiam si esset susceptum periculum, vt ff. loca. l. opus. & ibi Bart. multo magis vbi periculi non est facta mentio. Quintò: quia iste casus similis est casmati, vbi solum & area vadit in profundum, & liberatur debitor. C. de iu. emphy. l. i. nam & hæc area quantum ad vsum molendini, & substantia, mortua est, & ibi refici non potest, vt ff. de aqu. plu. l. i. §. denique. & emptor non promisit mutare naturam loci, & q̄ situs procliuus, & bassus fieret locus planus, & quod aqua non duceret arenam, & non cauaret locum: ideo nō tenetur de facto, & iudicio Dei. Sextò: quia iste casus appellatur tēpestas, quæ non venit in cōtractu, nisi de ea fiat mentio specialissima, vt ff. de publicanis. l. Cæsar. & l. 2. si quis cau. §. penult. Septimò: quia ab omni promissione facti, intelligit̄ excep tus casus fortuitus, nisi de eo nominatim fiat mentio, vt expresse no. Bar. ff. de verb. oblig. l. stipula. ista. post prin. nam naturaliter hoc inest. Octauò: quia omnis promissio facti hanc habet tacitam conditionem, videlicet, nisi iusta causa impediat. ff. de verbo. obliga. l. illa stipulatione si calendis. per Bar. Item intelligitur hæc conditio, quantum est mihi possibile custodiam. ff. loca. in l. loca. in authen. iusiuran. quod præstatur ab his, duobus locis in tex. Nonò, quia casus de extinctione areæ est casus incogitatus, & nunquam aliàs contigit, & qui cogitari non debuit: ideo promissor non tenetur. ff. de verb. oblig. l. inter stipula. §. sacram. tam enim insolitam, aduersam que fortunam spectare nō debuit, quia extinctio subiecti extinguit substantiam rei, & dispositionem hominis. ff. de leg. 3. l. 11. §. si rem. ff. de solut. l. qui res. §. aream. & ff. de vsufr. l. 1. Vndecimò, ille, qui promittit manutenere parietem ad sustentandum onera vicini, si paries cadit, tenetur reficere parietem eiusdem modi, i. eadem specie, i. forma, & qualitate, vt idem intelligatur. ff. de serui. vrba. prædi. l. seruitutes. §. si sublatum. & ad aliud non tenetur. Item ad hoc ita demum si potest, aliàs non tenetur. ff. de serui. vrb. prædi. l. eum debere columnam: quia omne futurum habet tacitam conditionē de possibili. ff. de verb. obli. l. interdum. & l. si homo. per Bart. & dato spacio legitimo. ff. de ver. ob. l. ideo. & l. continuus. §. item qui insulam. & eodem loco in alio enim non tenetur reficere, nec aquam subsequi. ff. de aq. quo. l. hoc iure. §. si aqua. vbi est expressum. Duodecimò: quia illa verba, vt expedierit, quoddam temperamentum sunt absolutæ locutionis, vt redigatur ad arbitrium, & tensum boni viri. Et primò dico, quod dictio, vt, seu prout, idem est dictum, quod sicut tempus requisiuerit, sicut pro tempore expedierit, sicut æquitas dictauerit, C. de eden. l. edita. ff. de relig. l. si quis sepulchrum. §. sumptus, & l. si quis. §. si colonus. ff. vbi pupillus edu. debeat. l. 2. §. modus autem. ff. de exerc. l. Lucius. §. quare est modus in rebus. ff. de verbo. l. si ita quis. §. ea. l. C. de annonis & tribu. l. pro locis. & l. mediterraneæ. lib. 10. de nauicl. iis. & naucle. l. cum nauclerio. in verbo, pro mercedula. sed omne, quod tempus exigit de necessitate, & pro vtilitate consequendorum fructuum factum fuit per dictum emptorem, sicut notorium est. Decimotertiò, quod tres sunt casus. Primus est manutentionis, quæ significat punctualiter eundem statum, & eādem qualitatem: sed quia est hoc præcise impossibile de natura in aqua, quæ semper rodit, & semper monet, sequitur subinductiue, & transitiue de primo capite contractus, in secundum caput ipsius in pacto possibili subrogatum loco impossibilis, videlicet, & aptari facere. Sed pone, quod illud secundum impossibilitatem per rerum naturam non potest aptari eodem, vel simili modo. certe iste casus est omissus, & non continetur in obligatione. ff. de verb. obligat. l. quicquid astringendæ. vnde considera ordinem scripturæ. nam prima pars incipit à manutentione, & quia non potest esse multum duratura per seipsam, transit ad secundum caput. s. ad aptationem. Et si istud secundum caput esset possibile, in eodem loco deberet reparari dato spacio conuenienti. si autem non esset possibile, impossibilium nulla est obligatio: quia impossibilium nulla est solutio, & nulla executio, vt in regula iuris. nemo enim tenetur ad impossibile. ff. de excusa. tutor. l. Titius. §. fi. Item verbum, manutenere. significat expensas in reficiendo, non in faciendo aliud nouum, & alterius generis ædificium, sicut si maritus habet in dotem molendina, tenetur reficere, & lapides à nouo reponere. l. 1. in fi. de impensis in re. do. factis. non tenetur tñ facere turrim lapideam, vel pilastros ad soliditatē molendinorum, vnde leges q̄ loquuntur q̄ vir teneatur, loquūt̄ in reficiendo, vel loquuntur in moderatis expensis, quæ possunt fieri de fructibus dotis, sol. mat. l. si cum dotem. §. sin autem in sæuissimo. cum. n. sciat quanto tempore matrimonium sit duraturum, & nō tenet̄ ancipitem expensam facere de sua bursa, licet factam posset repetere. & facit. C. de rei vxo. ac. l. 1. §. sed nec ob impensas. Ista in casu nostro necessaria non sunt: quia obligatio est limitata ad certum

certum locum. & (vt ita dixerim) ad locum loci. Decimoquartò, emptor non promisit venditori tenere molendinum, machinas, nec promisit ei reficere, vel reacquirere molas, vnde & si ædificium, quod dicitur molendinum, & clusa creuissent in figura: tamen nulli fructus fuissent percepti, & fuissent fructus, & aquæ perituri. ideo non tenetur ad l. Rhodiam de iac. l. si vehenda. §. idem iure. & plene no. in l. quod re. ff. si cert. pet. per a-
2 lios. & Bar. † sicut si promitto Abbati manutenere campanile, quod non afferebat fructus remotis campanis, non teneor manutenere campanas, nec reinstaurare cāpanile: licet parochiani audientes campanas non vadant ad ecclesiam ad faciendum oblationes, vt l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. si sunt destructæ, vel vi ventorum deiectæ, non teneor, nec potest mihi dicitur debebas nouis speronis fitmare, vel debebas claudere fenestras campanilis, quod si fuisset factum, ventus non exportasset eas. hæc enim ambages sunt, l. 1. circa medium. C. de sententiis, quæ pro eo, quod interest. Porro mola, quæ mobilis est, non debet refici, sed meta, i. inferior pars molæ, quæ infixa & immobilis est. sic si quis promisisset fortunam ratum habiturum. ff. de fundo instructo. l. cum de lanionis. §. asinam. secundum verū casum illius §. vnde casus contingens in mola nō pertinet ad dictum promissorem, sed ille solus casus sufficit ad impediendos redditus. Decimoquintò, qa proprie, & realiter loquēdo, etiam si quis promisisset reficere machinas, & alia instrumēta, & vtensilia molendini, quod hic promissum non fuit: nullo modo tñ posset dici illud, q alibi dicit Iurisconsultus: vetera explicare, ac conseruare, prout æquum, & necessarium est, noua tamen inchoare necesse mihi non est. ff. de neg. ge. l. nam & Seruius. §. si au. & ibi est casus: quod manutenere significat vetera, i. ea, quæ olim posita sunt in substantia, non noua, quia idē est dictum conseruare, & manutenere. vnde demonstrat præcedentem figuram loci, prout apparebat. l. Rutilia. & ibi not. in l. fundi. ff. de contrab. emp. Decimosextò, si referamus nos ad arbitrium boni viri: quod facet inclusum in verbo, expedierit, vt ff. de fideicom. liber. l. Thais. § Lucius. Et ad libram iustitiæ, cōsiderandum est, q finalis causa istius promissionis fuit, q dictus venditor debebat recipere fructus illius anni. vnde gratia fructuum illius anni breuis temporis fuit dictum, q illas expensas, quæ contingerent venditorem pro reseruatione fructuum, faceret emptor solus, & hęc est simplex veritas. Et nihil aliud substantialiter fuit dictum, nec cogitatum: ad hunc ergo sensum ve
3 ritatis trahendus est sensus scripturæ. Et istud sonare deberp via cōmunem. Nam omnis qui occasione fructuū breuis temporis tenetur agnoscere onus expensarum, non tenetur facere expēsas ad perpetuam rei vtilitatem. Sed eas demum, quæ sunt gratia fructuum consequendorum, & quas consueuit facere ille, qui habet considerare solum de fructib. illius temporis, sicut si esset coptumator, qui hoc promitteret. ff. solu. mat. l. fructus. ff. de vsufr. l. hactenus. hoc no. Bart. ff. de impen. in re. do. fac. l. impensæ, & per no. ibi per Bar. decidit̄ iste passus. † Præterea cū quæritur, vtrum debitor, qui nō obligauit se expresse ad casum fortuitum, teneatur de casu, dicunt Gul. de Cu. Cy. Ray. & alij doctores in §. sed interdum. distinguendum fore. Nam aut nulla culpa præcedit, & non tenetur de casu, & istum articulum, p sequitur Dy. ff. de verborum obligationib. l. continuus. §. cum quis. aut præcedit, & culpa, & tunc non refert, aut illa culpa nō destruebat casum, id est, non tendebat ad casum, & non tenetur, vt ff. quod vi aut clam. l. si alius. §. est & alia. & l. non omne. ff. de stat. hom. aut erat ordinata ad casum, & tunc refert, aut talis culpa non veniebat punienda ex natura contractus, vt culpa leuissima in contractu vltro citroque obligatorio, qui celebratur causa vtriusque, & non tenetur, vt ff. commo. l. si vt certo. §. nunc videndum. & ibi not. ff. de neg. gest. l. si ue hæreditaria. aut purgabatur per actionem ex eo contractu: & tunc refert, an casus nihilominus contigisset: & hoc est certum, & non tenetur, vt ff. ad l. Rhodiā, de ia. l. siue heredi. §. item iuris. & l. & in totum. de impen. in re. dot. fac. & de ac. & obl. l. is, qui. Aut certum est, quod non contigisset: etiam tunc tenetur, vt ff. commo. l. si vt certo. §. sed interdum. Aut est dubium, & tunc reus absoluitur, vt C. de pignor. ac. l. quæ fortuitis. Sed hic in isto emptore nulla deprehenditur culpa: & maxime, quia de tam subito, & diuino casu non potuit diuinare: sicut nec de multis aliis, quæ contigerunt in ciuitate, & in domo sua: cui potest dici, prophetiza, quis te percussit. Ex his apparet, quod ille, qui dicit casum venisse per culpam commissam in omittendo, debet probare, q si illud non fuisset omissum, casus non contigisset, quod in casu nostro probare falsum per rerum naturam est, & impossibile. & si niterentur probare veritatem, quæ oculata fide posset ostendi, nunq̄ caruit suffragiis, & imprudentia rērum merita mu-
4 tare non potest, vt in quit Boetius. † si enim diceret, tu emptor potuisti, & debuisti facere speropes. Respondetur, tu scis te mentiri, maxime: quia nec instrumentum hoc dicit, nec verba aliqua de hoc fuerunt, neque fuit dictum, neq; cogitatum. ego credo, q ipsum instrm sit verax & quod in hoc erit. Sed (nisi fallor in opinione mea) oportet dolo, & mendacio, & malitiæ sue resistere per vias, & modos qui sequuntur, & de iure. Et primò: quia promissio determinata secundum locum ita determinate includit illum, q omnem alium excludit, ff. de eo, quod certo loco. l. 3. §. si quis ita. ver. quemadmodum. Sed hic opus promissum fuit determinatum loco, s. loco molendinorum, & clusæ, nam locus prædicatur de parte interiori rei, nō de parte extrinseca, & remota, & q̄ idem corpori non cohæret. ff. de verb. sig. locus. vñ ex ipso instrumēto colligitur veritas. Item nō tenetur facere quis expensam dubiam: dubium enim erat per ipsam rerum naturam, & incertū, an speropes essent profuturi, vel non. vnde dubia remedia non tenetur quis adhibere cum sumptu, nec pro incertis suum patrimoniūm certum cuertere. vnde in dubio dicit lex, q tutius est non navigare, & tutius est non ædificare in arena. imo plus, quia ipsa veritas declarauit eos non fuisse profuturos. Item sperones nihil faciunt ad clusam, quæ fuit versa in ruinam, nec ad lectum fluminis, qui fuit arenatus, adeo q si molendina stetissent in pede, tñ non macinasset. Item coptumatores erant æque migraturi: tum propter diluuium, & arenationem aluei clusę, tum propter machinas, & alia vtensilia, quæ deficiebant in molendinis, quę non tenebatur reficere dictus emptor, & sic nullo modo interfuit, nec interest dicti venditoris sperones factos fuisse, cum nullum exinde commodum
5 laturus esset iste vēditor: per fas & nefas, pariter corruit. † Tertiò: quia qui promittit facere domum, non tenetur facere alia ædificia, quàm ipsam domum, ét si per illa alia perueniatur ad domum, vnde non tenetur struere viam. Et qui promisit facere stagnum, non propterea promisit facere riuum, & aqæductum: quia diuersa corpora sunt. ff. de exceptio. l. sed si ante. Expensa enim diuersa est, & diuersa oper. ff. de nego. gesto. l. eum actum. §. fin. Et propter vnum onus non teneor ad duo, etiam si separari non possunt: sicut si ego promitto ponere tectum in domo, non propterea teneor facere parietes: licet tectum sine parietibus poni non possit, vt l. eum, qui ædes. ff. de vsucap. licet superius non posset esse sine inferiori: quia non potest sustentari in aere. ff. de dam. infect. l. quod conclaue. vnde qui promittit manutenere rectum, non promittit propterea manutenere parietes. & qui promittit manutenere molas, non promittit propterea manutenere molendinum: quia promittit accidens, non promittit subiectum suum, nec econtra. vnde si promitto seruum in genere, non promitto propterea esse coquum, vel textorem, vel molendinarium. ff. de leg. 1. lege generaliter, & l.
6 Titiæ textores. † Quartò, quia verbum manutenere, non significat manutenere per aliquod aliud à remoris ad unctum: qui sicut posset dici, tu debuisti super illam clusam facere aliam, quod est falsum: ita nō potest dici, tu debebas manutenere per aliud accidēs separatum à re: sed per modum consuetum in loco illo tantum, vt l. venditor. §. si constat. ff. communia prædiorum. & hic nunquam fuerunt sperones, vnde qui promisit accōciare molendina, non tenetur facere sperones inconsuetos, & insolitos: quia de insolitis non intelligitur cogitatum. l. Mela. §. 1. ff. de alim. & cib. leg. ff. de aq. plu. arc. l. si prius. §. recte. versi. non enim, vbi est casus ad literam. & confirmatur hoc moribus ciuitatis, & æquitate naturali, quæ contractus bonæfidei interpretatur, vt ff. pro so. l. si socius pro filia. Nam quando quis coptumat molendinum molendinariis, promittit ipsum conseruare machinas: si destruitur non soluitur sibi coptumum, nec tamen condemnatur dominus ad interesse, sed stat in suspenso, donec reficiatur: quia ista est natura contractus, vt l. habitatore. & l. si fundus lo. ff. quando dies leg. ced. l. Firmi. in prin. Quintò: quia in isto contractu non venit leuissima culpa, nec per eam casus, nedū casus simpliciter, vt l. si vt certo §. nunc videndum.

ff.commo.& per Bar.in l.quod Nerua. & no. in l.etiam. §. licet fol.ma.in gl.& est expressus tex.& gl.ff.loc.l. in naue Saufeli. §. si ita.& l.si matitus.& l.si merces.§.vis maior.& §.qui columnã. Sextò:quia nõ tenetur quis insolita aggredi.ff.de neg.ge.l.si negocia.nám qui cõsueta facit,ab omni culpa immunis est, vt patet in illa quæstione de equo relicto in pascuis. & puto bonã fidem,cum industria,quã dedit ei Deus,sufficere.ff.de neg.gest.l. Proculus.ff.de cõd.& de.l.q̃is.& no.ff.de iurei.l.eum,qui.§.in popularib.Septimò: qasperones à dño ante casum fuerãt p dictũ emptorẽ pordinati, & ꝓ rato debet haberi: qa fuit vtiliter gestum,ac etiam inchoatum.ff.de neg. ge.l.Pomponius. de nego. & ibi plene no.vnde nulla culpa est, si fortuiti casus iniquitas operam bene inchoantis euertit.ff.de ne.ge.l.sed an vltro.§. 1.& §.fi.& l.successionem eius. §.vlt.imo pro facto habetur, qđ vtiliter est cœptum,nedum ad exceptio. sed ad agendum, casus est ibi ad literam. Octauò: quia si tutor ꝓmittit rem pupilli saluam facere, i.manutenere, & ponamus, ꝙ ista res sit nauis,& mergatur tempestate,certũ est nõ teneri eum.C.de ne.ge.l.tutori.ff.de vsuf.l.arborib.& §.nauis. multo fortius idem in socio redditurum &in quolibet cõtractu bonæfidei. Nonò: quia verba debent intelligi secundũ naturam contractus.ff. de vsur. l. si stipulatus. sed de natura istius contractus non venit casus, nec ẽt culpa leuissima,si qua fuisset.ff.locã.l. si vt certo.§.nunc vidẽdum.& §. quod vero senectute.quod non nisi mendaciter, & p calumniam dici potest,non secundum veritatem, prætereaista verba,si expedierit,s.ꝓ tempore.nam huic verbo expedit, semper intelligitur annexum tempus.l.1.in princ.ff.de exerci.& est expressius.ff. de verb.obli. l. continuus.§. item qui in simul debent.namque huiusmodi verba intelligitis in hoc actu societatis fructuum,s.vtrique parti,nõ vni ex sociis.ff.ꝓ so.l.acti. §.Labeo.vbi est expressum.ff. de solu. l.cum Stichus. vnde ista verba sunt tiriaca contra venenum,q̃ inserta in arbitrium boni viri loco tiriacæ omnem machinationem excludunt, vt ff. de proc.l. non cogendum.§.at quiiustas.&l.Lucius.de exercito.Decimò, ꝙ nihil de speronib.sit promissum vltra omnia prædicta,sic patet,qñ copula cadit inter actus duorum verborum, quorũ posterius potest aliud informare,& qualificare,certum est,ꝙ formatillud.ff.de vino lega.l.fi.§.cui dulcia. & determinat, & restringit verbũ indefinitiuum.ff.de verb.sign.l. si cum fundus.& præcisum verbũ recipit naturalem,& rationalem modificationem.ff.de ope.lib.l.cum liber.§.in omnib.Et similiterqñ copula habet in se limitationem localem, totum antecedens intelligitur de eodem loco.ff.de penu. lega.l. nam quod liquidæ. §. si cui penus.Sed hic dicit,&aptari facere dictam clusam & locum totum,referturintra locum. & ad ædificia loci,& de substantia eius.ff.de contrahen.emp.l.pacta conuenta.&sic de solo aconcimine intra locum,non de speronib.est dictum.Et not.ꝙ si aliquis aliter interpretaretur instrumẽtum, intentaret fallum re, & consilio.vñ si expediret,oporteret,ꝙ notarius hoc interpretetur.ff.de appe.l.ab executore.quem credo veritatem dicturũ. Multa alia dici possunt,quæ in suo loco remaneant:omissis itaque omnib.quæ extra scripturam sunt perita, concluſiue super scriptura,& punctis iuris consilium Deum habẽdo præ oculis,
7 mera iuris veritas consulatur. † Item quæritur, cum istud diluuium fuerit die vltima Octobris, & ista molendina essent coptumata ꝓ certis corbibus frumenti annuatim præstandis de quatuor mensib. in quatuor menses, tamen in hyeme parum fructificabant:sed propter æstatem quasi totum coptumũ præstabatur, q̃ æstas tota erat transacta: vtrum coptumationib.debeat remitti coptumum pro rata numeri dierum restantium de hyeme, an pro rata qualitatis dierum, habito respectu ad vtilitatem. verbi gratia, pone, coptumati fuerunt pro quinquaginta corbibus, & in æstate coptumatores lucrati fuerunt 40. corbes de fructib. vnde propter siniſtrum hyemale non perdiderunt nisi decem corbes : an sub prætensione casus debeant lucrari, & locupletari. dico , quod non. debet considerari qualitas dierum arbitrio boni viri , vt in hoc alio exemplo. locaui tibi domum quæ erat in nundinis pro vno anno pro decem,in toto anno ista domus non erat veilis, nisi octo diebus nũdinarum:tamen habuisti illos octo dies, qui sunt finalis causa pensionis: licet decimo die superueniat casus migrandi: non tamen fiet tibi remissio pensionis trecentorum, & quinquaginta dierum, prout fuit domus locata, sed ex arbitrio boni viri. Item si locarem tibi vineam de mense Septembris pro vno anno,& recollecta à te vindemia migrarem propter hostes, nõ propterea ꝓ numero dierum fieret remissio mercedis: sed pro vtilitate eorum,ar.ff.de ver.obl.l. qui certarum.in prin. no. fol. mar.l.diuortio. vbi ergo vtilitas peruenit, tempus fiendæ locationis & effectus vtilitatis considerandus est,non numerus dierum. Ex quo sequitur, ꝙ nec emptor,de quo in priorib.fit mẽtio, etiam si expresse casum suscepisset, tenetur: nisi quatenus in hyeme posset fructificare ipsi venditori,& non pro eo,quod fructificatum est in æstate præcedẽti. & istud est proportionale ad iustitiam. Item quæritur,pone, ꝙ dictus emptor suscepisset in se casum fortuitum,& omnem aduersam fortunam:& casu molendina sunt destructa, vt præmittitur: & tempore casus corb.frumenti, valebat ducs flore. post vero valuit decem : an considereturtẽpus casus fortuiti : an tẽpus postea seqũs.& dico,ꝙ ad tẽpus casus metitur interesse,ꝙ est in promissione:quę promissio adillud tempus refertur, quo incipit esse in obligatione,& postquam interesse cœpit esse in obligatione, facta est nouatio. ff. de noua. l. fundum Cornelianum. & sic considerat tempus conditionis,i.casus fortuiti in condi.positi,in quo casu consistit obligatio. nec põt post rem peremptam casu crescere obligatio interesse. hoc no. C. de nego.gest.l. siue hæreditaria. Item aliud est subsequi periculum fortunæ , aliud subsequi periculum veræ culpæ,& non fictæ,vel imaginariæ.fortuna enim damnum dat in spe:& ideo spes sola æstimanda est. etiam si culpę causa alia esset,quod tamen non est verum,nisi culpa habeat in se dolum verum,vel præsump.ita dicunt omnes doctores,& maxime Gu.de Cu.in l.vinum.ff. si cer.pe. Item iste casus recipit spem futuræ perceptionis grani. vnde similes casus,quando quis dedit damnum in herba frumenti:quia æstimatum,quanti tunc illa spes poterat vendi,& nihil vltra debetur secundum veram opi.Ia. de Are.vt ipse no.in l.cedere.arborum furtim cæsarum.hanc opin.approbat Io.And.in Spe. de iniuriis , & damno dato.in additionib.suis.licet Spe.ibi variet. Bald.

CONSILIVM CXLVI.

1 *Causa an in recursu à grauamine debeat exprimi.*
2 *Actor an possit desistere à lite inchoata,& renuntiare institiæ inuito reo: & an talis renunciatio impediat sententiam.*
3 *Petens cognitorẽ à grauamine an teneatur exprimere causas,quare petit.*

Quia ex facto ius oritur, ideo vt infra breuiter subjicitur: ecce, quædam D.Isoldina de beatis agere volens suum constituit procuratorem: videlicet Vgoninum de Garzano contra nobilem virum Thomænum de Gutariis ciuẽ Ast. Et in instrumento mandati ipsa solenniter soluere promisit omne , & totum id , in quo procurator suus condemnetur, sub obligatione omnium bonorum suorum , &c. dictus autem procurator litem mouit contra ipsum Thomænum: & in causa prædicta oblato libello lis fuit contestata: postea vero quasi ꝑpe finem lit. publica. attestationib.& aliis agitatis in causa,d.D. Isoldina se , & bona sua pure obligauit Franciſchino pro quadã pecuniæ quantitate. demum dictus procurator succubuit , & condemnatus fuit in expensis, quæ quidem expẽsæ debito modo fuerant taxatę, qua taxatione facta d. Thomænus petiit à iudice communis Ast. pro dictis expensis illam sentẽtiam executioni mandari in bonis d. D. Isoldinæ secundum formam statutorum Ast.vnde dictus dñs iudex,& officialis communis Ast. ad prædicta deputati volentes dictam sententiam executioni mandare secundum formam capitulorum Ast, citari fecerunt creditorem per proclama generale , vt comparere deberet infra tertiũ diem, & iura sua ꝓducere , &c. comparuit d. Franciſchinus tanq̃ creditor,dicendo se fore potiorem , & priorem.d. Thomę. petendo sibi per prius dari in solutum de bonis d.D. Isoldinæ. Postremò d.do.iudex visis omnib.& singulis videndis pariter, & examinandis, cognoscens ipsum Thomænum esse priorem creditorem d.Franciſ.& habere bona ipsius D. Isoldinæ prius obligata, præcepit dictis officialib. & liberatorib. cõmunis Ast.ibidẽ præsentib. ꝙ darent , & traderẽt ipsi Thomæ. insolutum de bonis D.Isoldinę secundũ formã statutorum Ast. pro dictis expensis tanquam priori,& antetiori creditori ipsius Do.Isoldinę.d.vero Franciſ.econtra dixit sibi ex dictis,& narratis per ipsum dominũ iudicem , & ex præcepto prædicto dictã, & factam fuisse.& esse iustitiam,& postulauit cognitorem,quæ petitio cognitoris fuit commissa dominis Martino Capello, & Raymondino de Pallidis iudicib.de collegio iudicum ciuitatis Ast. super quibus videre restat, quid iuris. Et ad euidentiam
1 præmitto, † quod ex forma capitulorum Ast. à grauamine potest peti cognitio , quæ petitio cognitionis est species appellationis,vt l.non distinguemus. §. cum quidam.ff.de arbitr. vnde videndum est,vtrum dicta petitio cognitoris valeat.& breuiter est dicendum,ꝙ non.quod probatur: quia quãdo iudex in executione dictæ sententiæ præcepit officialib. ꝙ traderent insolutum ipsi Thomæ.tanquam priori,illud præceptum fuit quædam sentẽtia interlocutoria,vt l.cum clerici. C. de epi.& cle.& maxime quia fit in executionem sententiæ , & sic est sententia interlocutoria,vt no.per Cy. in l.ab executione. ff. de appellat. in prin.& per Cy in d.l.ab executione. in 3.q. quod est secus in appellatione à diffinitiua,vt in l.Seio.in fi.ff.de app. cum si. Sed ipse Frãciscus nullam allegauit cãm grauaminis in dicta petitio. cognitionis:ergo petitio cognitionis de iure non tenet, vt in c. cordi.ext. de app.li.6.& ꝓbatur in l.ait ꝓtor.§.permittitur.ff. de min.& plene cum non fuerit expressa cã grauaminis , q̃ vt s̃ fuit exprimenda,etiam signanter, & clare,vt no. Io. Andr. in c. appellanti. extra de appella.in cle.non generaliter,vel obscure,vt no. & legitur per Io. And.in ca.significantib. extra de nou. ope. nun.in nouella.& in d.cle.appellãti.& maxime qa iniquitas debet detegi ex allegatio.& probatio. primò ergo videamus, vtrũ D.Isoldina potuisset renunciare liti , & instantiæ inuito aduersario, nec ne.nam si non fuit in potestate sua renunciare,illa cõditio, quæ inest promissioni iudicatum solui,valet,si fuerit iudicatum. quantum ad validationem prioris hypothecæ haberet tractum retro , & veniret ad confirmationem prioris illius hypothecæ , quanquam sub conditione contractæ, vt ff. qui potio.in pigno.ha.l.qui balneum.& l.potior.§.videamus,vt ff.quę res pigno. obligari possunt. l. Titius. tempus enim contractus debet inspici in prælatione creditoris in his,quę habent necessariam consequentiam à prælatione, vt probatur per prædictas leges,& per l.2. ff.qui pot.in pigno.hab, talis enim traditur doctrina , quod in his, quæ sola conuentione præsumuntur consuma. ita quod non dependent amplius à potestate creditoris, nec debitoris , debitor creditori obesse non potest. nimirum iam ius est quæsitum , licet sub conditione , in his, quæ dependẽt ex futuro facto debitoris,vel ex mixto debitoris,& creditoris, tunc vero debitor interim contrahens potest alium creditorem anteferre creditori , qui prius conuenerat de hypotheca futura, vt d. l. potior.in principio. Si igitur ita est, quod non esset in potestate dominæ Isoldinæ renunciare liti , & inuito,& aduersario, & iudice,iam conditio non erat potestatiua, & ideo indubitãter præferretur Thomęnus cõditionalis secundo puro. Modò allegamus breuiter aliquid pro , & aliquid contra.
2 † nam quod sit in potestate actoris renunciare, & desistere inuito reo,videtur probari per l.C. de appella. l.si quis libellus.& ff. de iud. l.destitisse.& C. de præscrip. long. temp. & quod not. ff. de iud.sol. l. cum lite mortua. In contrarium videtur,nam ista renunciatio litis dicitur esse pactum,& parit pacti exceptionẽ, vt C. de pact.l. postquam liti. ergo requiritur consensus vtriusque partis,vt ff.de pact.l.1.§.cõuentionis. Item hic ꝓponitur,ꝙ eramus circa,vel prope conclusionem causæ, vnde serotina est ista renunciatio.ff. de euic. l.si rem,quam.§. quolibet tempore. & facit quod no.C. de eden. l. edita actio. & C. quom. & quan. iudex. auth. qui semel. & certe hic videtur probari per satisdationem , quam prætat actor de perseuerando vsque ad finem litis,vt C. de litis contest. auth. offertur. & in corpore vnde sumitur. Præterea & si teneret renunciatio,non tamen ipso iure est finita instãtia, immo adhuc potest fieri sententia, & valet:& sic est in iudicis potestate. & hoc videtur expressum : nam dicit lex,ꝙ si pedicis aliquem pronunciari seruum,& factis probationibus hinc , & inde , ego renuncio liti, quod reus potest petere, ꝙ procedatur ad diffinitiuam : quia expedit potius probationũ patrocinio defendi,quam per desistentiam actoris. iste est casus notabilis. C. de inge. & manum. l. si te. Item non cogitur quis opem sumere ab aduersario,si consistit de iure suo , vt ff. de iureiu. l. eum qui.3.respons. simile videmus in criminali,vbi actor desistens non potest desistere inuito iudice , & aduersario , sed oportet, quod mereatur abolitionem, vt l.1.§. accusationem. ff. ad Turpil. Ex quibus & aliis, quæ dici, & allegari possunt, etiam inuito renunciante potest iudex ad diffinitiuam proce-
dere,& eum in expensis condemnare.& si bene consideramus, est casus in l.properandum.§.& si quidem. nam licet actor contrahat hereditem odium,quod idem est, quod desertio causæ, & tacita renunciatio : quia dicit se velle venire ad causam, vt not. glo.ordinaria in d.l. postquam liti.tamen nulli dubium est:quia reus diffinitiue tenetur ad soluendum , & actor condemnatus est.tex.est in d.§.& si quidẽ.& ad hoc facit , quod legitur , & no. ff.de rei ven. l. vtique.& ff. iudi.solu. l.si seruus.& in actore non præsumitur iusta causa litigandi , nisi ex actis colligatur, quia actor debet libellare nõ solum quod dedit , sed quod possit pro-
3 bare,vt de eden.l.ar.§.cum autem. Super alio puncto, †vtrum ille, qui petit cognitorem à grauamine , teneatur exprimere causas , quare petit. & dico , quod tenetur exprimere in suo libello , si super hoc offertur libellus. Sed si simplici verbo procederet, qualis qualis petitio sufficeret de causis liquidari in ꝓcessu: licet tutius esset etiam verbo exprimere causam, vt in l.1. C.de præd. cu.lib.10.ibi dum dicit, causas quibus strangulatur, nominatim exponat. & ad hoc faciunt alia iura magis nota,quę loquuntur de expressione causæ , vbi intentatur grauamen , vt ff. de mino.l.ait prætor. §. permitti : nam non debet petitio incolorata recipi , vt l. minor autem magistratus, eod. tit. & hoc pertinet ad officium magistratus,etiam nemine petente, vt l. 1. ff. de off.assess. Certe cum ista petitio sit quidam recursus,naturam sortitur appellationis: non tamen dico , quod plus in hoc requiratur,quàm requirat statutum, vt ff. de exercitoria. l. 1. §. is,qui nauem. & ff.de acquir. hær. l.si seruum. §. non dixit prætor. Ego Baldus.

CONSILIVM CXLVII.

1 *Ejectus de possessione prætextu sententiæ nulla, vel quæ postea rescinditur, est ad possessionem restituendus.*

Spoliatus †virtute sententiæ prætensæ , si sententia est nulla,vel rescissa , debet poni in possessione, nec est quærendum de titulo , vel probandum de iustitia possessoris 2 q.1.c. notum. de rest. spo. c. cõquerente. C. si per vim vel alio modo.l. fin. C.vnde de vi.l. meminerint. & not.eo. tit.l.si quis in tantam.ff. si mulier ventris nomine in possessionẽ mitta.l.1.§. necessaria.& l.1 §.1. titu.sequ. nam renocandum est, quod perperam actum est.C.de iur.fi.l. prohibitum.ff.de testamentaria tutela. l. iure nostro. idcirco ordo iudiciorum est solennitas, q̃ est in medio constituta,vt nemo sine ordine , & ratione iuris possessionem alterius valeat occupare.ff. de iudæi. l. nullus. C.fini. reg.l.si constiterit.ad hoc facit, quod le.& not. 2. q.1.c.in primis.2.q.6. c.appellatore.7.q.1.c. præsertim.ff.ne vis fiat ei.l.1.§. hęc verba. Quia igit ꝑ duas sentẽtias fuit primũ laudũ annullatum,seu irritum declaratũ , omnis possessio obtenta prętexru dicti laudi est in irritum reuocata, & debet reddi reo, contra quem fuit facta executio prædicta : contrario enim imperio reuocanda sunt, quæ perperam , & nulliter acta sunt. l. q. iussit. cum similib. facit, quod no. ff. de acqu. pos. l. iuste. cum sua materia. Ego Baldus.

CONSILIVM CXLVIII.

1 *Oblatio facta per debitorem ad domum creditoris,an, & quando valeat.*

Si creditor tenebatur reuera ad faciendam refutationem,vel quietationem , vt dña dicebat, tunc creditor fuit in mora recipiendi , & imputet sibi creditor. Si autem non tenebatur , nisi de obligatis facere refutationem, vel quietationẽ, tunc male obtulit debitrix , & imputet sibi, de hoc no.ff.de transi. l.cum Aqui. per Bart. super oblatione facta ad domum dicendum est, † ꝙ aut creditor latitabat, ne sibi offerrentur: quia erat forte in domo , & sui copiam non faciebat , & tunc mulier non incidit in pœnam , cum iuerit ad domum creditoris,de const.pec.l. Item illa. aut non erat creditor in culpa , & mulier non expectauit eum , sed à dictis verbis recessit, & tunc incidit mulier in pœnam : quia non obtulit legitime nec etiam intimauit depositum. ff.de sol. l. si soluturus. C. de vsuris. l. acceptam. de hæt.inst.l. suus. §. puto. & C. de lib. agno.l.1.§. denunciare.& ff.de excus.tu.l.scire oportet.§. oportet autem.& facit, quod not.Bart.de nou.oper.nun.l.prætor.§. si quis paratus. Ego Baldus.

CONSILIVM CXLIX.

1 *Executio sententiæ latæ inter duos an possit ferri contra tertium possessorem non citatum.*
2 *Possessor per sententiam possessionem non perdit, nisi, &c.*

Proponitur, ℘ quædam tutela fuit administrata ℘ quendam Gasparonem, siue quędam cura in bonis Bartholomeæ, & ℘ quidam Thomas ab hæredib. dicti tutoris, seu curatoris emit quendam fundum de bonis, vt asseritur, d. Bartholo. & ℘ postea fuit actum contra dictos hæredes, vt redderent rationem administrationis, & reliqua. & ℘ dictus fundus positus erat in inuentario dicti tut. seu curatoris. vnde lata fuit sententia, ℘ redderetur administrationis ratio, & per consequens d. fundus. Item proponitur, ℘ dictus emptor sciuit dictam causam agi: quia fuit testis in dicta causa: & quia interfuit tempore latæ sententiæ supradictæ. Item proponitur ℘ lata dicta sententia d. Thoma, non citato, fuit actor missus in possessionem dicti fundi per d. Thomam possessi, quæ quidem
1 missio fuit facta in causa iudicati virtute dictæ sententiæ. † Modo quæritur, vtrum dicta executio fieri potuerit dicto Thoma non citato. Et quod potuerit fieri sic probatur. dicta sententia præiudicat domino Thomæ: quia lata super proprietate dicti fundi contra eius tutores conuentos ipso Thoma sciente, & non contradicente. vnde merito præiudicat d. Thomæ: quia cum sciret de iure suo in iudicio disputari cum eo, à quo habet causam, & debuit in iudicio interesse. vnde propter scientiam, & ꝓhibendi, vel saltem interessendi facultatē, ac etiam negligētiā, quam cōmisit, & dicta sententia sibi præiudicat, vt ff. de reg. iuris. l. sæpe. §. sed & scientibus. & in c. quamuis. extra eodem, & ibi per Innocentium. Et aperte videtur dicere Innoc. in c. proposuit. de consess. præbend. Et licet dictum iudicium fuerit personale: tamen ex quo fuit in eo disputatum de dominio pupilli, vel adulti, & super eo pronunciatum tanquam super reliquiis reddendis, ita præiudicat, sicut si iudicium esset reale. nam mixtam causam habeus, cum in eo veniant reales præstationes, ad hoc facit, quod notat Bartolus in dicta l. sæpe. dum remittit ad notata per eum in l. si finita. §. si de vectigalibus. de damn. infect. ad hoc etiam facit, quod not. ff. de iure. l. venditor. & C. vbi de crimine agi oportet. authentic. qua in prouincia. Item dicit Inn. ℘ qñ executio fit in re ipsa, de qua sentētia loquit, non est necessaria alia citatio, vt ipse no. extra de app. c. ex ratione. ad quod facit. ff. de rei ven. l. qui restituere. & l. 15, cui. §. qui in possessione. ff. vt in possessorio. In contrariū vī ipsa veritas ttib. rationib. Prima ratio est: ga iste Thomas nō habuit cām à tutore, vel curatore: sed ab hērdib. nā alius est cōtractus defuncti, alius est cōtractꝰ hērdis, vt ff. de pig. ac. l. rē alienā. & iō factū defuncti non ꝓiudicat ementib. ab hærede, qui non vendidit vt hæres, sed tanquam rem propriam, arg. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. an vitium. §. ex facto. hæc ratio non placet. Et ideo assigno secundam rationem, videlicet quia in iudicio tutelæ, vel curæ non tractatur de dominio principaliter, sed incidēter. nec. n. oportet probare, ℘ res fuerit pupilli, vel adulti: sed sufficit, ℘ probetur per inuentariū, ℘ fuerit in bonis eius. nec super dñio ꝓnuntiatur expresse, vel tacite. & ideo talis sententia non ꝓiudicat super dñio ipsi emptori, nec sententia lata ex præsumptionib. nocere debet tertio possessori, contra quem plene est ꝓbatum de dñio, ar. C. de prob. l. cum res. Ité actio ꝓ socio, tutelæ vel curæ, nō sequit̄ fundū, vt ff. ad Treb. l. 1. §. si hæres. & ideo eius virtute non fit executio cōtra singulārē possessorē, vt C. de ac. & ob. l. eum. Item est considerandū, vtrum dictus emptor sciuerit quæri de dominio, nec ne. nā indubitatū est, ℘ si nesciuit, q̄ri de dñio illius singularis rei, quam possidet, ei nō ꝓiudicat, vt in d. l. sæpe. Item est considerandum, nunq̄ tali tempore sciuerit, quo potuerit commode suis iuribus vti: vt ff. de euict. l. si rem. §. qualibet. Solutio, quia non debet fieri executio contra tertium possessorem nō citatū, vbi si fuisset citatus, potuisset habere iustam causam contradicendi, puto dictam missionem de iure non valuisse. ad hoc induco, quod no. per Cyn. C. de iur. & fact. igno. l. 1. per Bar. post l. 1. §. necessari. si mulier ventris nomine, & l. 1. C. de pig. per eundem per gl. ff. quib. ex cau. ma. l. cum miles. §. 1. per tex. C. si propter publicas pensitationes. l. si deserta. per Inno. de ma. & obe. c. inter quatuor. & per alium text. in c. licet episcopus. de præb. li. 6. Item per testes notissimos. C. vñ vi. l. memineriut. & no. eo. tit. l. si quis in tantam. & C. si per vim, vel alio modo. l. fin. absonum enim est, ℘ contra eum, qui nunquam fuit citatus, & qui nunquam fuit in iudicio tanquam litigator, & de eius scientia non constat facta fide, quæ debet fieri eo citato, sententia mandetur executioni, & postea ei de facto auferatur. 2. quæstione 1. cap. in primis. & C. de iur. fisc. l. prohibitum. lib. 10. & C. de bo. vac. l. fin. eod. lib. quod igitur inciuiliter factum est, contrario imperio reuocari necesse est: quia spoliatus non seruato iuris ordine ante omnia restituendus est, vt extra, de purgatione vul. c. significantibus. & ff. de administ. rerum ad ciuitates pertinentium. l. 3. §. gtani. & facit extra de
2 regulis iuris. cap. suborta. & ff. de rei vendica. l. officium. †Illud est certum, quod per sententiam non perdit possessor possessionem, nisi per iudicem, si rite concessit missionem, vt legi. & not. ff. qui satisf. cog. l. sciendum. §. fundum. Item est reuocandū, vt no. ff. de feriis. l. 1. §. 1. & ff. de euict. l. minor. in prin. Ego Bal.

CONSILIVM CL.

1 *Testes qui deponunt de numeratione pecuniæ, licet varient in tempore, vel causa promissionis de reddendo, an probent numerationem.*

Quidam Gasparonus agit contra quendam Persualpam ex mutuo ad libras centum, & probat numerationem per duos testes: tamen dicti testes interrogati, an interuenerit aliqua promissio super restitutione dictę quantitatis: variant: quia vnus dicit, ℘ fuit promissio de reddendo, postquam quidam tertius venerit de prouincia, alius vero testis dixit, ℘ fuit facta, promissio de restitutione in breui, & ℘ ipse sperabat restituere, antequam dictus tertius rediret de prouincia.
1 † Modò quæritur, vtrum dicti testes probent numerationem, an vero propter dictam differentiam & diuersitatem reddantur singulares, vel suspecti, ita ℘ non probent. sicut nos dicimus in Susanna, vt no. C. de testib. l. testium. Super hoc breuiter dico, ℘ iudex habet cōsiderare, quāta fides sit testibus adhibēda, vt ff. de testi. l. 3. §. tu magis. & hoc no. circa qualitatem testiū. sed circa qualitatem depositionis dico, ℘ dicti testes non debent dici singulares: quia concordant in vno rei fine, qui ex numeratione nascitur, ar. C. de pœnis. l. qui sententiā. duo nam q; sunt: sed ipsa numerario probatur per ambos. & hoc sufficit ad agendum: quia efficax. Item est stipulatio: & hæc non est probata per aliquālē differentiā diei, seu casus ipsius restitutionis ex ꝓmissione, ergo non posset agi tanquam ex inutili, tanquam non probata. sequitur ergo, quod ex numeratione agi posset: quia per inutile, vtile non vitiatur, vt ff. si cer. pet. l. certi condictio. §. quoniam. & quia deponunt de eadem, & vnica numeratione, non potest dici, ℘ circa numerationem dicuntur singulares, facit quod no. Iac. Bu. l. 2. C. de errorib. aduoca. & Bar. in l. 1. in fi. ff. quemadm. test. aperian. & alij doct. in d. l. testium. Non obst. quod no. ibi de Susanna, quia ibi resultat cōtrarietas. nam vnum delictum non potest fieri simul in diuersis locis: quia impossibile est vnum corpus simul in diuersis locis esse, vt ff. commo. l. si certo. §. si duob. vehiculum. Si vero dicti testes non deponerent de numeratione, sed solum de promissione, nihil ꝓbarent. & facit, quod no. in l. cum quid. ff. si cer. pe. & ex his apparet, ℘ non est probandum ipsum tertium, qui vocatur Ioannes Martinus, esse reuersum de prouincia: quia non est probatum, ℘ ista dilatio fuit apposita, vnde agitur ex numeratione
2 pura, vt ff. si cer. pet. l. omnis. † Item certum est, ℘ testis ꝓbatus aliàs non posset nunc reprobari de nouo, nisi superuenisset causa de nouo, vt C. de testib. l. si quis testib. Ego Baldus.

CONSILIVM CLI.

1 *Assertio facta per agentem in extremis, quod habet quædam bona depositæ penes Titium quæ vult dari pauperibus, an probet depositum.*
2 *Quid si Titius confiteatur depositum, an poterit à pauperibus conueniri.*
3 *Pauperes an possint agere sine cessione.*

Casus. quædam domina de Ast. agens in extremis dixit se deposuisse certa bona penes quēdam Thomā, quæ mandauit dari pauperib. iste Thomas diffiretur. Quæritur,
1 vtrum † assertio dominæ præiudicet d. Thomæ. Respondeo, non, vt C. de proba. l. rationes. & no. in l. inter chartulas. C. de conuenien. fisci debitoribus, lib. 10. ex hoc sequit, ℘ si hic probaretur per duos testes, vel plures, non tamen dictis verbis, credderetur, vt ff. de test. l. verba. Secundo quæritur, † probatur, ℘
2 d. Tho. ꝓmisit dictas res reddere, & restituere ad voluntatē dictæ dominę, vtrum possit à pauperibus conueniri. Respondeo, sic, quia testator in testamento suo, potest grauare debitorem suum, vt id, quod ei debet, alteri præstet, vt ff. de leg. 1. l. si pecunia fuerit deposita. † vbi dicitur, quod debitor potest onere fi-
3 deicommissi grauari, si acceptat tacitum legatum liberationis: aliàs tenet hæres legatario ad dicendū actiones cōtra debitorē.

Et quia

Et quia hic sumus in legato relicto pauperibus haberet vtilem actionem sine cessione, vt C. de sac. san. ec. l. fi. In alijs autem legatarijs, vtrum requiratur cessio, plene, no. C. de leg. l. ex nominis. & facit ff. de leg. 1. l. quidam testator. in prin. Concludo igit, ℘ nomine pauperum, si est probatum debitum, potest debitor conueniri absq; alia cessione. ad hoc facit. C. quæ res pig. obli. po. l. nomen, coniuncta. l. 1. C. comm. de leg.

CONSILIVM CLII.

1 *Rationem reddere qui tenetur, qualiter debeat eam reddere, & quæ scripturæ sint producendæ, & si non producantur, an iuretur in litem.*
2 *Procurator vnius ex agentibus illo mortuo, an possit esse testis in causa principali.*

1 Ad euidentiam † præmittendum est, ℘ socius socio de gest. & administ. p eū tenetur reddere rōnē: vt ff. d eden. le. quædam sunt personæ, in prin. Reddere aūt rōnem est non solū libros rōnum edere, sed reliqua in mediū proferre. hoc dixit tex. ff. de ver. sig. l. boues. §. fi. ff. de cond. & dem. l. q sub condōne reddendarū rōnū. & le. cū ferus. ff. de manum. testa. l. si ita fuerit. §. si verum. & le. qui filiū impuberem. §. item quæsitum. ff. de tutel. & rōnib. distrahendis. lege 1. §. officio. ff. de fideicom. lib. leg. Thais. §. sorore. & §. Stichus, & Damas. & §. Titius Sticho. & l. si pr̄ duos. §. Sticho. & ff. de statuli. l. si statuli. ponit. §. vl. & l. ferus si hær. §. Imperator. & l. Sticho libertas. §. ferus testō. & ff. de cond. & dem. le. si cui libertas. & ff. de lib. leg. l. non solum. §. is, qui rōnes. & le. fi. §. inter cætera. Oēs. n. prædictæ leges dūt, quid noīe rōnē reddendarū contineatur & certe ēt scrupulosa inquisitio continetur, nisi remissa sit, vt ff. de leg. 1. l. si ferus. Ponderandū aūt est, q̄. & quales scripturæ proferendæ sint, & qualiter rō reddi debeat, & an si non producantur scripturæ, possit in litem iurari. Et circa primum ponderādi sunt tex. dictarum legum: nā in l. cū ferus. dr, ℘ proferendæ sunt rōnes, qūo proferri solent, i. offerendæ, legēdæ, explorandę, cōputandæ, an pr̄obe, vel improbe referantur, recte, vel non recte, accepta, vel data. Sed in l. qui sub condōne. dr, ℘ qui tenetur reddere rōnes, dicere debet, constare fidē de oīb. quæ ab eo gesta sunt, vt l. si cui libertas, dr arbitrū à consulib. dandum qui instra videat, rōnesq; calculet, & approbet, vel damnet. Porro in d. l. si ita fuerit. dicit, volumina rōnū reddant. Sed in l. qui filiū. dr, ex bono, & æquo rōnem reddat, quam bonus paterfamilias reciperet. & in l. si pure. dicit tex. de singulis instruere. sed in §. Stichus, & Damas. dicit contineri omne quoquo gñre actuum fidem reciperet: sed in l. si statu libera ponit. §. fi. dicit volumina rōnum tradenda ad percunctandas, examinandas, & sciendas rationes. & breuiter oīs reddītio rōnum in se bonam fidem hr̄e debet: nec non solertiam, & diligentiam, q̄ natura actus desiderat, in quo ēt inspicitur consuetudo tā gñalis, q̄ ēt specialis. Verbi gratia; si fœnerator, puta; dicit se non cōfeciss̄e codicem rōnum: sed ostendit quasdā chartulas, siue folia cia, non est ei credendum, quia tacite vī ei mandatum, ℘ conficiat codices, & ℘ ita se habet consuetudo, vt no, per Iac. Bu. l. 1. C. de eden. facit c. i. de vsu. in cl. & arg. ff. de pig. ac. l. vel vniuersorum. vnde occultare præsumitur codices rōnum, qui eos non edit. quapp in actionib. bonæfidei, sicut est actio pro socio, & similes, iuratur in litē, arg. ff. de adm. tu. l, tutor, q̄ repertoriū. & hæc sunt verba Iac. de Are. in l. 1. officio. de tutel. & rōnibus distra. super verbo, cedere. vbi sic ait. pro hoc supra ff. de adm. tu. l. Lucius. §. tutelæ. sic & à quolibet administratore ipse liber debet edi, vt infra. ff. de lib. leg. l. fi. §. inter cætera. & ff. de manum. testa. l. si ita fuerit. alias si non facit, tenebitur ad interesse declarandū per iurm in litem, vt supra. ff. de adm. tu. l. tutor, q̄ repertoriū. Iac. de Are. Ex his igitur apparet concludendū super pūctis p̄missis, ℘ editio facta in dictis foliaciis, & non in codicibus rōnum, vt fieri assolet, & debet, dolum præsumptum edentis ostendit. Ideoq; si codices rōnum non edit, vt confici solent, & debent iuretur in litem, vt ex p̄dictis manifeste apparet. De calculatis autem, & liquidis partes iudicis sunt, vt cogat debitorē, ad soluendum, vt ff. de statul. l. statulib. §. rōnem. & ita debet vir bonus arbitrari, cui cōmittitur ista discussio: nec perfunctorijs scripturis, sed in codicib. solenniter. & more consueto confec. est dāda fides, vt supra plenissime probatū est. & facit. C. de dona, l. si quis pro redemptione. Est verū, ℘ de quibusdā minutis, & leuib. iuxta qualitatē personæ posset credi sacramēto edētis, sed non de grauib. ponderosis, vt no. ℘ gl. doc. C. de iu. del. l. fi. §. in cōputatione. & extra de accusa. c. qualiter, & quando. est expressum in d. l. qui sub condi. reddendarum. Illud notissimū est, ℘ rō debet edi à capite, & cum dieb. & consulib. vt ff. de eden. l. argētarius. §. edi. & l. si quis ex argētarijs. §. rōnum. & l. 1. §. rōnes. & l. prætor. in prin. Et quia cōsueuerūt in talib. codicib. rōnum apponi calēdæ. i. singulorum mensium initia, idco dicti codices quandoq; vocantur calendariū, vt ff. si cer. pe. l. eius qui in prouincia. in prin. Porro protestationes factæ in contrarium pro parte illorum de Falletis nihil operantur: quia factum exigitur, nec sufficit protestatio, vt no. Bar. in le. prætor. §. si quis paratus. ff. de no. ope. nun. Non igitur sufficit protestari, nisi omnes libri totius gestionis proferantur in medium, ita ℘ veritas sine vllā calumina possit apparere, vt supra latissime probatum est. Itaq; & ex fide rō reddi debet, vt ff. mādati. l. creditor. §. Lucius. Super
2 eo vero, quod quæritur, † de eo, qui quōdam fuit procurator vnius ex agentibus, vtrum eo mortuo possit testificari in causa quondam communi, cum testificatio non respiciat causæ processum, sed factum principale, & cum testificatio nō concernat commodum proprium constituētis, cum ipse esset considerato effectu minister, & non commodum retinens. Dicendum est, ℘ sic, vt C. de test. l. dictantib. & inst. de testa. §. legatarijs. & ar. ff. d fal. l. impuberem. §. pe. in rōne literæ ibi, dum dicit, quoniā nullum ipsius commodum est, & quod no. ff. de iu. fisc. l. deferre. §. idem decreuerunt. accedat, quod legi. & notat. ff. fini. regundo. l. eos. & C. de arbi. l. ne in arbitris. §. ipse. deposito igitur, seu finito officio procuratoris non prohibetur testificari super cā principali. aeccdat, ℘ no. C. de testi. l. omnib. & ff. de test. leg. q testō. Ex his apparet, ℘ super liquidis fienda est exequntio pro anno supradicto: super non liquidis vero fienda est calculatio exhibitis codicib. administrationis totius temporis arbitrio boni viri: alias iuratur in litem, vt supra probaui. Illud est certum, quod executio liquida, i. illius anni non differtur propter pendentiā litis super non liquido, vt l. qui solidum. in prin. ff. de l. 2. Ego Bal.

CONSILIVM CLIII.

1 *Ad præscribendum, titulus probare de non sufficit, sed est necessaria traditio, vel quasi.*

1 Intentionem † agentis fundatam præsuppono, nisi præscriptio eorum absorbeat probationē, & præscriptionē agentium. vnde secundū ea, quæ proponuntur, Nicolinus habuit titulum ab aliquo. s. episcopo. sed possessionē à nullo: quia auctor, & Vbezinus nō possidet, & sic deficit vnū de substantialib. ꝓscriptionis, s. traditio, vel quasi ff. de vsuc. l. cū solus. Ité filij Nicolini non ꝓscribūt titulo pro hę rede. C. de vsu. pro hærede. l. nihil. Item no. ℘ Georgius vendidit Bartho. tanq̄ rē pupillorum, & sic mala fide, quia contra legum interdict. vt insti. de suc. §. error autem. Item iste tutor eandem rem recepit in augmentum dotis ab emptore. in isto contractu ꝓsumitur dolus, & mala fides. ff. de auth. tuto. l. sed si pupillus. §. per interpositam. & ideo cessat præscriptio tam viri, q̄ vxoris p virum. Item resignatio facta vxori, non dat ei alium titulum, q̄ prius haberet in re: sed est sola restitutio, siue resignatio. Ex quibus concluditur pro parte rei, præscriptionem secundū ea, quę proponuntur, non esse probatam. vnde actores, qui melius ꝓbant, vincere debent ea, quæ in facti causa proponuntur. Si aūt possessio reorum habuisset istam causam, nouissima ꝓscriptio veterē absorberet. de petitione non est dubiū, ℘ procedit. Bal.

CONSILIVM CLIIII.

1 *Citatio absentis facta hoc modo si quis vult talem defendere &c. an valeat & videqualiter debet citari absens, & qualiter per præconem. nu. 2*
3 *Sententia est nulla, vbi legitima non fuit citatio.*

1 Citatio † prædicta facta per hæc verba, si q̄s est q velit defendere &c. peccat: quia nō includit ipsum, qui principaliter dēt citari à quo dēt incipere forma citationis, si non est aliquis absentis ꝓ. vt pater in Auth. de litigio. §. oēm. ibi, aut ℘ se, aut per legitimū ꝓcurato. Ista. n. est forma, q̄s citat absens, siue citet ad domū, siue per edicta, seu per præconiū, vt ibi patet. Hoc tñ sciendū est, ℘ non sufficit aliquem citare p p̄conē, nisi præconizetur in vico suo, vt no. ff. de dā. inf. l. si finita. §. Iul. in mag. gl. in prin. ibi, dum dicit, vel vico suo præconizari.
2 † vnde si citandus est absens, qui non est de illa terra, vbi iudiciū agitur, non sufficit citatio facta per præconem: quia non peruenit in notitiam çitati verā, vel præsumptam. ff. ad Silla. l. 1 §. occi

forum. C. eo. l. fi. C. de decre. ab. or. faci. l. vl. ff. de postu. l. 1. §. propter casum. de iudi. c. 1. §. porro. in cle. de electio. causam. eadem cõpil. Ista. n. citatio non habuit in se substãtialem formam: quia incipere debet ab absente, cuius est causa, vel à personis habentibus mandatũ, non ab amicis omisso principali. le. hæc aũt. §. q. ex cau. in pos. eatur. Item absens de territorio, qui est de aliena prouincia, non debet vocari per præconẽ: sed debet in eius notitiam perduci, si potest. C. de fo. cõp. l. Romana. §. contrahẽ. C. de epi. & cl. l. omnes. §. nihilominus. C. de of. præf. vrb. le. q. promulgatum. quia captiosam citationẽ lex non approbat. ff. q. vi, aut clam. l. prohibere. §. clam facere. & l. aut qui aliter. §. si quis. & licet cõfiteat, q citatio possit fieri voce præconia publice, C. de fer. l. fin. & in auth. q semel. & no. per Cyn. C. de accu. le. 4. tñ hoc verũ est, si alia rõ non infringit hunc modũ citandi. Cõcludendum est igitur, q aut citatus est quis per præconem in loco sui domicilij, vel in quo tenebatur moram facere, vel sisti promiserat, aut alibi. Aut non est ipse citatus: & tunc nõ est dubiũ, C. quomodo. & quan. iudex. l. ea, q. & dicit glo. in dict. l. 4. C. de accusa. † q si citatio non est legitima, sententia est ipso iure nul
3 la. Porro in casu nostro, nedũ non est legitima: sed non est facta de principali absente, nec de aliquo eius proc. vnde secundum ea, quæ proponũtur, sententia est nulla. de alio vero puncto, s. de ordine dico, q ordo colligitur secundũ legẽ in trib. ff. de iud. ordo etiã scripturæ, si consonat rationi, significat ordinẽ actuũ: alias ſtetur scripturæ. ff. vsuf. l. quot. & in c. duob. de rescriptis. li. 6. & ff. de fideic. liber. l. generaliter, §. quid ergo. Ego Bal.

CONSILIVM CLV.

1 *Dolus an, & quando in maleficijs præsumatur importante, vel expendente, vel habente falsam monetam.*

Reperitur in volumine statutorum communis sub rubrica de falsis monetis, c. 45. statutum tenoris infrascripti. Item si quis expenderit, vel expendi fecerit scienter, vel dolose falsam monetam, puniatur in li. 100. Imperialium. Saluo, q si reperiatur aliquem expendisse scienter, & dolose monetam falsam in vna vice, vel plurib. 10. lib. imperialium, vel aliam monetam valentem lib. 10. alias ab inde supra comburatur, portantes vero falsam monetam ad ciuitatem Nouariæ debeant pœnis similibus subiacere.

Illud statutum in qualibet sua particula requirit dolũ, dolus autem non est probatus. sed videamus, an dolus sit præsumptus ex qualitate facti. & vr, q sic: quia in maleficijs psumitur dolus. C. de iniur. l. si non conuitij. In contrarium vr: quia quędã sunt, quæ non vergunt in alterius detrimentũ, & in his non præsumitur dolus, vnde licet quis habeat instrũm falsum in scrinio, q tñ ipse non fabricauit, nec eo vtitur, non punitur. C. de fal. l. si falsos. Quædam sunt, quæ vergunt in alterius detrimentũ, & sunt prohibita, & in istis præsumitur dolus, nisi contrarium probet. eo. ti. l. nec ex vi. per Cy. & C. de sica. l. 1. Casus autem noster est dubius: quia licet non noceat alteri, tamen nocere poterat. Sed si expendisset, inspiciturid, q nocere posset, licet non noceat alteri. ff. de sta. lib. l. Labeo. Solu. aut reb. sic se habẽtib. nemini nocere poterant, & non præsumitur nocendi animus. vnde hic, qa nemo potest nocere alicui, nisi sequat̃ aliud factũ hominis, non videtur dolus præsumendus, nisi ex qualitate personæ vel consuetudine talia faciendi, vt no. in l. pe. C. de proba. nã psumit in eadem malitia perseuerare. Item ex qualitate psumam dolosum propositum: vt si portaret magnã quantitatẽ flore. talis n. præsumitur animus istius, qualis esset animus aliorum similia facientium, & ad istum finem. Ista omnia pertinent ad arbitrium iudicantis. qui habet considerare etiam, an sit bonæ famæ, vel non, vt l. non omnes. §. à Barbaris. ff. de re mil. tñ quia quantitas est modica, etiam si fuerit cogitatio ludendi, poterat ludi pro quanto volebat æs contaminatum. ff. de pig. actio. le. eleganter. §. qui reprobos. & quia fuisset cogitatio, suffragio iustæ pœnitẽtiæ vr absoluendus. ff. de fal. l. qui falsam. Ista lex parum facit, nã in casu nostro delictum consumatũ erat, portando ad locum prohibitum. & in hoc saltem fuit in dolo, s. in dolo portationis: cum sciret falsum esse, vnde videtur condemnandus saluo beneficio confessionis ex forma alterius statuti.

CONSILIVM CLVI.

1 *Societas noua, aut vetus quando continuata dicatur.*
2 *Societate finita quæ gesta sunt, an pertineãt ad actionẽ pro soc. Sel neg. gest.*
3 *Socius an possit in parte approbare libros, & in parte reprobare.*

Cum †duæ sunt societates distinctæ, & disiunctæ tpib. & maxime qñ in secunda societate est adiunctus nouus socius, duæ sunt actiones pro socio, vna p prima societate, & rõne pro eis reddenda ab eo, qui societatẽ administrauit. Alia p secũda, & sic deiceps quotiescũq; prima societate finita inchoaretur noua societas. multum n. refert, vtrum in eadẽ societate duret. an noua inchoet, vt ff. pro so. l. si q. s. filius. & ff. de precario, le. sed si manente. † vbi est notandum, q ea, quæ veniunt ad
2 consumationem inchoatorum, non faciunt nouã societatem, nec rem nouam: sed ea, quæ pertinent ad nouum negocium, be ne faciunt rem nouam, vt ff. de ne. ge. l. nam & seruus. §. si vino. & ff. de adm. tu. l. Titiũ. & Mæuiũ. §. altero. Ex hoc apparet vtrũ ea, q̃ finita societate gesta sunt, pertineant ad actionem p socio an ad actionem negociorum gestorum: quia si oĩno noua sunt, pertinent ad actionem negociorum gestorum, mortuo socio: & non ad actionem pro socio. Modo venio ad id, quod quæritur,
3 † vtrum sit stãdũ scripturis librorũ in totũ, si socius ap. pbat partẽ: an vero possit scripturas librorũ pro parte acceptare, & pro parte non. Et vr, q in totum debeat acceptare, vt ff. de adm. tu. l. cum quæritur. In contrariũ vr, q possit acceptare acceptanda, & repudiare nõ acceptanda, vt ff. de posi. l. Publia. §. fi. & ff. de li. le. l. Aurelius. §. idẽ queſsit. Dicunt doc. q circa idem capitulum, vel cõnexũ oporet, q acceptet totũ, vel totũ repudiet. Sed fi ca pitula sunt omnino separata, & diuersa, põt vnum acceptare, & aliud repudiare: nisi iam acceptauerit, vel approbauerit totum codicem rationum: quia tũc tenetur stare ei, quod approbauit. ita no. Cy. C. de confes. l. vnica. in 13. q. & C. de don. ante nup. l. 2. & Bar. in d. §. idem quæsijt. Sed ego non recedo à tex. qa quãdo pro parte assentit scripturæ, pro parte nõ consentit in rationib. reddendis, iudex debet existimare, & considerare verisimile, vt d. l. Publia. §. fi. & debet subtiliter inquirere veritatem. argu. C. de senten. quæ pro eo, q interest. l. 1. Si autem non potest apparere indici per alias coniecturas, debet considerare qualitatem scribentis, vt ff. de edend. l. si quis ex argentarijs. §. 2. & si sit bonus vir, & bonæ famæ, & quantitas non sit nimis magna, stabit̃ sacramento suo, vt C. de don. le. si quis pro redemptione. & no. C. de iu. delib. l. fi. §. in compu. & extra de ac. ca. qualiter. & quãdo. & l. oẽs. §. à Barbaris. de re mi. In dubio aũt standũ est distinctioni doctorum pdictorũ. l. q aut est vnum capitulũ, aut plura inseparabilia: tunc potest pro parte approbari scriptura, & pro parte non, sed in diuersis habet locum separatio. Ex his concluditur, quid iuris sit in dubio. tamen si ille, cui debet reddi ratio, vult probare contrariũ eius, q scriptum est, debet admitti ad p bandum, vt §. idẽ quæsijt. Et ad prædicta facit. ff. de administra. tuto. l. Lucius. §. tutelæ. Item facit; quia quando diuersa sunt capitula, ibi non dicitur variare ille, qui vnum approbat, & aliud reprobat, vt ff. de mino. leg. in causæ. §. i. vnde ille, qui respondit positionibus, videmus, q potest vnam confiteri, & aliam negare. & facit ff. de leg. 2. l. qui solidum. in prin. Item videmus, quod potest quis appellare ab vna parte sniæ, & ab alia quiescere. vt C. de app. l. ampliorem, in prin. & extra de testam. c. Raynal. Item esset absurdum, q teneretur approbare scripturã, si esset falsa, vel dubia, vt C. de proba. l. rationes. Quapropter oĩa nec ad arbitrium iudicis referuntur, qui debet arbitrari in causa cognita vt dixi superius. Ego Baldus.

CONSILIVM CLVII.

1 *Si statutum punit conducentes bladum extra districtum ciuitatis, vel ad loca non supposita, Sel in aliqua fortilitia, an tale statutum sit intelligendum disiunctiue, Sr verba sonant, Sel copulatiue.*

Verba †statuti ita dicunt. Item q si aliquis conduxerit aliq̃ bladi q̃titatem extra districtum Papiæ, vel ad loca non suppositа, vel in aliqua fortilitia teneatur, &c. Quæritur de sensu istorum verborum, vtrum sit iste sensus, q in tribus casibus teneatur. s. si extra districtũ in distincte. item si ad loca non suppositа in distincte: item si ad fortilitia indistincte: an vero ad hoc, vt teneatur, requiratur, q extra districtum Papiæ ad locũ non suppositum iurisdictioni, vel in aliqua fortilitia, ita q̃ secus sit, si trahat extra districtum ad loca, in quibus similiter soluatur datium. Nam non est verisimile, q Magnificus voluerit grauare extrahentes duplici onere, ar. ff. de leg. 2. l. Titia. §. qui in vita, renor verborum est pro gabellarijs pp disiunctiuam, vel, vt ff. de cond. insti. l. si hæredi plures. & ff. de cond. & dem. le. si cum pupillus. §. disiunctiue. Sed si forte mens statuti est cõtraria, cogitate:

tate: quia vna pars habeat æquitatẽ, alia rigorem. ego. n. nescio, quid eligam: vnde consulendum puto dominum referendariũ, vt ff. de pac. l. veteribus. Ego Baldus.

CONSILIVM CLVIII.

1 *Dominus alicuius patriæ an possit sistare castrum, quod aliqui nobiles tenent in feudum ab episcopo, Sr videant si est bene munitum, & an sit oditum fonte quia dubitabant de guerra*
2 *Ciuitas an possit præsumere eius suo habenti castrum, Sr illud muniat, & custodiat.*
3 *Incastellare domos, Sel ecclesias, an, & quando liceat.*
4 *Si deo sint condemnati ad soluendum vna sententia, an intelligatur quilibet condemnatus pro dimidia, an vero insolidum.*
5 *Si aliqua villa est funditus destructa, & ciuitas in territorio eius erexit furcas, qua stererũt spacio 30. an si post ea reparatur illa villa, quid iuris.*

Proponitur, q quidam locus Montaldi est intra fines territorij Cherij: tamen præten dit esse antiquum feudum quorundam dominorũ dicti Castri tenentium ipsum feudũ à do. Epo Taurini: verũtamen dicti feu datarij dicti castri habent certa capitula, & pacta cum dicto cõi Cherij de faciendo pacẽ, & guerram, & de soluẽdo q̃dam taleã.
1 † Item domini dicti Castri sunt originarij dictæ terræ Cherij. modo officiales dictæ terræ Cherij timentes de certis gentibus armigeris, nuper, vt creditur, venturis, volunt visitare dictum Castrum Montaldi, & introspicere, & videre qualiter sit munitum, ad hoc vt non possit propter negligentiam de custodia dicti Castri ipsa tota patria recipere nocumentum. sed D. d. Castri non vult, quod introcant, nec visitent ex vi alicuius iuris visitandi: quia dicit, q cõe dicti Cherij nullã in hoc habet iurisdic. nisi quatenus pacta loquuntur. Modo quæritur, qd iuris. Ad euidentiam præmittendum est, q visitatio ius significat, & quãdoq; vocatur administratio, vt no. In. extra de cle. c. cum nobis olim. in fi. & facit ff. de off. pconsl. l. si in aliqua. & C. de cond. in publicis horreis. le. 1. lib. 10. vnde qui nullum habet ius administrandi, non habet ius visitãdi. Item qui dicit se in re aliena administrationẽ aliq̃ habere, debet id pbare: quia contrariũ à iure psumit. s. q oĩs res sit libera: nam debere recipere visitatorẽ est ipẽs subiectionis, & seruitutis. vnde qui eam allegat, pbet, vt l. loci corpus. §. cõpetit. si fer. vend. His præmissis, si q̃ratur de visitatione, q̃ iuris, & iurisdõnis est. Respondeo, standũ est formæ dictorũ pactorũ, nec vltra, licet extendere q̃ pacta loquantur, vt ff. de ver. obl. l. quicquid astringendæ. nec est licitũ in Castrum alterius introire domino contradicente: vt ff. de vsuf. leg. l. hæres in fundũ. & 1. dist. c. oẽs leg. ff. de iniu. l. lex. Cornelia. in pri. & plenissime no. per Inn. in c. 1. de immun. ec. tñ si periculum im
2 mineret, vt proponitur, cõsiderato, q † dominus dicti castri est ciuis dictæ terræ Cherij, põt ei mandari, q dictum Castrum muniat, & teneat ita munitum, q non possit pp negligẽtiam suã im
3 minuere periculum dictæ terræ Cherij, ar. ff. de via pub. l. ædil. † Quinimo dicunt doc. q in isto casu licitum est superiori incastellare turres, & fortilicia ecclesiarũ, in territorio cõitatis cõstituta, & cõstitutas: nõ dico extra territoriũ, vt extra de cõstit. c. vt animarũ. lib. 6. & hoc pp salutem publicã: q intelligo ꝓcedentẽ mora, vel negligentia possessoris. de hoc no. plene p Cyn. C. de sum. tri. l. nullus hæreticus. alias esset dicere, q possunt tenere Castrum ad æmulationẽ superioris, q est falsũ: vt C. de fu. limi. l. quicunq; Castrorum. lib. 11. maxime tamen cauẽdum est, ne confingatur occasio, per quam dicto domino possit auferri dicti Castri possessio: quia in isto negocio procedendũ est bona fide, cum sit maxime præiudiciale. Accedit ad prædicta: quia ciuis tenetur suam ciuitatem defendere: vt le. post liminium. §. filius. ff. de cap. & postli. reuer. & maxime cum rei publicæ pdest, & sibi non nocet: vt ff. de aqua plu. ar. l. 2. §. idẽ Varus. vnde munera ciuibus, & incolis imponuntur, vt ff. de mu & ho. l. referi-
4 pto. §. fi. & l. munera. per totam legẽ. ad hoc 23. q. 2. c. 2. vbi dr, q sit bellum iustũ, & ibi est summa militiæ laus. Secundo † quæritur, in quadam snia cõtinetur, q duæ cõitates teneantur soluere 12. aureos quolibet anno, cum olim solueretur pro quolibet dictorum locorum 20. & inseritur in verbis sententiæ hominis dictorum locorum & cuiuslibet eorum. Modo quæritur, vtrum dicta loca inter eos ambo debeant soluere 12. vel. 12. pro quolibet: Respondeo, quandoque indefinite duo condemnãtur ad certam quantitatem, & tunc quilibet tenetur pro parte, vt Cod. si plures vna sententia. leg. 1. nisi appareat de intentione, quod quilibet in solidum, quod satis hic colligi potest ex mẽte loquentis, referendo singula singulis. quandoque apponitur dictio quilibet, & tunc quilibet tenetur in solidum, vt nota in l.
5 si pluribus. de leg. 2. & ita est hic. † Tertio quæritur, nunquid si aliqua villa in totum est destructa per hostilitatem, & cõmune Cherij super dicta villa destructa erexit furcas, & tenuit per spacium 30. anno. & tunc dicta villa est reparata, & (vt ita dixerim) est renouata de destructa. an dicta villa possit, non obstante dicto lapsu temporis, vti iuribus suis, & dico quod sic; quia interim dum fuit destructa nõ fuit ibi populus, & ideo præscriptio non potuit inchoari. Reputo. n. quod iste casus sit similis populo, contra quem non currit præscriptio: vt Cod. de præscr. 30. ann. leg. sicut. §. non sexus. & si curreret, daretur restitutio in integ. vt ff. de seruit. rust. præ. leg. Attilicinius. tamen dubium est; quia ista bona videtur destructa, populo interim vacante: & ideo occupanti conceduntur, vt not. Iun. in simili extra de proba. c. in præsentia. Sed ipse idem dicit alibi, quod hæc est vacatio facti, & iuris: & sic populus, quamquam sit in fuga, nõ perdit iura sua: vt ipse no. extra de no. ope. nunc. c. cum ex iniuncto. & hæc est veritas. Ego Baldus.

CONSILIVM CLIX.

1 *Contractus facti per regem an obligent regem qui est succedit in regno non hæreditario sed per electionem.*
2 *Regna quædam sunt, quæ linea sanguinis deferuntur, quædam vero, quæ per electionem.*
3 *Imperator moritur, licet ipse dignitas non moriatur.*
4 *Rex non recognoscens superiorem in regno suo tenet principalissimum principatum, & an obligetur ex contractibus per eum factis.*
5 *Res sub regni nunquam moritur, & ideo non habet hæredem.*
6 *Filij an admittant feudum propter delictum patris.*
7 *Vasallus expugnans vempub. regni an amittat feudum.*
8 *Præceptum Principis, an, & quando sit seruandum.*
9 *Contemptor præceptis regis quæ pœna puniatur.*
10 *Tempus possessoris an accedat alteri possessori.*

Supereo, † quod quæritur, vtrum virtute contractus habiti inter D. Dionysium noĩe suo, & suorũ successorũ, & D. Manuelem Punzanũ suo ẽt noĩe, & noĩe suorum successorũ super officijs Almirantatus, & eius iurisdõne, & alijs emolumẽtis: ẽt cõferendo rõne dicti officij dicto Manuel. & successorib. concessi. obligetur illustris D. præsens Rex, qui iure hæreditario supradicto Regi, & hæreditas eius in regno isto non succedit, sed solũ ex populi electione est in Regẽ assumptus dictũ officium cũ suis emolumentis, & feudo dimittere, seu de necessitate successorib. d. Manuelis concedere, vel contractum approbare, iuxta formã in dicto cõtractu expressam de iure, te-
2 neantur, nec ne, merito dubitatur. Et ad euidẽtiam præmittẽdũ est † q̃ñq; quædã sunt regna, quæ linea sanguinis deferuntur, & transeunt in posteros successiue, vt extra de voto. s. licet. q̃dam vero sunt imperia, & regna, quæ non transeunt ad hæredes per successionem; quia deferuntur electione, & non successione, vt extra de ele. c. venerabilem. §. insuper. & extra de pac. c. accepimus. vt est regnum Romanorum: & tale regnum à Deo hominibus mittitur, vt C. de ver. iu. enu. l. 2. §. quia vero imperialem, & le. 1. in prin. & in aut. qũo oportet epos. in prin in auth. de instrumentorum cautela, & fide. §. 2. & in auth. in medio litis non fieri sacras formas. §. 1. & in auth. de consul. lib. in fi. Et dicebatur antiquitus, dum Rom. imperiũ erat in flore, q corona imperia, inuisibilis imponẽbatur à Deo, materialis vero, & visibilis erat
3 imperialis in sula, vt C. de quadr. præscr. l. bene à Zenone. Sedo præmittendũ est, † Imperator in persona mori põt: sed ipsa dignitas, seu imperiũ immortalis est, sicut & summꝰ Põtifex moritur, sed summus Põtificatus nõ moritur, & ió q̃ procedũt à persona, & noua sede, psonalia sunt, si à successiua voluntate dependent. si aũt statim transferunt secũ in plenum, tunc mors collatoris nõ impedit beneficium, quin duret tpe successorio, vt in auth. cõstituto, quæ de dignitatib. § illud. & in c. si gratioſe. de rescr. lib. 6. Quædã vero procedunt à sede: & ista semp sunt perennia, & æterna, donec superueniat casus extinctiuus, seu terminus vitæ ipsius cõcessionis. hmõi sunt contract. Regũ. q contrahũt noĩe suo, & regni, seu gentis sniæ: nã regnũ cõtinet in se non solũ territoriũ materiale, sed ẽt ipsas gẽres regni, quia ipsi populi collectiue regnũ sunt, & circũscripta obedientia populorũ Rex non posset dici regnare. ff. de ori. iu. l. 2. §. exac. & hæc vera sunt, nisi Rex aliquid ordinauerit in præiudiciũ regni; qa talis ordinatio ruit cũ concessione, si læderet enormiter ipsum regnũ. nã q̃q̃ dicatur

dicat de donatione Constantini, q̃ fuit miraculosa, si similes donationes fierent à regibus, non ligarent successores, quib. regni tutela, non dilapidatio est cõmissa, vt in c. grandi. de sup. negl. præl. lib. 6. & no. in auth. quo oportet epos, in prin. & ex pressim extra de iurei. c. intellecto. Excipit tñ secundũ quosdã si fieret p statu totius catholicæ ecclesiæ, vt not. in le. 1. §. cũ vrb. ff. de offi. præf. vr. & de reiu. c. pastoralis. in cle. & de iureiu. c. 1. eadem cõpilatione. Sed ad hoc præsens dimittatur indiscussum, nam alibi
4 plene dictum est. Tertio præmittendũ est, q̃ † Rex, q̃ in regno suo tenet principalissimũ principatũ: q̃ non cognoscit superiorem est totũ cõrinens, & põt contrahere noĩe suo, & totius terræ, & populorũ suorũ: hẽt. n. plenissimam ptãtẽ, vt ff. de pub. le. Cæsar. C. de quad. præsc. l. bene à Zenone. vnde is, q̃ cõtraxit sub noĩe dignitatis, obligat successores: q̃ natura contract. hæc est, q̃ est transmissibilis, nisi in quibusdã contractib. q̃ transmissionem non recipiunt natura sui. vnde sciendũ est, q̃ an dispositio Regis sit realis, vel p̃sonalis, cognoscitur plurib. modis. Primo namq; cognoscitur ex forma, nam si tenor scripturæ facit mentionẽ successorũ ex vtraq; parte: ista dispositio est in rẽ scripta, & transit in successores vtriusq; partis, siue loquamur de successoribus, qui succedunt iure hæreditario, vt ff. de pac. l. iurisgen. §. pactorum. siue de successorib. dignitatis, & administrationis: vt patet ex eo, q̃ leg. & no. in c. 1. qui sũc. teneantur. col. 10. & extra ne prælati vices suas. c. fi. & fi. de pac. l. iurisgen. §. pactorum. & l. qui in futurum. §. fi ex altera. & ff. de prob. l. fi pac. & Cod. vt actio. ab hær. & contra hæredes. l. 1. Et in contractib. Regum est expressum, q̃ contract. transeunt ad successores in regno, si celebrati sunt noĩe dignitatis, extra, de re iud. c. abbate sane. in pri. lib. 6. & extra de iureiu. c. intellecto. p Inn. nec mirũ; quia in reg
5 no considerari debet dignitas, quæ non moritur: & † ẽr vniuersitas, seu respublica ipsius regni, q̃ ẽt exactis regib. p̃seuerat. nõ n. potest respublica mori. & hac rõne dicitur, q̃ respublica non habet hæredẽ: quia semper viuit in semetipsa, vt l. & nota. in l. 1. § fi. ff. si quis ius dicinon obtemp. sicut dicit Arist. mundus non moritur, sed dispositiones mundi moriuntur, & mutantur, & alternantur, & perseuerãt in eadẽ qualitate. vnde cũ intellectu loquendo, non est mortua hic p̃sona cõcedens, s. ipsa respublica regni, nam verum est dicere, q̃ respublica nihil p̃ se agit, tamẽ qui regit rempublicam, agit in virtute reipublicæ, & dignitatis sibi collatæ ab ipsa republica. Porro duo cõcurrunt in Rege: p̃sona, & significatio. & ipsa significatio, q̃ est quoddam intellectuale, semper est p̃seuerans enigmaticè: licet nõ corporaliter: nam licet Rex deficiat, quid ad rumbũ, nempe loco duarum p̃sonarum Rex fungit, vt ff. de his, quib. vt indi. l. tutorum. & persona Regis est organũ, & instrm illius personæ intellectualis, & publicæ. & illa persona intellectualis, & publica est illa, q̃ principaliter fundat actus: quia magis attendit actus, seu virtus principalis, q̃ virtus organica. Certe & si promissor decedat sine hærede, non tñ promissio desinit in suo esse p̃fecto durare, vt le. & no. ff. depositi. l. 1. §. plane. & ff. de solut. l. Stichum, aut Päphiliũ.
7 in prin. ff. vt legatorũ noĩe caueatur. l. posteq̃. ff. ad Trebe. l. ex facto. §. fi. ff. de adm. tut. l. si quis hæredem, in prin. C. ad Treb. leg. sancimus. §. cum aũt. Ex his manifeste concluditur, q̃ dictus cõtractus est transitorius ex forma: ac ẽt ex dignitate, & authoritate concedentis: nec non ex ipsa republica rep̃sentata, q̃ (vt dixi) non moritur. Item dictus contractus dr̃ realis ex cõfirmatione sequentium Regum: quia confirmatio arguit. i. argute probat perpetuitatẽ in actu, vt l. & no. C. de sacrol. ecc. l. priuilegia. per Pet. & Cy. Itẽ quia realis præsumitur hinc inde; cũ talis cõtract. realitas sit cõpatibilis ipsi contractui, & de eius natura, in c. 1. §. vlt. qui feu. da. pos. col. 10. & in c. 1. de suc. feu. eadem col. & q̃ no. per Inn. extra de insti. c. cũ veniſſet Nec ob. si dicatur, q̃ de natura officij non est, q̃ transeat ad hæredem, præsertim cum tale est officium, q̃ virtutib. corporis, & animi exerceatur, vt ff. de tute. l. pe. & ff. de cura. furi. l. cuius bonis. C. de cad. tol. §. nẽ aũt. ff. de ne. gest. l. nã & Seruius. §. si viuo. si q̃s ignorãs rẽ minoris emerit. l. 1. ibi dũ dicit, cũ officium morte finiatur, & illud est verũ in mero officio. Sed istud est officium mixtũ cũ cõmodo, & vtilitate, & ẽt cũ vtilitatẽ habet, appellat militia. vt leg. & no. ff. de bo. pos. ex testõ mil. l. 1. nimirum, quia ei est annexum merũ, & mixtum i nperium, & transitoria iurisdõ ex forma cõcessionis, & pacti. vnde quæcunque sit, acquirimus, merito liberis nostris ex voto paramus, vt ff. vnde liberi. l. scripto. & ff. de bo. lib. l. nihil. §. facilior. & ff. de pac. l. tale pactũ. §. fi. Ex his apparet, q̃ iste contract. est realis ex parte materiæ. Itẽ est realis ex parte finalis cãæ: quia in tali feudo permissum est seruire p̃ hæredẽ p̃rij corporis. & in casu necessitatis per quẽlibet æque idoneũ, vt ff. de verb. ob. l. continuus. §. si ab eo. & ibi not. Item non ob. si dicatur, q̃ Rex Dionysius cõtrahendo noĩe suo, & successorũ suorũ, nõ cogitauerit de totali annihilatione, sed de ppetuatione p̃lis; & q̃ actus agẽtium non operãtur vltra intentionẽ ipsorum, vt ff. si cer. pe. l. nõ oĩs. nã verba restringunt ad cogitatum, vt ff. de testam. tut. l. si quis ita. nec pertinẽt ad casum aduersum, fortunamq; tardi hois, vt ff. de verb. obl. l. inter stipulantẽ. §. sacrã q̃ nec ille, nec aliquis cogitat se moriturũ sine hærede. & tñ contract. durat eo
6 mortuo sine hærede, vt dictum est: licet excedant facta voluntatẽ. Itẽ oĩs res regulatur à tramite rõnis, nec est fundandũ sup spe, sed super reb. ipsis, & factis, vt C. de cõd. ob cãm. l. si repetẽdi. Ex quib. oĩb. aperte cõcluditur, dictũ cõtractũ realitatis natu
7 ram censeri, & viuere, & donec viuendũ est. † Superest ergo, vt videamus secundũ. s. an iste contract. sit absorptus, & feudũ sit extinctũ pp felonĩã cõmissam pp rẽpublicã regni hostiliter expugnatã p dictũ Lozelatum successorẽ in feudo antedicto. Sup quo indubitanter dicẽdum, q̃ dictus talis expugnans, & p̃ditor reipublicæ, siue patriç, sibi, & suis posteris piudicauerit indubitanter multiplicẽ rõne. Primo: quia incidit in crimẽ perduellionis, veniendo contra maiestatẽ regni seu reipublicæ. nã ipsa respub. maiestatẽ hẽt ad instar populi Romani, cũ libera sit, & ius hẽat creãdi Regẽ, vt insti. de hæ. q̃ ab inte. §. itẽ placuit. & ex hoc sequit, q̃ nõ põt habere hæredẽ, vt C. ad le. Iul. maie. l. q̃squis. & C. de hær. aut. gazaros. & si non possunt filij esse hæredes, ergo nec succedere in feudo, in tit. an agnatus, vel fil. c. 1. col. 10. Scdo hoc p̃bat alia rõne: q̃ dicti filij sunt infames maxima infamia, vñ in curia Regis cõparere non audẽt, nec audiri debẽt, vel pñt: cum tanq̃ leprosi sint ab oĩbus euitãdi, vt in auth. iusiur. q̃ p̃stat ab his, qui administrationẽ recipiunt. §. fi. Tertia rõ est: q̃ natura feudorũ hæc est, q̃ q̃cũnq; feudum amittitur, vel amitti dẽt pp felonĩã cõmissam in p̃sonã dñi, q̃ tale feudũ reuertitur ad dñm, vt 10. col. qb. mod. feu. amit. c. 1. §. 2. Certa est quarta rõ generalis sumpta ex natura oĩum cõtractuũ: quia non põt p̃desse contract. ei, qui ipsum reb. ipsis, & factis nisus est impugnare, vt ff. loca. l. quæro. §. inter locatorẽ. & in regula iuris. & ff. de his, q̃. vt indi. l. post legatũ. & ff. de inof. te. l. Papi. §. meminisse. qb. rationib. indubitãter dico, q̃ felonia dicti succedẽtis in feudo hẽt liberis ex se descendentib. præiudiciũ gñare, & q̃ feudũ ad rẽpublicã ipsius regni, & per cõsequens ad ipsum Regẽ suffectũ, & de nouo creatũ qui in ipso principatu pleno iure successit, libere fore reuersum, & ipsum Regem de dicto feudo posse de iure diuino, & humano disponere, p̃ libito voluntatis. Nam & si fuerit forsitan à principio habitudine perpetuum per superius alle. & per ea, q̃ no. in l. p̃. de seru. le. & quia negocia Regis dñr negocia vniuersitatis, vt no, In diureiu. c. Quitauallis. tñ suo de
8 licto dictũ feudũ rediit ad irritũ; qm̃ † cũ ab ipsa republica susceperit fundamentũ, euidentissimũ est, q̃ ipsa respu. hostiliter inuasa ẽt in aliquo minimo mẽbro eius, dictũ feudũ est effectũ caducũ, & ad camerã reipublicæ, siue Regis reuersum, vt C. de cad. tol. l. j. in prin. & ar. C. de libe. & eorũ lib. l. 2. §. fi. Porro de creatione dicti Regis, ad quẽ pertineat, nõ est hic tractãdi locus: sed p̃supponiẽ, & ego credo, q̃ verus sit Rex. 8. q. 1. c. Moyses. & ff. de iust. & iu. l. ex hoc iure gentiũ. Ex quo nos p̃sumimus, p̃supponimusq; populũ liberũ, vt no. ff. de cap. & postli. reuer. hostes. 63. dist. c. Adrianus. & 7. q. 1. c. incipimus. de fo. cõp. licet. per Inn. & de voto. c. q̃ super. per eũdẽ Inn. q̃ tñ Reges debeãt obtẽperare legib. Imperatorũ. no. Inn. extra de re iu. c. cum te. dicit quoque Inn. q̃ Reges dñr sequi leges, & p̃cipue leges naturæ. ita no. ipse extra de re iud. c. cũ te. itaq; si dictus feudatarius nõ deliquisset, p̃culdubio hæres eius cõmodum feudi haberet; quia (vt dixi) reparatio nõ minuit iure contractus Regis antiqui, ar. de mino. l. in integ. & l. Emilius Largianus. & q̃ no. in l. 1. C. de contractib. iudic. C. de quadri. p̃scr. l. oĩs. & l. bene à Zenone. facit extra de p̃bẽ. c. dilecto. 63. dist. c. Adrianus. 7. q. 1. c. Moyses. Sed pp reatũ oĩs honor exclusus est. C. vbi senatores, vel clarissimi. l. 1. feudũ ad primam ptãtem. i. dñm Regẽ tanq̃ ad dñm feudi libere est reuersum, tex. ẽ expressus & gl. ord. in c. cum vasallus culpã cõmittat. si de feudo cõtrouersia fuerit. coll. 10. & per hoc patet ad oĩa quæsita fore responsum. Illud etiã cõstat, q̃ est reperire gẽtem, & pro-

& prouinciam liberã. ff. de cap. l. hostes. & l. non dubito. & facit, q̃ no. Inn. extra de foro cõp. c. licet. & de vo. Insuper præsupponendũ est, q̃ d. Rex põt donare castra, & loca militib. suis, vt in 10. colla. qui feu. concedere possunt. c. 1. §. fi. C. de don. inter vir. & vx. l. donationes. C. de crimine stellio. l. instar. ff. de eui. l. Lucius. & no. C. de legib. l. humanum. dũtamen non faciat aliquid, per q̃ minuatur honor coronæ, vel status Regni, vt extra de iureiu. c. intellecto. & ex hoc sequit, q̃ donatio facta Titio militi
8 valuit. Secundo præmittendũ est, q̃ præceptum † Regis est seruandum. dũ tamen sit iustum, vel saltem nõ iniustũ. vnde si Rex præciperet subdito suo, q̃ interficeret seipsum, vel iret ad locũ, in quo trucidaret ab hoste, vel mitteret filiũ suum ad victimã, in hoc non est parendum Regi: quia talia mandata sunt cõtra ius naturale. Sed si mandat alicui, q̃ defendat patriam, & honorem Regis, ẽt si hoc nõ posset fieri sine periculo, parẽdũ est Regi: q̃ a hoc ius regni erit & cc. vt no. in proœ. ff. orũ. Per hoc reuertor ad propositum, si Rex mandauit, q̃ mitteret filium suũ, p obside, vnus Christianus in manus saracenorũ, vel crudelis tyranni, nõ valeret mãdatũ: vt l. vt vim. ff. dũ iust. & iu. & ff. de cap. & postl. reuer. l. postliminium. §. filius. & totũ hoc redigendum est ad arbitrium boni viri. & p̃ hoc apparet, vtrũ illi præcepto de mittẽdo filiũ in obsidẽ debuerit parere, vel non, ar. ff. q̃ me. cã. l. isti qdẽ. in fi. & facit, quod no. extra de iureiu. c. ex rescripto. & C. ne fil.
9 pro pat. auth. imo. Superest videre, qñ † præceptum tenet, qua pœna dẽt puniri cõtemptor mandati Regis. nam aliqñ lex dicit, q̃ morte moriatur, extra de mai. & ob. c. 2. nam violator legis est qui Regis mandata non seruat, vt ff. de re mil. l. 3. §. in bello. & l. oĩ delictum. §. contumacia. alia dicit, q̃ contumaci auferuntur bona, & ponit in exiliũ, vt C. de fund. limitrophis. l. fi. lib. 11. Secundo dicendũ est, q̃ si mandato regio est apposita certa pœna, illa pœna infligit, sed si non est apposita certa pœna, illa pœna ẽ arbitraria, vt C. de primicer. l. 1. in fi. li. 12. ga nullum peccatũ est adeo paruũ, q̃n maius fiat p cõtẽptũ, vt in Auth. vt oĩs obe. iud. p̃uinciarum. §. hæc considerantes. col. 5. iure aũt Longobardo imponitur pœna iuxta regis voluntatem, vt in Longobarda. si q̃s literas Imperatoris desperexerit. l. si q̃s lras. non, n. oportet contẽptores Regis mandati esse immunes à pœna, cũ sint rebelles eo ipso, vt in le. fi de sertores. C. de deserto. lib. 12. & certe magis dñr puniri illi, q̃ beneficia receperũt à Principe, q̃ alij, vt C. dũ conductorib. & procuratorib. siue exactor. p̃diorũ. le. vnica. lib. 11. vñ pp inobedientiam miles exauctorat cũ infamia, vt ff. de infam. l. 2. §. ignominiæ. & §. miles. & dicit lex, q̃ venia talib. non dam̃, nec indulgẽtijs crimina subleuamus, vt C. de cohortalib. l. si apparitor. licet alibi scriptum sit, q̃ sufficit legis immunitas. vt C. de vestib. eleboreis. l. tẽperet. Ex his igit̃ patet, q̃ si sine cã Titius nõ obediuit Regi, potuit Rex ei auferre Castrũ: & nõ solũ ei, sed filijs suis, quib. maiorũ exẽpla p̃iudicãt, vt C. de cohortalib. le. si cohortalis. & 10. col. q̃ mo. feu. amit. c. 1. §. 2. Ex hoc statim, sequitur, q̃ cõcessio dicti castri facta Lucio valuit, & donatio, q̃ facta fuerat Titio, tanq̃ extincta, & mortua nunq̃ reuixit, vt ff. de sol. l. q̃ res. §. areã. Subsequenter proponitur; q̃ d. Lucius fuit trãsfuga ad hostes Regis, pp q̃ Rex priuauit ipm ipso Castro, & alij cõcessit. Modo q̃rit, nunq̃d ista tertia cõcessio valuerit. & dicendũ
10 est indubitanter, q̃ sic, vt in c. q̃is. de reser. li. 6. & facit. ff. qui. ex cau. mai. l. sed si p̃ prætorem. §. sed si cũ decreto. † Modo venio ad aliã qõ. nunquid tps, quo possedit Titius, & deinde tps, quo possedit Rex, & deinde tps, quo possedit Lucius, accedat tpi, quo possedit vltimus miles. & vẽ dicendũ, q̃ nõ: quia possessio Titij fuit naturaliter interrupta, p apprehẽsionẽ possessionis, q̃ fecit Rex, vt ff. de vsuca. l. naturaliter. & iõ de nouo oportet præscriptionẽ inchoari, vt ff. de vsuca. l. si is, q̃ pro emptore. §. si quis bona fide. & l. eũ, q̃ ædes. §. fi aũt de molita. Itẽ ad hoc, vt tpa continuentur, oportet, q̃ posterior hẽat cãm à priore, sed hic nõ hẽt cãm traditiuã, sed excluſiuã, & priuatiuã: q̃a Rex priuauit primũ & tradidit posteriori, ad hoc. ff. de vsuc. le. id tps. in prin. Itẽ possessio eius, q̃a fuit priuatus, fuit aliqñ vitiosa, ergo vitiosæ possessioni nulla põt accedere, nec econtra, vt ff. de acq. poss. l. Põponius. §. fi. Præterea non vẽ, q̃ Rex possit p̃scribere aliq̃d in regno suo quo ad iurisdõnem, vel imperiũ, q̃a hoc hẽt de iure cõi, vt ff. de vsu cap. l. sequitur. §. lana, & no. per Inn. extra de postul. præl. c. bonæ. Sed contra prædicta facit. ff. de don. cã mor. l. q̃ alienã. nam istæ possessiones vñr sub eo. ti. l. si rem. & ibi gl. expresse notat, q̃ ille, qui reuocat, vtitur accessione possessoris, à quo reuocat, & deinceps oĩs habentes causam ab ipso reuocante, arg. ff. de acq. pos. l. Põpon. §. si iussu. & magna dfia est ĩtẽr interruptionẽ possessionis, & trãslationẽ, quæ fit à via iur. Mihi vẽ, q̃ donatio Regis dederit initium præscribendi Titio, & demũ Lucio, & demum vltimo donatario contra dñm, si quis erat. Sed Castri, q̃ tñ possessio vnius prosit alteri non vt rõnabile: quia si p̃scribẽtis fuit p̃scriptũ & aliud de nouo creatũ: vt extra de præb. c. dilecto. & facit ff. de re. iu. l. à diuo Pio. §. sic veniet. Itẽ de. Res. si Castrũ erat, alicui tertiæ p̃sonæ, nõ habuit titulũ, & possessio Regis non fuit vsq; quaq; sine vitio, vt C. de ac. pos. le. improba. in dubio aũt Castra præsumũt Regis: quia eis cohæret iurisdõ, vt in c. 1. q̃ sint regalię. col. 10. & iõ in dubio dicẽdũ est, q̃ Rex potuerit cõcedere, & q̃ p̃feratur omnib. ille vltimus: qa primi fuerunt priuati de iure. & facit. C. de hær. aut. idem est de Nesto rianis. & q̃ no. ĩ l. Gallus. §. & qd si tñ. ff. de lib. & posth. Ego Bal.

CONSILIVM CLX.

1 *Emphyteuticarius, quum legat, & donat emphyteuta, seu ius, quod habet domino non consentiente, an reuertatur ad dominum.*

1 Quæritur vtrum † si emphyteuta legat ius suum quod hẽt in re emphyteutica, siue ipsam rẽ emphyteuticã: an eã legando, & alienãdo, licet de facto, res reuertat ad dñm qui non cõsensit legato, nec alienationi, & q̃ non redeat ad dñm allegant̃ l. satis notæ intelligẽcib. viris. ff. de le. 1. l. dñs. §. fi. C. de fund. patrim. l. 1. C. de p̃dijs cur. l. fi. insti. de loca. §. adeo. ff. de ver. sig. l. in cõuẽtionibus. & q̃ no. Accur. C. de iure emphy. l. fi. Spe. de loca. §. nũc aliqua. vers. 107. & vers. 112. In contrarium allegant oĩs rõnes, quas ponit Cy. in l. vl. C. de iure emph. in additione sua. & q̃ no. p Bar. in l. de q̃bus de leg. Super hoc pũcto cõsiderandũ est, q̃ aut est emphyteusis fisci: vel habentis priuilegiũ fisci, & tenet donatio, & legatum, quia saluum est ius fisci, vt no. in iutribus p̃all. & in c. 1. §. donare. qualiter olim poterat feudũ alienari. col. 10. Aut dicebat Bar. q̃ non poterat donari, nec legari: sed ad suã proprietatẽ reuertebatur, & hoc tenebat per l. vniuersas. C. ne rei dominicæ, vel tẽplorum. Ego istam qõ. in aduocationib. habui secum, & dicebã, q̃ tale legatum valet: quia vnẽ legata cõmoda vtilis dominij, & non ipsum dominium vtile. vnde si talia sunt commoda, q̃ legari possint: quia sunt trãsmissibilia ad successores, illa commoda videtur legata: vt C. de lega. l. vxor parrui. &. ff. de vsufr. le. l. Stycho. & q̃ no. C. si pignus pignori datũ sit. l. 1. in gl. sed nunquid. Itẽ est alia rõ, vt statim dicã, aut est emphyteusis alicuius priuatę personæ. i. p̃sonæ; q̃ dẽat censeri iure cõi, ẽt si esset vnus magnus comes, vel baro: & tunc sunt opi. quia qdam dicũt, q̃ reuertitur ad proprietatẽ: & quidã dicunt, q̃ non reuertitur. Considera, q̃ aut loquimur in donatione, q̃ peruenit in quãtũ potuit ad suum effectum: quia interuenit traditio: & tunc põt esse dubia. tamẽ ego puto donationẽ valere, & cẽsum peti posse à donatario per condionem ex lege Zenonis, q̃ est quasi in rem scripta, vt no. in fi. de loca. §. adeo, aut donatio non peruenit ad traditionẽ, vel quasi, & tunc indubitanter res non est reuersa ad proprietatẽ: quia ante traditionem, vel quasi donãs nihil à se abdicauit: vt ff. de verb. sig. l. alienatum. Aut loquimur in legato: & tunc indubitanter dico, q̃ non reuertitur ad dominũ, & hoc noua rõne, quæ talis est naturę, aut legatũ valet, & ptinet ad legatariũ, ergo non reuertãt ad dominum. Aut non valet, & tunc legatarius non põt acceptare legatum: ergo remanet apud hæredẽ lega. vt C. de cad. tol. §. pro secundo. vnde perinde est, ac si legatarius repudiaret legatum, vel donatarius, cui fiebat donatio per nunciũ, vel epistolam non acceptaret, quib. casib. certum est, q̃ perinde est, ac si non esset legatum, nec donatũ: vt ff. ad leg. aquil. l. huic scripturæ. & ff. si cer. pe. l. proinde. vnde D. Cy. prout locutus est in legato, & dubitauit, non considerauit, q̃ considerare debuit. & ex his concluditur, q̃ per tale legatum res non est reuersa ad dominũ: sed si ratione finitę donationis, vel ex alia cã esset reuersa, tunc hoc non pertineret ad casum nostrum: vt ff. de le. 2. l. pe. to. §. prædium. & iõ dominus dẽt inuestire eum, & accipere id, quod solitum est accipi pro similibus inuestituris. Et ita dico, & consulo ego Baldus.

CONSILIVM CLXI.

1 *Possessorium, & peritorium retinenda an possint simul cumulari, maxime in corporalibus.*
2 *Proprietas, & possessio, vel quasi iurisdictionis qualiter probetur nume. 5.*
3 *Probantur fines territorij per antiquas scripturas.*
4 *Iuramentum idem operatur, quod clausula derogatoria ex certa scientia.*

5 *Possessorio probato per vtramque partem, cum actum sit petitorio ille vincit, qui melius in petitorio probat.*

Proponitur, q̃ per cõe Terdonę in cã vertente inter dictum cõe, & eius syndicos agentes ex vna parte: & cõe Papiæ defendentes ex altera occasione loci Cognarij &c. intentatum est petitorium, & possessorium pro parte dicti cõis, & ciuitatis Terdonæ. dicitur. n. pro parte agentis, quod dictus locus Cognarij, & eius iurisdõ, necnõ possessio, & quasi ad dictum cõe Terdonæ pertinuit, & pertinet tã ex priuilegijs Imperatorũ, q̃ ex natura situs, & territorij necnõ etiam ex vsibus iurisdõnum & regalium à tanto, & per tm̃ tps, circa q̃ eius contrarij prius memoria non existit. quodq; licet antiquis tpib. fuerit in possessione, & quasi pacifica, & patiẽtib. tam vniuersitate cõis Papiæ, q̃ circunstantib. dicto loco. nuper tamen refertur eiuldem qõ, & controuersia per dictũ cõmune Papiæ nitentis in dubiũ reuocare, ac impedientis vsum dictorum iurium, & iurisdõnẽ: licet indebite, & iniuste, de facto assẽdo etiam dictum cõe Papiæ ad se dicta iura & iurisdõnẽ pertinere, & dictum locum, & territorium Cognarij esse de territorio Papiensi, super quibus vtraque pars nixa extitit probare, & producere ira sua tam in petitorio, q̃ in possessorio antedic. Primum igitur quæritur, nunquid † potuerint petitoriũ, & possessorium cumulari. & vr, q̃ non: quia possessorium retinendæ
4 endum est, † ꝙ si compromittitur causa decidenda de iure, cognoscenda autem qualitercunque, ꝙ si error iuris est patens, sententia est nulla. Sed in dubio debet hīi pro aliqua. l. pe. ff. de iust. & iu. tamen reformari potest hoc casu, etiam sententia arbitri. ff. de app. l. ex consensu: qa ita actum videtur inter partes, vt dubia sententia arbitri reducatur ad examen iuris: qa per recursum ad bonum virum Bar. dicit, ꝙ sententia ista contra ius lata est nulla ipso iure. Sed non dicit verum, quando prima facie, & apparenter est iusta. imo oportet, ꝙ per iudicē reformetur: quia illa verba, de iure, intelliguntur de iure. s. constōnis: alias talia compromissa essent incerta. facit, qd no. in c. r. de pro-
5 cu. in clem. Quintò sciendum est, † ꝙ si talis sententia est nulla: quia extra tempus cōpromissi, vel extra mandatum, iudex debet pronunciare nullam, & non reformare: qa nil pronunciandum est, & cum nil pronunciatum, non receditur à pronuncia. de contrahenda empt. l. fi. Sed si ex alia iuris dispone est nulla, tunc iudex reformat eam. no. ff. de ver. sig. l. illa verba. Et in reformando poterit deferre debita iura: qa non debet aliquid omittere de cōtingentib. C. de iud. l. iudices. Sextò sciendum est,
6 † ꝙ discussio arbitratoris nō dicitur iudicium, nec lis, nec causa, & ideo reductio ad arbitriū boni viri est causa prima. Et tempora decreta per Illustrem dñm nostrum debent observari tanquā in causa prima, & non decretum de appellationib. siue de secundis litib. licèt instar appellatio. habeatur omnis recursus, de ar. l. non distinguemus. §. cum quidam. sacrum non obst. qa est limitatum ex forma. s. de iure tantū. Item non ob. ꝙ consensit, vt sententia ferretur secundū consilium clausum. C. plus valere ꝙ agitur. l. fi. nec intelligitur homologatum, qd ignoratur. C. de arb. l. fi. de transa. l. de his. & l. cum aquiliana. & l. qui cum tutore. §. qui per falla. & qui habet ptātem iudicādi de iure tantum, non est ad plenum arbiter, sed in alterum casum tantum. Vnde non debet stari eius vnico arbitrio: quia hoc non patitur forma mandati. merito hoc casu potest ad superiorem haberi recursus, vt veritas inquiratur. l. si eum. in prin. ff. si quis cau. & si aperta iniustitia est, apparet, ꝙ à nō arbitris sententia lata est.
7 † Statuta vero, quæ loquuntur de arbitris, intelliguntur de latis à veris arbitris, non à prætensis: qa cum de arbitro statutum loquatur, oportet constare ipsum esse arbitrum, vt l. Lucius. ff. de milita. testamen. ad hoc facit, quod no. 12. q. 1. c. relatio. super verbo canonicæ. & no. expresse, ff. de verb. sign. l. illa verba. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXX.

1 *Iudex non tenetur de iure communis committere causam consilio sapientis, & si cōmisit, potest commissionem renocare, nec cogitur secundum consilium iudicare, secus de iure statuto. vel per pactum litigatorum.*
2 *Statuta, quæ dicantur præcisa, & an recipiant aliquem subauditum intellectum, vel glossatorem.*
3 *Confidentes etiam de iure communi dantur.*

Ad euidentiam premittendū est primò, quid iuris sit de iure communi. se-
1 cundò veniendum est ad statuta. † Dico enim ꝙ de iure cōmuni iudex non tenetur cōmittere causam consilio sapientis, & si commisit, potest cōmissionem renocare. Item non cogitur iudicare secundum consilium. ff. de app. l. ad principem. & ibi per Bart. Sed per formā statuti bene potest ad hoc arctari. Item per pactum litigatorum. ff. de re iud. l. si conuenerit. & ibi per Bart. de elec. c. cum in veteri. vnde super statuto oportet nos fundare, & seruandum est statutum quo ad electionem consultoris primi. Sed videndum est, an sit omissa forma statuti quo ad electionem adiuncti. nam si esset seruata dispō statuti, procederet appellō, si rite esset interposita, & petiti apostoli, nisi ex forma statuti hę solennitates essent remissæ in appellationib. ab interlocutoria. constat igitur, ꝙ potest appellari à iudice, qui constitutionē non obseruat. vt ff. de min. l. ait prætor. §. permittitur. secundum cōmunem intellectum doc. oportet ergo videre solummodo de isto adiuncto, vtrum fuerit rite petitus, & an fuerit seruata forma, quæ requirit pro executione talis petitionis, nec ne: quia si perens adiungi alium nō seruasset statutum, eius appellatio esset ipso iure nulla, temeraria, & nullius effectus. Si

vero seruasset statutum, tunc essemus in dispositione statuti annullatiua, pcessus, vel saltem irritaretur opere appellationis. Et q̃ sententia p̃dicta non debuerit, nec potuerit fieri, sicut probatur, iudex facit cõtra statutũ: ergo malè, & perperã pronunciauit. casus vł istius rationis in d.§. permittitur. In contrarium videtur. iudex seruauit primũ necessitans ipsum ad ꝓnunciandum secundum formã consilij redditi, ergo bene ꝓnunciauit: nam quia primũ statutum est præcisum, & pœnale, & loquitur præcisè in casu redditi consilij, non recipit limitationẽ, vel distinctionem, vtrum sit petitus adiunctus, necne: † quia statuta præcisa dñr, eo q̃ non recipiunt glossationẽ, vel aliquem intellectum subauditum, extra de reser. c.2. Præterea punctum non debet formare quis suo arbitrio. ff. de iureiu. l. iusiu. & ad pecunias. §. si de qualitate. Item non præsupponitur, q̃ pars aduersa fuerit requisita, quod daret suspectos, & confitentes, sicut dari oportet, etiam † de iure cõmuni, in auth. de trien. & semis. §. & quod sæpe. in gl. Item iste adiunctus videtur datus de consensu primi consultoris. Sed non dicitur consensisse, qui re integra suum reuocauit consensum. C. de reb. credit. l. si quis iusiu. nam consensus ille non transiuit in obligationem, sed in simplicem voluntatem, vnde reuocari potuit, & fuit reuocatus ipso facto redditione consilij. Quibus rationibus puto appellanté in ista appellatione non fouere iustitiam, salua semper practica, si qua in contrariũ esset. ff. de legi. l. si de interpretatio. Practica enim facti est, vel mixti iuris, & facti, & ideo in ea legitimè erratur, vt in c. i. de consti. lib. 6. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXXI.

1 *Constituitio episcopi deuoluens executionẽ ad eum an habeat locum, quando manus executorum testamentariorum erant ligata per ignorantiam facti. & nu. 2.*

1 Præmittenda sunt ad euidentiam quædam de iure cõmuni, † deinde considerandа est constõ episcopi. de iure cõmuni non currit tempus executorib. ignorantibus, & ideo episcopus se nõ intromittit: quia deputatus est ad supplendam negligentiam eorum. ignorans autẽ non negligit, nisi esset ignorantia supina, vt C. de epi. & cle. l. nulli. in verbo, pro sua conscientia. Scire aũt oportet dispositionẽ, & modum dispositionis vel esse ignorantiam supinam. ff. si cer. pe. l. qđ te. Sed in casu nostro etiam si executores scirent dispositionẽ, s. q̃ certa pars debet distribui, tamẽ nesciunt modum dispositionis: quia testator dixit, q̃ modus, & forma continebatur in quadam schedula. Vnde antequã declaratum sit illam schedulam non reperiri, executores non tenentur procedere ad aliquam executionẽ: comperto autem, quod non reperiantur, debent hæredes vocari, adhibito episcopo procedi quasi mutato vsu. l. legatum. de vsufr. leg. Quantum vero pertinet ad constitutionem episcopi, satis constitutio est consona iuri cõmuni: quia dicit, negligentibus &c. Et ideo nisi prius sit liquidatum de negligentia, & pronunciatum, si negatur negligentia, non potest episcopus sibi vsurpare executionem, C. ad Treb. l. pe. † Ego dum quondam legerem Florentiæ cum inclyto doct. D. Thoma, habui de isto articulo tractare: an iurisdictio episcopi transferat ad manus suas executionem executorum testamenti, quorũ manus erant in executione ligatæ propter ignorantiam facti. & respondit, q̃ non de iure, secus de consuetudine. sed Bart. in l. genero. de infamibus. dicit. q̃ non. Super hoc subrilius est dicendum. s. q̃ executio episcopi venit in defectum prouisionis testatoris, & q̃ aut constitutio episcopi disponit in casu negligentiæ, aut absolutè. Primo casu obtinet, quod superius dixi. Secundo casu sub distingue: aut executio apponit tempus executori dicendo, si quis non fecerit executionem, & nõ intelligitur loqui de ignorante. l. fi. §. fi. de leg. 2. Aut apponit tempus executioni impersonaliter loquendo, puta quia dicit, & si executio facta non fuerit &c. Tunc sine aliqua scientia solo temporis cursu episcopus fit executor: quia verum est, executionem factam non esse. ad hanc dist. quæ est multum notabilis, facit. ff. de acqu. hær. l. si seruum. §. non dixit. ex his apparet, quod processus vicarij est caducus, & nihil valet. quid de alijs punctis sit, intelliges ex prædictis. Ad pias causas non detrahitur Trebellianica, æs alienum concedit legata particularia, C. de legat. l. si vniuersæ. legata specialia prius sunt soluenda, quam legata generis. C. fam. ercis. l. quoties. Et ita dico, & consulo ego Baldus.

CONSILIVM CLXXII.

1 *Agendum an ex virtute primæ sententiæ, an ex secunda confirmante primam.*

Casus subijcitur, super quo consilium iuris postulatur. Ecce, orta controuersia inter Iacobum, & Guielmum fratres de Penacijs ex vna parte, & Guli. de Caraua gio quon. Do. Ogerij ex altera parte, per ipsos factũ fuit cõpromissum in quosdam arbitros, & arbitratores, & ꝓmiserunt ambæ partes attendere, & obseruare &c. sub obligatione omniũ bonorum suorum, & sub pœna flor. 100. pro p̃dictis attendendis, obligando omnia bona sua. Dicti arbitri, & arbitratores inter cætera dixerunt, ꝓnunciauerunt, & sententiauerunt, q̃ omnes pecuniæ cõtentæ in bullis factis post mortẽ d. D. Ogerij sub nomine, & ad nomen d. Guli. filij ipsius D. Ogerij spectent, & pertinẽt ad d. Guli. Pecunię vero cõtentę in bullis factis ante mortem d. Do. Ogerij, siue sint ad nomen, & sub nomine dicti Gul. siue ad nomen, & sub nomine dicti Ogerij, pertineant ad dictũ Gul. pro medietate, & ad dictos fratres de Penacijs ꝓ alia medietate. Qua quidẽ sententia lata, iterato mota fuit controuersia inter dictũ Gul. filium quond. d. D. Georgij ex vna parte, & Gul. Penacij ex parte altera occasione cuiusdam bullæ certæ quãtitatis pecuniæ, dicente dicto Gul. Penacio, q̃ sibi debebatur quarta pars virtute dictæ sententiæ arbitramentalis, q̃ partes vigore cuiusdã statuti se cõpromiserunt, & finaliter arbitri ꝓnunciauerunt, & sententiauerunt, & condẽnauerunt d. Gul. ad dandũ, & soluendũ ipsi Gul. Penacio quartã partẽ pecuniæ. de qua fit mentio in dicta bulla. Modo contingit, q̃ dictus Gul. debitor tẽpore primæ sententiæ tenebar, & possidebat domũ vnam, quam domũ vendidit, anteq̃ prædicta sententia secunda daretur. Nunquid legitimè facta excussione bonorũ debitoris agi possit actione hypothecæ cõtra emptorem dictæ domus. & dubium facit, q̃ si non posset agi nisi ex secunda sentẽtia, non esset locus hypothecæ: q̃ tunc tẽporis non erat in bonis debitoris. Respondeo, Hypotheca nõ venit vi sententię, sed vi contractus declarati per sententiam. quæ declaratio non tollit hypothecã conuentionalẽ, tamen si sententia esset iusta, nõ præiudicaret extraneo possessori habenti causam per prius. ff. de pig. l. si superatus. Modo dubium q̃stionis est, † vtra ex duabus sentẽtijs agatur: nam ex secunda nascitur actio in factum. Dico tamen, q̃ etiam ex prima nascitur in ꝓiudicium possessoris. ꝓiudicium ꝓbationis: q̃ secunda sententia conformis primæ non tollit iura producta ex prima respectu possessoris: quia non tenetur actione in factum. vnde secunda fortificat probationem natam ex prima, quam veram esse declarat, & sic auget eius fidem, non minuit. ff. de re. iu. l. res iudicata. ex his sequitur, quod hypothecaria agi potest. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXIII.

1 *Vindicta quotuplex sit.*
2 *Vindicta quod sit.*
3 *Vbi constitutio, seu statutum permittit facere vindictam, an quilibet de progenie poterit facere vindictam.*
4 *Appellatione competentia vindictæ quid veniat.*

In ciuitate Cherij. Illustris Principis, & Domini, D. Comitis Sabaudiæ, & alterius Illustris D. Principis Achaiæ, est quædam societas, quæ vocatur S. Georgij: quæ habet inter alia statuta vnam constitutionem confirmatam, seu editam ab Imperatore, in qua continetur, quod si aliquis de hospitibus ibi nominatis percusserit aliquem de dicta societate, ille percussor non intelligatur à dicta percussione in antea esse de dicta societate. & si percussus voluerit reuendicare de ipsa percussione, societas prædicta teneatur ipsum iuuare. Et quod illi de hospitio percussoris non debeant dicto percussori fauere sub certa pœna. & quod facta vindicta conuenienter debeant sic facere, & curare cum effectu, quod infra vnum mensem &c. fiat pax bona, & concordia, sub pœna depellendi de ipsa societate illum, qui pacem facere non vellet &c. die 21. Septemb. fuit factum hoc capitulum. in constitutione vero d. Illustriss. Domin. Comitis super articulo de vindicta sunt hæc verba. si vindicarent, vel vindictam facerent quocunq; modo in illum, vel illos, qui dictum maleficium commiserint, vel committi fecerint, vel in aliquem de ipsius parẽtela, qui nõ esset in dicta societate &c. Modo

Modo talis casus accidit. Gul. de Merlenginis vulnerauit quendam Iac. de dicta societate, postq̃ ex interuallo temporis d. Iac. vulnerauit Merlorum de Merlenginis, qui tempore, quo dom. Iacobinus fuerat vulneratus, erat vltra montes. tandem ordinatum est per rectorem dictæ societatis, quòd dominus de Merlenginis faciat pacem. cum dom. Iacobin. aut expellantur Merlengini de societate prædicta. recusatur pax: quia dicitur, quòd ista non fuit vindicta, sed noua guerra. Item dicitur, quòd alij de dicto hospitio, siue casato non fuerunt culpabiles, & non debent de dicta societate expelli, & quòd statuta dictorum rectorum non valent. quæritur, quid iuris. Et bene est prius, quàm ad solutionem quæsitorum perueniam, quòd aliquid de significatione quorundam verborum dicatur, vt ff. si certum peta. l.
1 1. † De vindicta lex loquitur. vindicta autem quandoque sumitur in bonam partem, vt in titulo de manumiss. vindict. quandoque in malam partem, scilicet pro illicita vltione. C. de iud. l. nullus. quandoque est medium inter hoc: quia fit mala gra, tamen lege permittente, vt not. C. qđ me. cau. l. accus. ff. ad Sill. l.
2 & si percussor. §. fin. † Est aũt vindicta recontristatio offensoris. Mihi vindictam, ait dominus, & ego retribuam. Est autem vindicta relatiue contraria offensæ, & ideo proprie non est, nisi contra offendentem. nam cum sit vice pœnæ, suos tantum plectit authores. Cod. de pœnis. lege sancimus. ne subiecta innocentia feriatur. Porro nil absens, & ignorans peccare potuit, vnde quòd ipse possit offendi, est contra ius naturale. C. de inoffic. test. l. si quis in suo. §. si tamen quia hic non quærimus de iure, scilicet an possit offendi, sed quærimus de facto, scilicet
3 an sit vindicta. † Sciendum est, quòd de consuetudine locorum reputatur vindicta, vt in ciuitate Florent. vnde omnes de casato offensoris, sumunt arma: quia mores eorum sunt vindicare in temporalibus de casato, nam iniuria facta vni toram domum decolorat. Cod. si quacunque prædictus potestate. l. r. & ibi per Cyn. sed de iure communi non est vindicta, sed noua rixa, præsertim si fiat in eum, qui vltra gradum distat ab incæptore guerræ. cum eo enim qui tantum distat, non dicitur participare animosas passiones, vt not. ff. de iureiu. l. lex Cornelia. prin. Alij extendunt vsq; ad septimũ gradum, vt no. C. ad Turp. l. si familia. finaliter hic aduertendum est, q̃ constõ permittit facere competentẽ vindictam. Titius est offensus, qui est de magna, & nobili progenie, nunquid quidã de illa progenie poterint facere vindictam, qui possunt ciuiliter agere actione iniuriarum, & non alij. Et hęc vera. Sed Bar. vł dicere, q̃ omnes possunt accusare tanq̃ de suorum iniuria, non tanq̃ quilibet de populo, vt ipse no. ff. de ver. obl. l. si ita stipulatus. §. Grisogonus. in fi. gl. quæ est in l. cum fundum. ff. de vi & vi arma. vł restringere, & forte non male ad ipsum solum, qui corporaliter est offensus, nõ ad eum, qui per iuris fictionem. vnde pater, vel filius offensi vigore permissiuæ constitutionis non possent se vindicare. ad hoc facit, q̃ verba maxime odiosa dẽnt intelligi per prius, non per posterius. Qui igitur non possunt vindicare, nõ potest in eos vindicari: quia contrariorum eadem est disciplina, vt quemadmodum non possunt facere, ita nec debeant pati, per locum à parilitate contrariorum. ff. de vulg. substl. & si contra.
4 † Dicto de substantiuo. s. vindicta, videamus de adiectiuo. sc. de competenti, vel de aduerbio, sc. competenter, seu conuenienter, qđ idem est dictum. Pone, nobilis populari per superbiam abscidit nasum, vel faciem deformauit: popularis postea nobilẽ percussit in brachio, petit popularis pacem, nobilis negat: q̃ dicit, q̃ non fecit vindictã competentem, sed valde minorẽ, & iõ cessat statutum, qđ loquitur de pace facta competenti vindicta: q̃ verba non consonant casui. Dico, q̃ nobilis male dicit: q̃ posset petere pacem, ẽt nulla facta vindicta: q̃ satisfactum actui ipsius, quemadmodũ creditor voluerit. ff. de pig. act. l. sol. §. satisfactum. Sed si vindictã temperatiuam. i. paritatem excessit, non esset locus petitioni pacis. extra de rest. spo. ca. olim. C. vñ vi. l. 1. Sed hic restat tale dubium, pone, vindicta fuit facta ꝓditorie, vtrũ ex hoc dicatur maior. respondeo sic, cæteris alijs paribus. Item si fuisset facta cum gladio venenato. C. de malef. & ma. l. 1. est aũté prodere, fidẽ prodere, vel alia fallacia admixta pcussionis. de pœnis. l. respiciendum. §. delinquunt. istud etiam vocabulum debet intelligi, sicut sonat in auribus vulgi. ff. de lega. 3. l. librorum. §. q̃ tamen Cassius. His sic prælibatis, si constõnem Cęsaris considero, solus offensor est expellendus de societate, tanquam pecus morbida de ouili. C. de episc. & cle. l. quisquis emerserit. ne possunt rectores huius vniuersitatis constitutionem mutare Imperatoris. C. de offic. præfe. prær. l. nouam. Et ideo alij de dicto hospitio Merlengorum non possunt expelli de societate congregatorum. & hoc quo ad istum passum de expulsione. Quò ad punctum de pace dico; q̃ si vulgi opinio reputat istam esse vindictam, debet fieri pax tam de veteri, quàm de noua offensione hinc inde, aliàs non debet fieri pax: non. nã poterit fieri pax remanente guerra. Secundo: quia duo contraria non cadunt simul in eodẽ subiecto. ff. pro suo. l. si ancillam. ratione ergo nouæ guerræ: quia separatorum separata est ratio. ff. de ca. l. fi. non potest peti pax. Item ista non sunt mutua debita; quæ mutua compensatione tollantur: quia sunt circa omnino diuersas personas. ff. sol. mat. l. si socer. §. Lucius. Statuta ne mulier maritata veniat ad hæreditatẽ patris, vel matris, &c. Si mulier de ciuitate, seu posse, vel districtu olim fuit, vel ammodo fuerit maritata à patre, fratre, vel fratribus, patruo, siue ab auo patruo, aut ab aliquo ipsorum, non possit venire ad hẽreditatem patris, vel matris cũ fratre, vel fratribus ex parte patris, nec non cum eorum hæredibus. deinceps & q̃ talis maritata non possit in hẽreditate paterna, vel materna, seu in bonis paternis, vel maternis, nec intra prædictos, seu alterum ipsorũ agere ad legitimam aliàs sibi debitam iure naturæ: nec ẽt ad aliquod dictæ legitimæ supplementum. Sed eo ipso, q̃ maritata sit, seu maritata appareat, seu fuerit à prædictis, vel altero prædictorum, teneatur, & debeat esse cõtenta, ita q̃ bona paterna, vel materna, seu ẽt contra aliquem p̃dictorum occasione prædicta, seu iure aliquo vllo rpe nullum possit amplius habere regressum. Excepto eo, q̃ si pater, vel mater, vel eorum alter aliquid ei legauerit, vel aliquo modo dimiserit, quòd cum ratione ei possit dimittere, & illa mulier possit illud exigere, vel habere. Et ita dico, & consulo ego Baldus.

CONSILIVM CLXXIIII.

1 *Dispositio testatoris, qui cum haberet filiam vnam nuptam, & aliam in monasterio, interrogatus quos vellet esse suos hæredes, & hæreditatem suam habere, respondit fratres de Cartusia: an valeat.*

Quidam Dom. Rambaldus facta sibi interrogatione quos volebat esse suos hæredes. & suam hæreditatem habere. Respondit, illos della Cartusia. Ite testator habebat filiam vnam nuptam, aliam in monasterio, quas prærerijt. † Quæritur, an dicti fratres de Cartusia debeant aliquid
1 habere, nec ne, & quòd nihil debeant habere, probatur, quia non sufficit, quòd testator ad interrogata respondeat, sed de suo motu loqui, & exprimere nomen debet hæredis. C. de test. leg. iubemus. Sed hæc ratio non obst. quia ad pias causas etiam nutu quis potest hæres institui, vt not. extra de testamento. capitu. cum tibi. & est gloss. satis no. Item alia ratione videtur, quòd non valeat: quia si vnus filius est præteritus, omnibus aperta est via dicendi nullum. ff. si tab. testamenti nullæ extabunt. leg. 1. in fin. Item institutio non valet filio præterito, vt in authentic. ex causa. & ista regula non fallit nec in Deo, nec in sanctis suis, cum hoc non pertineat ad consilium Augustini. Hic considerandum est, quòd verba, dicunt esse suos hæredes, & vsque adhuc nullo modo valeat testamentum, sequitur, & hæreditatem suam habere, si istud referatur, scilicet iure institutionis, est superuacuum, & iniquum: quia iam dictum erat, si vero intelligatur ampliatiue, id est, quomodo, & qualiter possit, tunc iure institutionis non valet. sed valet, vt valere possit, vt ista clausula ad robur apposita videatur, & aliquid operetur, & sic videatur dixisse, hæres esto, vel saltem, bona habeto: quia natura copulæ est ampliare. ff. de legatis tertio, lege eatamen. Et quia hoc suadet præcisa voluntas testatoris, & fauor animæ, & quia verba debent aliquid operari, & non debent interpretari in eam partem, ad quam nullus effectus rerum sequitur. Cod. de inoffic. test. leg. si quando: qua propter dico, iure testamenti non valere, sed iure fideicommissi valere dispositionem prædictam tanquam ab intestato, salua tamen debita iuris naturæ. Primò tamen oportet habere considerationem prauiter extortorum, & ad episcopum pertinentium. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXV.

1 *Hæres, qui recusat soluere legata vxori testatoris, nisi caueat de restituendo,*

sit transiuerit ad secunda vota, an sit audiendus, & an dicta cautio sit præstanda tempore solutionis legati, vel tempore contractꝰ secundi matrimonii.

2 *Quando quis sit grauatus onere satisdationis ad. vel contrahente testatore, vel à principe, an interim sit satisdandum.*

3 *Satisdato est triplex.*

4 *Manifestus furiosus quis dicatur.*

Casus, super quo consilium iure postulatur, est talis. Titius relictis tribus filiabus legitimis, & naturalibꝰ natis ex se, & Seia eius vxore legitima, ab huius seculi vita migrauit condito testamento, in quo dictas eius filias sibi hæredes particulares instituit, & dictæ Seiæ vxori suæ inter cætera tale fecit legatum. Item legauit, & iure legati reliquit eidem Seiæ vxori suæ omnia, & vniuersa, & singula iocalia, & vestes eidem Seiæ facta, & factas per dictum testatorem quæcunq; sint, & ad quemcunq; vsum parata pro ipsa tam quotidianum, quàm alium, & tam ad ipsius Seiæ ornatum, quàm alterius. quod legatum dicta Seia postulat sibi solui à Sempronio hærede vniuersali prædicti testatoris, qui Sempronius paratus est eidem Seiæ dictum expedire legatum, præstita tamen prius per dicta Seiam idonea cautione de restituendo prædictis filiabus, aut alteri ipsarum superuiuenti prædictum legatum, si dictam Seiam eorum matrem præmori contigerit. In casu tamen, quo ipsam conuolare contigerit ad vota secunda, dicta vero Seia dicit; se non teneri ad præstandam prædictam cautionem, nisi demum post
1 transitum ad vota secunda. † Quæritur, quid iuris, videlicet, vtrum debeat præstari prædicta cautio tempore solutionis, & expeditionis prædicti legati, an vero demum post transitum ad secunda vota. Quod vero non debeat satisdari, probatur pluribus rationibus. Primò: quia nulla l. cauetur, erubescimus sine l. loqui. in auth. de trien. & semi. §. consideremus. Secundo: qa istud onus satisdandi non est impositum à testatore, nec à contrahente, nec à l. ergo non est satisdandum. C. de hær. vel actione ven. l. 2. Tertiò: quia nõ recepit executionem alicuius actionis bonæ fidei, sed stricti iuris, sc. condõnis ex l. fœminæ. C. de secun. nup. ergo secundum naturalem doctrinam glossarum satisdari non debet. ff. de iud. l. in omnib. in gl. & à contrario sensu lfæ. Quartò: quia qui facit, quod debet, interim non tenetur cauere de non faciendo, vel faciendo. ff. de cond. ob causl. dedi. in prin. Quintò: quia satisdationes sunt præstandæ solum in casibus expressis in iure. C. de verb. sig. l. sancimus. & Insti. de satisf. Sextò: quia non debet grauari ante tempus, vt Inst. de excep. §. tpales. Septimo: quia supernacua est cautio ante nuptias, ergo non interponenda. l. hæc stipulatio. §. diuus. vt legatorum noie caueatur. Octauò: quia pñs status, in quo mulier est, durare præsumitur, donec appareat contrarium. C. de ser. expor. l. moueor. Nono: qa non est suspecta, cũ sit generis honesta matrona. de priui. cred. l. si creditores. Decimò: quia est purum legatum, non sub condõne, vel modo, & sic non ob. C. de indicta viduita. l. cui relictum, & l. fi. in glos. Vndecimò, q non interest hæredis, cum ad hæredem non sit legatum reuersurum, sed ad filios. ff. sol. ma. l. si socer. §. Lucius. Duodecimò: qa anteq̃ nubat, non est vsufructuaria, sed dña, ergo non tenetur pstare cautionem respicientem vsumfru. ff. de vsufr. earum rerum. Tertiodecimò, ne his oneretur onere satisfactionis, scilicet nunc, & qñ nubet. nam pro forma quasi vsusfruc. erit tunc cauendum, sed absurdum est, q bis grauetur, vt no. in l. si ante. iud. so. Quartodecimò: quia non debemus inspicere, qd euenire potest, nisi aliqua culpa, vel cõtrouersia præcedat. de culpa pater. ff. de negest. l. diuortio. de controuersia patet in l. harum. & l. egi. si seruitus ven. antecedens patet per no. ff. solu. mat. l. 2. Quintodecimò patet hoc ponderato tex. legis, hac edictali. §. his. de secun. nup. ibi, hoc est, si ad alias nuptias venerit, &c. Nota, venerit, sc. iam ergo post nuptias, & non tenetur ante satisdare: quia per secundas nuptias efficitur suspecta. C. de admi. tut. l. lex quæ tutores. & odiosa filijs, & legi. ante aũt non est suspecta filijs, nec odiosa legi, sed fauorabilis, & plurimum veneranda, vt in auth. de nup. §. 1. si quidem. Sextodecimò & vltimò vr casus legis in simili. nam si sit pr, vel mr, rogatus de restituendo filijs suis, non ante debet satisdare, antequam transeat ad secunda vota. C. ad
2 Treb. l. iubemus. §. 1. In contrarium vr, † nam qñq; quis grauatur onere alicuius restõnis à lege, aliqñ à contrahẽte, aliqñ à testatore, aliqñ à principe rescribente. Primo casu est interim satisdandum. V. gra. extraneus dedit dotẽ pro muliere, ex prouidẽtia legis acquiritur actio mulieri. ff. sol. ma. satisd. est præstanda. l. si constante. §. quoties. ff. sol. ma. Certe ista rõ non est consideratio illius. §. nam idem in quolibet dante dotem, puta ipsa muliere ẽt stipulante sibi reddere, sed ibi rõ est fauor dotis, nam maritus ibi satisdat, vt vr ibi tex. dicere, etiã si aliàs sit soluendo. Item ibi dies certa. Sed magis possumus allegare rõnem: qa dilatio data à lege magis assimilatur dilationi datæ à testatore, q̃ à contrahente, ergo est interim satisdandum. ff. qui satisd. cog. l. inter oẽs. ne prouidentia legis circumscribatur. ar. ff. de adop. l. his verbis. & ne contrariũ eueniat legis proposito, si interim qd est restituendũ, dissipet vel cõsumat, & maxime pecunia, q̃ optima est consumptioni. ff. si cer. pe. l. periculũ. ff. de vsu. l. si bene. Dicet aliquis, quæ ergo dña est inter ptorias & istas. Rñdeo, prætoria ẽt ab idoneissimo præstatur, hæc aũt non præstatur nisi cã cognita. i. si res verisimiliter non possit esse salua aliter; & hoc
3 pro qualitate personarũ, vt C. de pet. hær. l. fi. † Dico ergo, q triplex est satisdatio. quædam, quæ pstatur pro forma vsusfructus, & ista regulariter est præstanda à quocunq; ẽt summe idoneo. C. de vsufr. l. 1. in vlt. gl. & l. vsu. Quædam, quæ pstatur ex expressa, & spãli ordinatione legis, & idem. ff. vt leg. nomine caueatur. per totum. & d. l. hac edictali. §. his illud. Quædam est extraordinaria, quæ ex emergentibus causis, vt ita dixerim, & varijs rerum figuris oritur, & ista habet locum in omnibus iudicijs, sed facilius in bonæ fidei, quàm stricti iuris. ff. de iud. l. in omnibus. ne debitor in necem creditoris dissipet, vel consumat. Dico igitur considerandam qualitatem personarum: nam si iuuenis est, & suspecta circa nuptiarũ celebrationem, debet satisdare nunc, vel in forma posita supra in casu, vel debet satisdare nunc de satisdatione tunc, ne (vt dixi) si interim consumeret, vel occultaret, vel clam surriperet, & postea nuberet, absorta esset legis ꝓuidentia, qd esset valde iniquum, & non satisdando daretur mulieri materia fraudandi filios, & delinquendi. si autem mr aliàs esset idonea per possessionem immobilium, vel esset verisimile eam non nupturam, non putarem eam grauandam onere satisdationis, & facit. ff. qui satisd. cog. l. si fideiussor. §. vlt. ff. ad Tre. l. imperator. Secundo casu qñ debet fieri restitutio post tps incertum ex dispositione contrahentium, dici potest ẽt id, qd modo conclusum est ad l. 2. ff. de hær. ven. & ad l. dedi. de condi. ob causam. dic, vt in qualibet earum no. Cauendum autem dico filiabus, vel hæredi, si habet mandatum ab ipsis, vel est coniuncta persona. Et forte si protestari possunt, sibi ne soluat cautione non recepta. & per hoc satis habet mãdatum ad cautionem recipiendam. Cum aũt petitur cautio de modo implendo, non est dubium, q hæres petere põt, & excipere: quia ad eum pertinet tueri hæreditatem, authoritatem, & votum testatoris. ff. de lega. 3. l. si tibi. de ãnuis leg. l. Quintus. §. Pompon. Sit igitur conclusum, q bonus vir, id est, iudex in themate nro inspecta qualitate mulieris, & qualitate patrimonij dẽt ita filijs prouidere ex officio circa idoneam cautionẽ in partiendo, q in casu restõnis fiendæ ipsis pecunia salua sit. i. restituenda erit occasione in puncto contenta, ne lex sit ludibrio posita. alius casus de testatore tactus est, alius casus de rescripto expeditur. C. de prepimpe, ost. l. vniuersa. Sed hi casus non faciunt ad casum nrm. in casu igitur nro sit conclusum, q si qua suspicio sit contra mrm,
4 satisdare cogatur. † Qui tenet altare paratum est vsurarius manifestus per notorietatem facti. i. publicè diffamatus probata fama publica, & facti veritate. Item confessus in iudicio. Item per suiam declaratus. Alij non sunt manifesti, sed manifestam di. de vsuris. c. quanquam. lib. 6. de fur. l. furtorum. Ego Bald.

CONSILIVM CLXXVI.

1 *Substituto facta de pauperibus per hæredem instituto, & quandocũq; decesserit sine liberis, solo quod omnia bona mea distribuantur in pauperes per A. & B. meos executores, an sit directa, vel fideicommissaria, & quid si filius decesserit impubillari ætate, & an bona filij alunde quæsita sint distribuenda. nu. 4.*

2 *Substituto directa quid sit, & quid fideicommissaria.*

3 *Substituens sine distinctione temporum an videatur fecisse substitutionem fideicommissariam, an vero directam.*

Quidam nomine A. Ianuensis suum condidit testamentũ, & multa legata reliquit instituto sibi hẽde per hæc verba, Sempronio eius filio legitimo, & naturali. In alijs vero meis bonis mobilibus, & immobilibus, seu se mouentibus, iuribus, & actionibus quibuscunq;, instituo mihi hæredem

hẽdem vniuersalem Sempronium filium meum legitimum & naturalem. Item do, lego, volo, & ordino, & dispono, q si dictus filius meus Sempronius decederet qñcunq; sine liberis, & hæredibus ab eo legitime descendentibus, q omnia bona mea dispensari debeant pauperib. Christi pro anima mea, & aliorum prædecessorum meorũ per G. H. quos meos, & dicti filij mei executores, & fideicommissarios meæ pñtis vltimæ voluntatis eligo, facio, constituo, & esse volo. Et in casu, in quo prædicti fideicommissarij, & executores mei decederẽt ambo, antequam dispensarent, vt s. q nihilominus omnia bona mea ipsi filij meo relicta, vt s. dispensari debeant pauperibus Christi per F. & L. ambos meos fideicommissarios, & executores huius vltimæ voluntatis ordino, & constituo, post decessum prædictorum, G. & H. quibus eo casu do, & lego, & relinquo omni iure, modo, via, & forma, quibus melius possum, & potui, bailiã dispensãdi, vt supra. Eo saluo, & reseruato, q si dictus filius meus decesserit sine filijs, & hæredibus, vt supra dictum est, quòd tertia pars dictorum bonorum eorum non debeat dispensari pauperibus institutis, sed perueniat, q peruenire debeat in Titiam, & Mæuiam ambas sorores meas, quas meas sorores in dicta tertia parte instituo, & substituo, & ordino dicto filio meo, in eas iure fideicommissi, seu legati peruenire volo, si aliter capere non possunt. Decessit dictus hæres institutus in pupillari ætate, &
1 substitutioni locus est. † Modo quæritur, nunquid dicta substitutio sit pupillaris. Secundò, nunqd dicti pauperes Christi hæredes substituti vigore dictæ vltimæ voluntatis habere debeant duas partes ex hæreditate dicti testatoris. Item an bona omnia dicti filij pupilli defuncti, an vero duas partes ipsorum bonorum, qui hæres pupillus habebat plura bona materna ab intestato. Ad euidentiam præmittendum est,
2 † quòd substitutio directa est illa, ex qua defertur substituto ius adeundi hæreditatem ex substitutione. Substitutio fideicommissaria est illa, ex qua potest quis petere hæreditatem sibi ex fideicommiss. restitui, scilicet ex Trebelliano. fideicommiss. vero, quod non continet in se restitutionem ex Trebelliano, non appellatur fideicommissaria substitutio, sed appellatur fideic. rei singularis, seu non vniuersale, vt hæc probantur. ff. de vulg sub. l. verbis ciuilibus. & l. centurio. ff. ad Treb. l. 1. in princ. & l. mulier. §. vt Treb. & Instit. de singulis rebus per fideicom. relictis. in rubro, & nigro, cum similib. Secundò premittendum est, quòd ille, qui capit per mediam personam, non capit directe, sed per fideicom. quando oportet, q talis persona media hæreditatem restituat. sed ille, qui capit post mediam personam, non tñ per mediam personam, sed per seipsum capit directe, vt no. C. de fideicom. l.
3 eam, quam. † Tertiò est premittendum, q vbi testator non distinguit, nec nos distinguimus, & ideo sine distinctione tpum substituens vr fecisse substitõe indifferentem. i. omni ætati conuenientem. i. fideicommissariam, vt not. in l. precibus. & l. centurio. & in §. extraneo. & in c. Ray. & Rayn. fallit, si verba cogunt nos ad interpretationem directę, vt si apponatur in substitutione verbum, instituit, si filius meus decesserit sine filijs, talem instituo: nam hoc verbum est ciuile, & directum, vnde ista substitutio, si ætas. est, & qualitas filij, sc. quia sit in ptãte patris, est directa. ff. ad Treb. l. recusare. §. Titius. vnde hæc verba, instituit, & substituit, plenam substitutionem significant, & põt substitutus eligere directam, & fideicommissariam. & ita consuluit
4 Bar. & ego post eum sæpissime. Modo † restat videre de substitutione pauperum. Bar. sæpe consuluit, q executores vñr directe substitui, habito respectu ad vniuersitatẽ pauperum, & pro pauperibus, ita q possent nominare hæredẽ substitutum: puta quoddam hospitale in hẽdem, si eis videretur. & sic includerentur mr, & oẽs venientes impuberes ab intestato. C. de episco. & cle. l. si quis ad declinandam. Sed cõis interpretatio nõ extendit hoc ad bona extrinsecus q̃sita impuberi. & ideo ego sæpe consului, q isti essent executores fideicommissariæ nõ directæ substitutionis, licet substõ directa possit ẽe sub executore facti, seu distributore. Nã pt directe instituì, & substitui ciuitas, & vniuersitas dato executore distribuendi inter ciues, arg. extra de testis. c. cum tibi. Sed casu isto, quia verba dicunt, instituit, & substituit, nequaquam dubitandum est, substitutionẽ esse directam, & puto, q in totum quasi hoc verbũ instituit, sit declaratiuum pmissorũ, vt d. §. Titius. & verba illa, si aliter, &c. nihil minuunt de iure substitutorũ: qa eorũ fauore sunt apposita. Et ita hẽditas pertineat ad pauperes pro duab. partib. & pro tertia parte ad alias substitutas, videlicet sorores testõris. considerato, q est facta pupillo verbis directis. Ex quib. ẽt interpretamur directam factã de pauperibus, licet de sororibus sit minus dubium, quàm in pauperibus, quibus etiam fideicommissum deberet sine defalcatione restitui. Et ita dico, & consulo ego Bal.

CONSILIVM CLXXVII.

1 *De intellectu illius præcepti, factas tale quid, & si senserit se grauari, compareas recepturus sufficiẽs complementum.*

2 *Reus in possessorio quis dicatur.*

3 *Finita emphyteusi licet domino intrare possessionem propria authoritate, etiam si emphyteuta transtulisset possessionem in alium.*

4 *Emphyteuta, qui cecidit à iure suo, si non admittit dominum, videtur eum spoliare.*

5 *Si pro fundo soluebatur quolibet anno vnum par caponum, nec apparet de nomine contractus, qualis contractus debeat iudicari.*

6 *Censualis incedit in commissum: sed aduerte, quod recordor, quod do. Iaſ. in l. 1. C. de iure emph. tenet contra in differentijs, quas facit inter cõrductum emphyteuticum, & contractum censualem.*

7 *Inuestitus, qui non est in dolo, non potest accusari.*

8 *Dominus potest implorare officium iudicis, vt eum defendat in quasi possessione suis expellendis intrusoꝛem propria authoritate.*

1 **Ad euidentiam** † est premittendum, quod qñ iudex præcepit aliquid apposita clausula, q senserit se grauatum, compareat recepturus iustitiæ complementum, q illo comparente resoluitur præceptum in simplicem citationem: vr enim hoc præceptum fuisse alternatiuum, sc. q aut compareat. & ideo eo comparente satisfactum est: & in alternatiua sufficit, q altera pars sit executa. hoc no. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. meminisse. & ita tenent curiales curiæ Romanæ. Vnde super præcepto faciendi, quod est consumptum per comparitionem, non est amplius disputandum,
2 † sed vltrius procedendum, & videndum de iure partium. & si quidem iste comparens tm possidet, nõ debet procedi de facto ad expellendum ipsum de possessione: sed dẽt ei offerri libellus super petitorio, vt in auth. offeratur. C. de lit. conte. & ff. de rei ven. l. qui petitorio. & Inst. de inter. §. cõmodum. Si vero obscurũ sit, q possideat: puta, est qõ inter duos, qui dñr se possessores, inquirendum est, quis corporaliter possideat, & ille habetur reo, & aduersarius pro actore, vt l. liberis. §. vlt. ff. de lib. causa, & hoc verum, nisi reus, qui se opponit, opponendo intelligatur spoliare agentem: vt quia est colonus finito tpe locationis, vel est emphyteuta, qui cecidit ab emphyteusi, vt C. de iure emph. l. 2. nam iudex debet prohiberi vim fieri domino, ẽt ex officio, vt ff. de offi. procu. Cæsaris. l. 2. & hoc verum prius liquidato, q sit dominus, & q res sit emphyteutica. nam antequã iudici aliquid sit probatum, nihil mandare põt, vt C. vnde vi. l. mineminerint. & C. si per vim, vel alio modo. l. fi. ff. qui. ex cau. in poss. ea. l.
3 hoc autem. §. 1. & not. Inno. in c. solet. de sen. excom. † Secundò præmittendum est, q finita emphyteusi licet domino ingredi possessionem propria authoritate, ẽt si emphyteuta corporalem possessionem in alium transtulerit: quia non potest transferre nisi cum sua causa, suisq; vitijs, vt ff. de aeq. poss. l. Pompon. §. cum quis. facit, quod no. in l. 3. C. de pig. & si hoc potest facere sua authoritate, multo fortius officio iudicis implorato. nec erit necesse alia solennitas libellorum: quia imploratur officium iudicis super quadam executione legis. Ad hoc facit, quod no. Insti. de libert. §. multum. non enim in modum actionis intentatur hoc officium, sed imploratur, vt q̃ddam patrocinium ad exequendam licentiam iuris, vt C. de seru. fugit. l. requi-
4 rendi. † Item si emphyteuta cecidit à iure suo, & dominum reuertentem non admittit, spoliare vr, vt no. Dy. in c. qui ad agendum. de regu. iur. lib. 6. & C. loca. l. si quis conductionis. vnde ex officio suo iudex debet ipsum compellere, ne veniatur ad rixas, & arma cum dño, arg. ff. de vsufr. l. æquissimum. oportet tamen, q constet de contractu emphyteuticario per instrm, ar. ff. & C. de iure emphy. l. 1. vel per longam præstationem, vt C. de agr. &
5 censi. l. aliquibus. lib. 11. † Dubitari tamen pt, vtrum si testes dicant, q pro tali fundo soluebatur quolibet anno vnum par caponũ, iste contractus intelligatur emphyteuticus, vel cõtractus innominatus, do, vt des. ex quo contractu transfertur directum dñium fundi, nec incidit in cõmissum non soluendo, vt no. in l.
6 ff. de publ. † cõiter nos appellamus istũ contractũ censualem, & est cõis opinio, q incidat in cõmissum, vt Inst. locati. §. adeo.

his præ-

his præmissis, venio ad quæstionem propositam de inuestito à
7 nobilissimo viro D.Franciſchino de Gabiano. † Et primo dico, ꝙ illè inuestitus non potuit accusari: quia non fuit in dolo, sed
possessione vsus est pro iure suo. nam eadem licentia, quę competebat D.Franciſchino, vī sibi concessa, vt ff. de no. op. nun. l.
1.§.vsufructuarius. vnde nō fuit in dolo, nec in lata culpa, & ideo nec atrocem vim intelligitur intulisse, quæ sola criminaliter
punitur, vt ff. de ac. & oblig. l. seruus non omnibus. Quinimo si
mos regionis non est contrarius, nec res incidit in commissum,
debet in possessione defendi ope, & authoritate prætoris, vt superius est ꝓbatum. mihi visis actis, satis videtur esse probatum
de paterno, & antiquo censu, & ēt de nouo. & facit. C. de præscrip. 30. an. l. male agitur. de vsu. l. cum de in rem verso. & quod
no. C. de pact. l. si cer. annis. ff. de ser. vr. præd. l. seruitutes. extra
de elect. c. querelam. & quod not. per Cy. in l. 1. C. ne quis in sua
causa. est verum, ꝙ tutius fuisset facere processum seruato iuris
ordine. & facit, quod no. per Gul. de Cu. ff. de in integ. rest. l. omnes. Item ad succedentes inuicem eadem potestas debet extendi, vt extra de iud. c. quia. V. licentia enim ista, quæ data est à
iure dominis, &c. est authoritate publica, licet sit vtilitate pri-
8 uata, & ideo in eius executione iuris dēt versari officium. † pōt enim officium iudicis implorari, vt defendat dominum in quasi possessione iuris expellendi inuasorem propria authoritate,
quemlibet succedentem iudicem. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXVIII.

1 *Iuramentum minoris an, & quando facit, vel non facit valere actum statuto prohibente contrahi cum minore.*

1 Adeuidentiam † præmittendum est, ꝙ interdum stat. prohibet contrahi cum minore absq; consensu, ponamus cōiunctorum, & iūm minoris non facit valere actum aliter factum. C. de leg. l. nō dubium. de leg. 1. l. si quis inquilinos. § fi. C. ne fideiuſ. dotium dentur. l. 2. interdum stat. non loquitur prohibendo, sed dicit, quòd minor non possit. & tunc si stat. facit mentionem de iurō: quia dicit non obstante, si iurauerit, & idem. quia ius ciuile ex causa
potest reprobare iurm, vt ff. de iu. pat. l. adigere. §. fi. Aut statutum non facit mentionem iurī, & tunc quidam dicunt, ꝙ valet
iuramentum, vt in auth. sacramenta puberum. Alij dicunt, ꝙ
nō valet iurm; quia dispositio facta per auth. sacramenta puberum. non possit per statutum in totum tolli: tamen potest modificari adhibita certa solennitate approbando contractum, &
ea non adhibita reprobando, ar. ff. de don. cau. mor. l. Thais. &
communiter ita seruatur. nam forma non seruata vterq; contrahens peccat in forma, & quia statutum dat formam consensui, & impedit naturalem obligationem oriri non seruata illa
forma. Et ad hoc facit, quod no. Bar. ff. de fideiusl. si quis pro eo.
& ita communiter tenetur in foro seculari. Ex hoc sequitur, ꝙ
dicta promissio, & renunciatio non tenuit, & maxime quia minor non fuit certioratus de beneficio statuti, vt not. Cyn. C. de
resc. ven. l. 2. Super secundo dico, istam tacite professam tam ex
actibus professiuis, quàm ex temporis diuturnitate, nisi cōtrarium probaretur, & ista filia, seu monasterium ex eius persona
venit simul cum fratre de iure communi. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXIX.

1 *Instrumentum factum in loco prohibito an faciat fidem in alio loco.*
2 *Locus instrumenti seu contractus in decisoriis ipsius inspicitur.*

1 Instrumentum † factum in loco prohibito non facit fidem in aliquo loco, & est ratio: quia authoritas nulla est, cum debeat interuenire eo
loco, & tempore, de author. tut. l. obligari. §. fin. cum ergo defecerit authoritas notarij, ergo non valet sua scriptura. Secunda ratio: quia sententia statuti ita annullat scripturam, sicut sententia iudicis. Sed sententia iudicis annullat vbiq;; ergo & sen-
tentia legis, in auth. de non alie. §. quia vero C. de testamentis. l.
2 iubemus. † Tertia ratio est communis omnium docto. quia in decisorijs instrumenti inspicitur locus instri, sicut contractus.
l. si fundus. ff. de eui. & l. cunctos populos. & ideo instm, de quo quæritur, licet non sit factum à priuato, sed ab eo, qui habet authoritatem ab Imperatore. C. de sepul. vio. l. 3. §. diuus. tamen
quia factum est ab interdicto, in illo loco suscipere instrumentales rogitus, in nullo loco probationem facit, tanquam nō rogatus: quia rogari non potuit, facit tamen indicium, vt no. in l.
admonendi. Ego Baldus.

CONSILIVM CLXXX.

1 *Legitimatio nepotis spurii in præiudicium nep. an valeat. nu. 4. & 5.*
2 *Si pater, vel auus nominet in testamento aliquem filium, vel nepotem legitimum, an videatur esse talis.*
3 *Filiatio qualiter probetur.*

Mortuo filio, ex quo auus habebat nepotem non legitime natum superstite nepte legitima, & naturali, auus fecit ipsum per comitem legitimari. Item in testō suo vocauit eum nepotem, suumq; sibi vniuersalem hērem instituit, neptem autē instituit in certa quantitate: tandē mortuo isto testatore filius dicit in totū se succedere, & allegat tria. Primo; ꝙ negat eū nepotem. Secundo dicit, per nuncupationem testamenti eum nō legitimatum. Tertio dicit, legitimationem comitis non valere. Econtra allegantur tria, sc. ꝙ est filius filij, ꝙ
est legitimatus per rescriptum, & ꝙ si non esset per rescriptum legitimatus, est legitimatus per testm aui. Iste aūt bastardus fuit
natus ex soluto, & soluta, tñ ex quadam Fanticella vidua. Modo
1 quæritur, quid iuris. † Respōdeo, qui dicit se filium, & negatur filius, debet hoc probare. ff. de prob. l. 1. Sed qualiter probabit? Rndeo, difficile est hoc probare respectu patris. ff. de condi. &
2 dem. l. Lucius. † non enim probatur, eo ꝙ vocabat eum filium, sed rebus ipsis, & factis: vt ꝙ alebat, & tenebat eum, vt filium publice in domo vicinis videntibus, extra de prob. c. per tuas. de
filijs presby. c. Michael. i. ꝙ tenebat, & tractabat eo modo, quo cōiter solent, & debent tractari filij. ff. de verb. ob. quidam cum
3 filium. † oportet autem & quædam præcedentia concurrere, puta ꝙ sit natus in domo. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. l. filium. vel aliqua alia verisimilia, puta, ꝙ extra domum erat solitus accedere ad eam, vt C. de prob. l. non nudis. & l. non epistolis. & alia verisimilia, quæ dēnt inuestigari, puta verisimilitudo, quę cognata est naturæ, & est locus à cōiter accidentib. & ideo sola assertio aui nō probat eum esse nepotem. C. de fideiuſ. l. eam ēt. C. de hære. iust. l. si parer. ff. de manu. test. l. vxorem. ff. de pact. l. epistola. Præterea vbi agitur de successione, vbi quis debet probare se talem, non sufficit probare quasi possessionem, nisi probetur aliud antecedens, puta mrimonium, cohabitatio, & alia verisimiliter coadiuuantia: quia in decisorijs petitorij non sufficit possessorium, nisi iuris præsumptione sit approbatum. C.
vnde legiti. l. non hoc. l. 1. §. 1. de itine. actuq; prima. l. 2. §. quidam.
4 ff. de interd. Venio ad secundum, † & dico, ꝙ in rescripto non fit mentio de legitimatione nepotum, & merito: ꝙ a patre nepotis mortuo tūmato, qui hēt procedere per ordinē graduum; non hēt suum esse circumscripto filio. hoc not. Guli. de Cu. in l. benignus. ff. de leg. præterea iste spurius non naturalis: quia accessus ad viduam punitur pœna stupri. ff. de qō. l. si quis viduam. nisi hēatur in forma concubinatus. ff. de concu. l. in concubinatu. & ideo rescriptum non valet. Venio ad tertium, & dico, ꝙ ad
hoc, vt testm tūmet aliquem, requiritur, ꝙ mrimonium sit possibile natura, de iure, & de facto: & sic veniens secundū bonos
5 mores, ita Bar. consuluit, vt ff. qui, & à quib. l. si rogatus. §. matrimonij. † Sed hic mortuo filio, & etiam viuo vxorato omnia ista impossibilia sunt; vñ concluditur pro nepte contra istum, siue ꝙ non filius, siue ꝙ spurius est, & tūmatio nulla fuit. Ego Bald.

CONSILIVM CLXXXI.

1 *Qualiter intelligantur illa verba, quæ ponuntur in compromisso, quod possit auferre de iure vnius partis in magna, & parua quantitate: & an per talia verba possit auferre dominium. nu. 4.*
2 *Magna, maior, & parua quantitas quæ dicatur. nu. 3.*
3 *Arbitramentum assimilatur transactioni.*

1 Primo † quæro, ad quid operetur potestas data mero arbitro auferēdi de iure vnius partis, & dandi alteri in magna, & parua quantitate. & videtur, quòd nihil operetur: quia sententiæ arbitri debet stari, etiam si in totum lædat. ff. de arb. l. diem proferre. §. stari. Item ista verba in parua, & magna quantitate ex intentione proferentiū data sunt ad augmentum, ergo non restringunt. ff. de fun. instru. l. quæsijt. §. pen. In contrarium videtur: nam referendo nos ad merum arbitrium taxationis loco habentur hæc verba in parua, & magna quantitate, & quia super tanto non super toto est data potestas, arbiter igitur si maxime, id est, enormiter lędit, potest haberi recursus ad superiorem, vt reformaret, qđ valde inique factum est, vt no. de verb. sig. l. illa verba. Et certum est, ꝙ argumentum sumptum ex intentione cōtrahentium validum est in iure. ff. de act. & obl.

1 verba, quib. est vsus officialis positus super incantu. † nã si verba præconis dicunt, ꝙ plus offerenti dabitur, & est appositus aliquis terminus, & ille terminus est lapsus, ita ꝙ tempora statuta nõ patiũtur vlteriorẽ licitationem: tunc certũ est, ꝙ ei dabitur qui plus obtulit, dũmodo p officialẽ acceptũ sit id, quod subhastari supponit, & in incantu infixa sunt. Si autẽ non est acceptatus, quia fortè non idoneus, non est liberatus primus incantator, arg. ff. de in diem adiecti. l. vbi autẽ. §. idem air. Idem si tempora largiantur, quæ statuta sint à iure cõmuni, vel municipali. Nam interim melior licitator potest admitti & ei stabilire, ꝙ si non appareat vlterior licitator, remanet apud illum, qui acceptatus fuit: nam satis videtur idoneus, qui est tanquã idoneus approbatus, & admissus: vt ff. de fideiusso. l. qui satisdare. & ff. mandati. l. inter causas. §. abesse. Ideoq; prævalet, ꝙ nouissimè factum est, ar. ff. de acq. pos l. si quis ante. & C. de pac. l. pacta nouissima, & prior licitator nouatione personæ, & contractus liberatus est imò verius nõ incidit efficaciter in obligationẽ, quæ à prin. fuit in pendenti. Non obst. ff. de in diem adie. l.
2 quia ibi non pendebat contractus, sed eius resolutio, vel si dicamus, ꝙ sit contracta obligatio, dicimus, ꝙ fuit cõtracta inobligabiliter, & irrecensibiliter, vt ita dixerim. De materia hac plenè no. in tex. & gl. ac per Bart. vltra subtiliter allegata per vos in l. si tempora. C. de fid. instr. & iur. haste fiscli. 10. Cum igitur in proposito appareat, ꝙ vltimus licitator fuerit admissus, & acceptatus, & ei fuerit confidatus incantus: non est dubiũ, ꝙ ipse est in obligatione subsecutus, & primus exemptus. vbi est cõsiderãdum, ꝙ illa verba, qui mille subhastabit, habebit vnum solidum pro libra, hoc important, ꝙ plus offerenti dabitur. Nam ex quo datur præmium, & onus videtur collatum, ar. C. de fur. l. manifestissimi. §. sed cum in secũda. & ff. de leg. 2. l. sed in duob. & ff. ad Treb. l. nonnunquã. quia igitur facta est translatio contractus, primus promissor est liberatus, vel non incidit in obligationẽ, vt dixi ad hoc. ff. de prator. stip. l. Valerianus. & C. locati. l. si cum Hermes. & ff. loca. l. si cum plures. §. lege dicta. & ar. ff. de fideiusso. l. si stipulatus est opus. in ratione literæ. & si officialis malè contraxit, suum est periculum, & non eius, qui primò obtulit, cuius oppositio acceptata non fuit, vt ff. si cert. pet. l. periculum. & l. cum quæritur. ff. de admin. tut. Et ita dico, & consulo. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCII.

1 *Quis admittatur seu præferatur in successione feudi paterni siue antiqui.*
2 *Donatio, seu alienatio ettiam per testamentum non valet de feudo: sed admittitur proximior.*

1 Fratres †cum fratrũ præmortuorum filijs succedunt in feudo paterno, siue antiquo: deinde agnati vltεriores sẽdm ordinẽ gradus, sicut in bonis alijs. de gradib. succedendi in feu. c. 1. §. his verò deficientib. nec valet in feudis ordinatio testaméti, dicit em̃ tex. nulla ordinatione defuncti in feu-
2 do valente. de succes. feu. c. 1. 2. respõso. † Itẽ nec valet donatio in præiudiciũ agnatorũ vllo modo: dicit em̃ tex. donare aũt, aut pro anima iudicare nõ pt. qualiter olim feudũ poterat alienari. c. 1. §. donare. de prohi. alie. feu. per Lotharium. c. 1. dicendũ igitur vr, ꝙ istud feudũ ad ꝓximiorẽ ptineat, vt in c. 1. de nat. succ. feu. col. 10. ibi, & hoc est, ꝙ dr, ad ꝓximiores ptinere. Nã ratio ordinis hoc facit, vt proximior præferat, vt in auth. post fratres fratrumq; filios. C. de legit. hær. nec enim inuenio, ꝙ ista successio exorbitet à natura graduũ, & ideo in ea vti possumus iure cõi, vt in c. Olber. §. strenuus. de feudi cogn. col. 10. & hoc est, ꝙ dicit Iac. de Bel. in d. tit. de natura succ. feu. super verbo, ꝓximiores. nõ tñ inquit, debent oẽs simul succedere: sed qui inter eos sunt gradu proximiores, seu qui obtinẽt gradũ proximiorẽ debent præferri. Iac. de Bel. quapp Gab. potior est Bar. in fe. In alijs autẽ bonis valet don. & valet testm̃, & vtrunq; est seruandũ, extra, de testa. c. Ray. & l. 1. C. de sacrosc. eccl. cum si. Ego Bald.

CONSILIVM CXCIII.

1 *Iudicium factum cum filiofamilias est nullum ipso iure patre non consentiente.*
2 *Statutum prohibens de uullitate dici, intelligendum est de personis habilibus.*

1 In decidendo † debemus stare gl. quæ est in d. §. necessitate. l. cum nõ solùm. C. de bo. quæ lib. scilicet ꝙ iudicium prędictum est ipso iure nullum: nec enim habetur pro patre. f. hoc casu, quia loquitur in aduentitijs, vt in c. si annum. extra de iud. lib. 6. nec aliàs, &c. Executio legitimè minus facta per iudicẽ debet reuocari quatenus de fa-
2 cto processit. ff. de re iu. l. si cum nulla. † Statutũ, quod præcludit viam dicendi nullum, intelligendum de personis habilib. l. vt gradatim. §. & si lege. & mun. & ho. nec dicitur negligens filiusf. quia non dicitur negligens qui potest repelli per excepti. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. item quæritur. l. 1. in fi. ff. de anna. excep. & qui non est negligens, non læditur ex temporis cursu, vt no. in Auth. de appel. col. 8. post prin. Ego Bald.

CONSILIVM CXCIIII.

1 *Tractat de intellectu, c. 1. de despon. impub. lib. 6.*
2 *Statutum loquens de uxore per verbũ, copulata, an intelligatur de minore.*

Incipiam à radice. s. an inter dominum Christophorum, & puellã fuerit matrimoniũ, nec ne.
1 † & certum est, ꝙ ab initio non fuit prohibente ætate puellæ, oportet ergo, si fuit, ꝙ fuerit per conualescentiam. an ergo per actus allegatos per dom. Christophorum circa carnalem copulam conualuerit. punctus iuris est potius, quã facti, videlicet, an actus prætensi sint sufficientes, supposito, ꝙ essent probati præsupposita absentia dom. Christophori tempore adolescentiæ puellæ. & de ista quæstione est casus in cap. 1. extra de despon. impu-

impu. lib. 6. per omnes alleg. vñ ad hoc, vt videamus, ꝓ qua parte sit casus. cõsiderandũ est, ꝙ illud capitulũ loquit̃ de conualescentia, nam primo loquitur de cõualescentia sponsaliũ, quę ab initio non tenuerunt infantili ætate prohibente, vsq; ibi, ideo quoq;. secundò de cõualescentia matrimonij, quæ ab initio nõ tenuit pupillari ætate nõ patiente: quæ tñ patiebatur sponsalia de futuro vsq; ibi: prædictus tñ. dicit ergo, ꝙ conualescũt sponsalia per cohabitationẽ, in verbo, pro cohabitatione: seu aliàs verbo, vel facto ipsorũ, non ipsorũ liquidò appareat, eosdẽ non eosdem. & tñ ℑ dixerat, ꝙ vnus erat à principio maior infante, & dicit ipsorũ amborũ, non dicit infantis tm̃. Modo sequitur in tex. idẽ quoq;: & transitũ facit ad maiores infantiæ, & dicit idẽ quoq;. id est eodẽ modo quoq;. scilicet quò ad cõualescentiam matrimonij idem modus seruandus est, scilicet vt conualescat addito vno modo de carnali copula. cõualescit ergo matrimoniũ, ꝙ ætate prohibente nõ fuit à principio matrimoniũ p carnalẽ copulã subsecutã. Itẽ p cohabitationẽ, seu aliàs verbo, vel facto ipsorũ, sicut ℑ dixerat, appareat de perseuerãtia volũtatis, & repetit in suba eundẽ sermonẽ, dũ dicit, cõtrahẽtes eosdẽ. dẽt ergo apparere de nouo cõsensu pseuerativo vtriusq;, quia dicit, eorũ, & nõ ex leuib. psumptionib. sed euidẽtib. inter sese factis, vel inuicẽ prolocutis. nã si vnus facit, vel dicit aliqd altero absente, & ignorante: nã vnus solus sicut nõ facit matrimoniũ esse, ita nec dat ei conualescentiã: vt C. de nupt. l. si vt ꝓponis. nec põt dici, ꝙ ibi loquatur eo casu tm̃, qñ vterq; erat impubes, eo ꝙ dicit. i. qñ. i. postquã, & sic necessaria sunt noua signa consensus. Etiã aliud est dicere, facio, aliud faciã, vt no. C. de sen. & interloc. om. iud. l. cũ iudex. eos ad pubertatis tẽpora peruenisse. quia ista verba sic prolata fuere, vt vtrunq; casum ℑ permissum breuibus verbis cõprehendat, & neutrũ dimittat intactũ, alioquin distinguere debemus, & dicere eũ, seu eos. ff. ad Treb. l. Iulius Phæb. Præterea ꝙ ista sit intentio literæ, apparet per eandẽ literã, quæ dicit, ꝙ iuris interpretatione fuerũt sponsalia de futuro, ergo æquipollent verbis futuri tpis .i. ego accipiã te in vxorẽ, qñ tps patiet, & tu me: ita em̃ verba resoluunt. Sed per alia verba, nunq̃ deuenit ad mr̃imoniũ p actũ vnius tm̃, sed vtriusq;, ẽt si essent prolata inter impuberes. C. de sponsa. l. 1. extra de spõ. c. præterea. Et si dicatur, maior debeꝫ cõsentire, concedo, ꝙ est obligatus facere, nondũ tamẽ fecit: vñ nexus matrimonialis, & vxorius natus nõ est: duæ em̃ sunt obligationes: vna, quæ vocat nexus matrimonij. Alia, quæ vocat obligatio personalis ad cõtrahendũ. prima est effectiua, & realis iuris inductiua. secunda non, vt patet expresè ex eo, ꝙ leg. & no. in c. de illis. §. fi. & 30. q. 2. c. si quis ingenuus. & ibi no. & ita dixerim, ideo actus debent esse hincinde, vt se inuicẽ tradere videãtur, & quasi traditionẽ acquirat̃ ius reale matrimonij, sicut dicimus in materia voti solennis, & nõ solennis. nõ fuit igitur matrimoniũ in casu nostro contractũ, nec per conualescentiã ratum: quia solo verbo vnius cõualescere non potuit. & si d. Christo. reb. sic se habentib. impetrasset aliquod ecclesiasticum beneficiũ, vel accepisset secũdam vxorẽ, valuisset: quamuis de fide rupta esset ei pœnitentia canonica iniungenda. ideoq; verũ est eam per matrimoniũ non copulatã: & sic dotem lucrari nõ debere: vt l. si extraneus. ff. de cõd. ob causam. ff. fol. mat. l. si ante. ff. de iure dot. l. fructus ff. de doli excep. l. pater. Fuit insuper in ista causa subtilissimè allegatũ pro, & cõtra: & multa reuoluta super intellectu statuti sci-
2 licet qualiter intelligatur verbũ † copulata: & an statutũ habeat locũ in matrimonio minoris: quia Bar. dicit, ꝙ nõ, in l. si cõstante. Alij dicunt cõtra: quia alienatio legis est, & digno nupsit: vt dixi super verbo copulata matrimonialiter. dicunt, ꝙ quò ad lucrũ dotis intelligit̃ de ductione, præcipuè sẽdm cõmunẽ vsum loquendi: licèt quò ad substantiã fœderis matrimonij intelligat̃ de solo cõsensu. & tot verba fuerũt subtilissimè dicta, ꝙ esset nõ paruus codex Ego ad radicẽ vado: qa nõ vr̃ mihi cõstare de matrimonio. Et ita cõsulo sine ꝓiudicio lati laudi, cui derogare nõ intendo, si valuit, & irreuocabiliter valuit: aliàs laudũ non afficit mulierẽ: qa sẽdm ea, quæ ꝓponuntur, esse reformandũ, nemo intelligit, ꝙ dixerim, ꝙ in cohabitatione stet põdus mr̃imonij. Sed inter cętera stat põdus taciti, & realis testimonij. Bal. frater vester de Peru. ita tenet, & cõsuluit sub signo, Papiæ. 17. Iul. de expe. litis cõstat nõ reficiẽdas. C. de re cre. l. gñaliter. §. 1. in gl. Reuerẽde dñe, qa pres nõ dimiserũt mihi statutũ de cõpromis. imo re acceperũt ipsum, ideo scripsi sub cõdõne: sed memor statuti ex repertis postea dico, ꝙ dictũ laudũ pt, & dẽt reduci ad ar bitriũ boni viri tanq̃ iniustũ. & finaliter dico, ꝙ d. Christo. non habet ius in causa ista secundùm acta, & probata. Ego Bald.

CONSILIVM CXCV.

1 *Matrimonium tam de iure canon. quàm ciuili qualiter probetur, & qua requiratur in eo.*
2 *Si pater nominat filium aliquem in testamento, an per hoc sit indicandus legitimus, & an talis succedat in feudo. num. 3.*

In hac causa, de qua quæritˀ, primo videndũ est de statu. i. de legitimãte. Scdo de bonis,
1 & primò de allodijs, seu de proprietatib. scdò de feud. † Circa primũ sciendũ est, ꝙ sẽdm iura ff. orum. in consuetudine liberæ mulieris tentæ in domo in scemate. i. ordine, & onere nuptiali matrimoniũ præsumit̃, nisi in cõtrariũ intercueniat protestatio: vt ff. de ritu nup. l. in liberæ. ff. de concubinis. l. in concubinatu, nã ipso facto declarat̃ animus, & volũtas, quæ sola est de substãtia matrimonij, ar. C. de inst. & substi. l. reprehẽdenda. Et ex ipsa impẽsione honoris discernit̃ vxor à cõcubina. ff. de leg. 3. l. itẽ in legato. §. parui. Sed de iure cano. debẽt interuenire verba expri mẽtia cõsensum de psenti: aliter nõ est matrimoniũ. si cõtrahẽtes loq̃ pñt. extra de pscr. c. illud. & no. in l. cũ notissimi. in prin. de pscr. 30. an. dicit Cy. ꝙ in successionib. dẽt seruari ius ciuile, vt ipse no. C. de nup. l. si vicinis. nam ipsę successiones iure ciuili deferunt̃, ergo in foro Cæsaris seruet̃ ius ciuile, ar. extra de app. c. si duob. §. 1. Sed certè ꝓ Auth. q. mo. na. eff. leg. §. qñcũq; col. 6. vr̃ determinari, ꝙ inter eos, ꝙ tenent mediũ statũ. l. ab illustrib. ℑ vsq; ad plebeios minoris cõdõnis excludiũt, requirat̃, ꝙ batio p scripturã, sed illo iure nõ vtimur, vt ibi no. Ad veri similes ergo cõiecturas de iure ciuili recurrendũ est. ego nõ puto in hoc à iudicio ecclesiæ discedendũ, quicqd dicat Cy. vt extra de or. cog. c. tua. & in c. lator. q fi. sint leg. iudiciũ ecclesiæ bñ cõsistit in factis, & signis, vbi nõ sunt testes, qui interfuerint cõtradictioni matrimonij, & præcipuè vbi non agitur de fœdere matrimonij, sed de legitimatione filiorũ, vt no. Inn. in c. ex parte. de rest. spo. & Archi. 10. q. 3. c. fœminæ. nã si ab initio aliqua est ducta in domũ, & vxor fuit tẽta, tractata, & vocata vt vxor: & publicè annulũ portauerit tanq̃ vxor, tũc ex ipsis reb. & signis habemus testimonia matrim. extra de probat. c. per tuas. ff. de ritu nupt. l. mulierẽ. & matrimonium, ꝙ debet plenè probari, vt no. in l. 1. §. si ea. ff. de ven. in pos. mit. probatur dictis modis secũdum Inn. si verò non fuit vocata vxor, nec portabat anulũ, præsumitur cõcubina: per locum à moribus siue ab assuetis: & per d. c. illud. de
2 præb. cum si. Restat videre, † si pater in testamento, eum nominauit filium, nec addidit naturalẽ: an ex hoc legitimè natus, vel legitimus debeat iudicari. & nõ videtur de hoc dubitandũ: quia est casus legis scilicet in auth. item si quis. C. de na. libe. vbi dicitur, ꝙ habens naturales de muliere, quæ vxor ei esse poterat, in testamento nominans eos filios, huiusmodi filij legitimi, & successores erunt. Quod Bart. in quodam suo consilio sic exponit, dum dicit, quæ ei vxor esse poterat: dicit scilicet de natura: quia viuens de iure: quia nõ prohibita de facto: quia non absens, & secundum bonos mores habito respectu ad qualitatẽ personarũ, ff. qui, & à quib. l. si rogatus. §. matrimonij. Ex hoc sumi hoc verbum poterat. ff. de ver. sig. l. nepos Proculo. ego credo, ꝙ de potentia tm̃ loquatur: nam boni mores nunquã sunt in concubina. Itẽ ꝙ tunc viuat, vel sit præsens mulier, est truffa: cum ea mortua, & absente possent verbo patris legitimari: vt in Auth. quib. mo. nat. eff. sui. §. illud. veniendo ergo ad puncta formata nõ est dubiũ, ꝙ valet testm̃ quò ad allodia. eo. tit. §. si verò filius.
3 † Quid de feudo. Resp. hoc est feudũ paternũ, & non succedũt naturales, nec operatur ista legitimatio quicquã in præiudiciũ agnatorũ, vt in c. naturales filij. & meritò, quia necillis agnascitur, vt in d. Auth. §. & generaliter. nec propriè fit legitimus, nisi per quandã imaginationem, id est fictionẽ, quæ nõ habet locũ in feudis. Item nec pater potest de feudo testari: quia testaretur de iure tertij. c. 1. de suc. feu. col. 10. vñ oportet, ꝙ iste filius legitimet̃ ab Imperatore ad istud feudũ facta mentione agnatorũ, aliàs nõ valeret rescriptum. Si autẽ est feudum nouum, componat pater cum domino, & faciat inuestiri filium. Ego Bald.

CONSILIVM CXCVI.

1 *Confitens in instrumento se habuisse, & recepisse certam summam pecuniæ non spe futuræ numerationis, sed ita veritate renuncians exceptioni non num. pec. an possit postea proponere querelam non num. pec.*

2 *Statutum disponens, quod mulier dotata à certis personis non succedat, quid si tempore mortis testatoris non est dotata, sed dotatur postea.*

Quædam mulier Leoneta fuit confessa se habuisse, & recepisse à quodã suo patruo 300. flor. aur. ex causa mutui: asserens se non facere hanc confessionẽ spe futuræ numerationis. & renunciauit excep. non nu. pec. deinde mortuo patruo ỹ bienniũ ista proposuit querelã nõ nu. pec. cõtra hæredes patrui, & petijt dic. quitationẽ restitui. Ex aduerso fuit oppositũ, ꝙ dicta cautio erat solennis, & ꝙ dictũ dubiũ vigebat, vñ dicta Leoneta tenebat ad dictũ debitũ soluendũ. deinde dicta Leoneta ꝓbauit per notariũ, & testes instr̃i, ꝙ tpe cõfecti instr̃i nulla interuenit pecunia, seu numeratio. dr̃ & ꝓ parte dictæ Leonetæ, ꝙ non valuit dicta renunciatio: cũ mulier nesciat, quid dicta renunciatio importat, & nõ fuit super hoc certiorata. Sed ex aduersa parte vr̃, ꝙ dicta cõfessio fuit facta ex iusta causa: quia dictus patruus ꝓ dote dictæ Leonetæ soluerat dictam quantitatẽ, quæ ea. potuit per stipulationẽ in causa mutui conuerti: vt C. si cer. pet. l. si ex precio. sed ꝓ parte dictæ Leonetæ negat, & instr̃m mutui nõ refert se ad hæc, modo quærit, qd
1 iuris. †Et sicut notissimũ est, in hoc sunt tres opi. vna est opi. gl. ꝙ renuncians exce. nõ nu. pec. possit hanc querelã ỹ biennium ꝓponere, dumtũ probet pec. non nu. nã ista renunciatio debet aliquid operari. operat' ergo hoc, vt refundat' probatio in renũcianté, & ista est sñia glos. quã tenent quidam Mode. nam exceptioni nõ nu. pec. ꝓt renunciari tacitè per lapsum biennij, ergo & expres. Alia opi. est, ꝙ ex quo ꝓ in publico instr̃o est renũciatũ excep. nõ nu. pec. ꝙ standũ de instr̃o, & exce. nõ ꝓt opponi: nam eo ipso, ꝙ asserit se cõfessum nõ spe futuræ numerationis, standũ est verbo suo cõtra se: vt l. cũ precib. de prob. & ista est opin. Per. imo est opi. Accur. in l. 1. t. C. de dote cau. non nu. alioquin, vt ibi dicit gl. totus mundus erraret: quia de cõsuetudine vbiq; ista instr̃a habent' pro validis, ita dicit ibi gl. Tertia opi. est moderniorũ, q dr̃, ꝙ ista renunciatio intelligit' facta spe futuræ numerationis: vt l. fi. C. de nõ nu. pec. & ꝙ ꝓcedit eadẽ facilitate, qua cõfessio. ꝓ hac opi. facit. l. vlt. ff. de cõsti. pe. Prætereà ille, q cõfitetur habuisse, & recepisse, & penes se hr̃e: eo ipso renũciat excep. nõ nu. pec. & tñ l. caueat, ꝙ hẽt exce. vt legit. & no. ff. de sol. l. si ex plurib. & licèt hoc videat' contra tenorẽ instr̃i, tñ ille tenor hẽt in se tacitã cõditionẽ: vt ff. loc. l. quęto. §. inter locatorẽ. prętereà dicimus, ꝙ triplex est mutuũ. l. naturale, & ciuile, cui natura cooperat', & ciuile tm̃, cui cooperat' cursus biennij, nec adijcimus quartũ mutuũ. l. ciuile, cui renunciatio cooperet'. vnde cũ istud quartũ mutuũ nõ inueniẽ' in iure, non debemus ipsum superstitiose inuenire, vt ff. de act. & obl. l. obligationum ferè. §. placet. & l. 2. §. verbis. ff. si cert. pet. Itẽ ex renũciatione nõ nasciẽ actio certa, nec ante bienniũ est nata efficaciter, ergo agi nõ ꝓt. Prætereà ante bienniũ cõfessio est in pendenti, ergo renunciatio, q̃ eius accessoriũ. sol. in casu nostro: quia renunciatio est facta à muliere in ipso instr̃o, & eadẽ fragilitate, qua cõfessio: puto mulieri subueniendũ, & in ea in dic. querela pronunciandũ, nisi statutum, vel cõsuetudo aliter se hr̃et. vel si velimus tenere opi. q̃ ponit onus probãdi querelanti, nec distinguit inter masculũ, & fœminã, tñ dico, ꝙ ista Leoneta intelligit' probasse negatiuã, prout est possibile ꝓbare: fatuũ. n. esset dicere, ꝙ qs teneat' ꝓbare negatiuã impossibile probari. sufficit igit' probare. ꝙ tpe numerationis cõfessionis nõ interuenit numeratio: qa probare, ꝙ nunq̃ fuit pec. nu. est impos. nisi per cõfessionẽ aduersarij. ff. de prob. l. actor. de non nu. pec. l. assueratio. Et in hoc differt mutuũ ab alijs cõtractib. qui nõ consueuerũt celebrari, & frequentari spe futuræ numerationis: vt ff. depositi. l. Publia. §. fi. & ff. de institutoria. l. Luc. & in Auth. de fideiu. §. pe. Cõcludẽdo in isto passu dico, ꝙ dña Leoneta hẽt ius: quia neq; alia obl. substantiã ad stipul relata, vt ex dictis testiũ patet: reseruato tñ iure hr̃dib. patrui, si quid soluit ꝓ di. dña Leoneta tanq̃ eius gestor, ꝙ possit repetere illud p ac. neg. gest. ff. de cõp. l. ꝙ in diẽ. §. fi. & ff. de pact. dota. l. Bebius Marcell. Modo venio ad 2ndm punctũ,
2 †cauet' statuto, ꝙ mulier à certis ꝑsonis dotata nõ succedat. modo quædã mulier non erat dotata tpe mortis patris, postea fuit dotata: quæritˀ, an succedat. & vr̃, ꝙ non: quia statutũ nil distinguit de tpe, nec nos debemus distinguere, vt l. in venditione. §. de tpe. ff. de bo. auth. iud. pos. cõtrariũ dico ꝓ regulã iuris: nã qñ tractatur ꝑ successionẽ intestati, conditio succedẽtis inspicitur tpe, quo hæreditas deferẽ, vt instr̃. de leg. ag. suc. §. proxi. Sed ista Leoneta erat successibilis, imo p existẽtiã sui hr̃dis succedit patri, ergo nõ ꝓt desinere esse hæres: iuxta illã regulã iuris, qui semel est hr̃s, semp hr̃s: vt ff. de min. l. & si fine. §. sed ꝙ Pap. & ff. de hr̃. inst. l. aliquo casu. ad hoc facit, ꝙ no. ff. de li. & post. l. Gal. §. & qd si tm̃, & sic ẽt in isto pũcto ꝓ Leoneta consulo, saluo iudicio saniorˀ: vt ff. q pot. in pig. ha. l. Clau. Felix. Scripto isto cõsilio reuidi tenorẽ instr̃i mutui, & põderaui illa verba: ac in veritate recognoui. vtrũ per illud verbũ, in veritate: aliqd mutari possit de suba di. cõsilij. & breuiter dico, ꝙ non: quia illa verba (in veritate) terminant' ꝑ verbũ cognouit: ita ꝙ hæc verba respiciunt solã confessionẽ, & adminicula cõfessionis, quantũ plus potuit fortificari cõfessio nudis verbis: tñ nulla veritatẽ ꝓt ꝓbare no. nisi eorũ, quæ interuenerũt loco, & tpe cõfecti instr̃i, nec potuit de alia veritate rogari, cui & ipse nõ interfuit, & nõ hẽt dicẽ, & cõsulem, vt no. In. extra de prob. c. quoniam contra falsam. Eg. Bal.

CONSILIVM CXCVII.

1 *Consensus tam domini, quàm agnatorum in alienatione feudi an, & quãdo sit necessarius.*

2 *Pater in successione feudi an possit vnum ex filijs præferre.*

1 Quòd †cõsentiẽte dño feudi alienationẽ valeret, sic accipiẽdũ est, si feudũ sit nouũ, in quo nõ succedũt agnati. Si aũt sit paterniũ, ẽt cõsensus agnatorũ necessarius est: tñ hic distingue. Aut alienatio fit in extraneũ, aut in aliũ agnatum. Primo casu requiritˀ cõsensus agnatorũ sc̃dm oẽs: idẽ si taceãt ꝓ annũ à die sciẽtiæ, vt in c. Titius. si de feu. vas. fue. cõtrou. col. 10. Sedo casu sunt opi. nã quidã dicũt alienationẽ inter se ipso iure efficaci valere: qa nõ est cõtra naturã feudi, si feudũ sit ambulatoriũ de vno in alterũ: imo vr̃ hoc tacitè permissum, ff. de leg. 3. l. pater. §. 15. libertis. C. de fideiuss. l. volũtas. C. de sec. nup. l. fœminæ. §. fi. Sic & metropoli. habitatores inter se alienant, & nõ inter alios: vt C. nõ licere habi. metr. l. 1. C. de iure fisci. l. certa forma. nã & inuicẽ diuidere pñt, & stabile est, ꝙ ex diuisione ꝙenit, donec is, cui obuenit, decedat sine hr̃de, vt no. C. fa. erc. l. si familiæ. 10. col. si de feu. vas. controu. fue. c. omnes filij. & hoc vr̃ tacitè permissum ab ipso initio, & agnati inter se possunt alienare. & hoc tenet Bart. ff. de transa. l. cum hi. §. si vni. Et licèt loquantur in emphyteusi, tñ eadẽ ratio est in feudo. vnde ipse allegat. 10. col. de prohibita alienatione feudi. §. pater. C. de imp. luer. descr. l. 1. & idẽ tenet. ff. de ver. obl. l. qui Romæ. §. duo fratres. & vr̃ expressũ in d. c. Titius. † Sed magistrˀ in sciẽtia feudorũ quæ est quædã scientia p se, dicit, q si nõ habens hr̃dẽ plures agnatos habet, & cõcedat, vel vendat vni in fraudẽ aliorũ agnatorũ, id est in damnũ, & detrimentũ successionis eorũ: nã veteres fraudẽ pro damno accipiebãt, ꝙ ꝓt reuocari p alios agnatos, ar. ff. quæ in frau. cre. l. ait prætor. §. sciendũ. in Auth. de nõ elig. sec. nub. §. prosperimus. & d. §. Titius. verum est, ꝙ lac. de Ardi. in laudabili summa sua non firmat pedem, & allegat in cõtrariũ de impu. & alijs sub. l. humanitatis. ff. de assignand. lib. l. 1. nec ꝓt colligi ex eius dictis finalis deci. quæstionis, sicut egò dixi, non est dubiũ, si alienatio degeneraret à natura feudi: qa esset facta in extraneũ, & ẽt de volũtate dñi, ꝙ potiores sunt agnati. Sed si nõ degeneraret à natura feudi, ꝙ inter seipsos agnatos cõcessio fiat: Æquũ em̃ est, ꝙ si vnus agnatorũ sit amicitior, & magis meruit, ꝙ vasallus possit eum onerare de parte sua, ar. C. de fent. pa. l. in quæstione testi. §. vlt. ff. si quid in fraudẽ pa. l. vnius. nã & pater, qui recepit feudũ, si fuisset interrogatus, fuisset homo rationabilis, hoc cõcedere debuisset, de pac. l, tale pact. §. fi. Sed eximius dñs doct. Odof. sic dicit. Quæro, si duo, vel plures sunt cohr̃des. quib. pari lineã aperiatur feudũ, si vasallus decederet nũquid vni tm̃ possit dare, vel inter vnos, vel in vlt. volũtate. & vr̃, ꝙ nõ, in Auth. de nõ elig sec. nub. §. prosperimus. Et ita nõ erit locus gratificationi: nã & pater ipse, q feudũ acq̃siuit, nõ posset vnũ ex filijs ꝑferre, vt in c. 1. de succ. feu. nã sue ius sit formatũ ꝑ pactũ. & realiter acquisitũ, siue formatũ tm̃, nõ ꝓt tolli, nisi voluntate omniũ, quorũ interest. ff. de aqua plu. l. in concedendo. ar. ff. de pact. l. fi. Itẽ nõ ꝓt vnus solus remouere formã antiquitus cõstitutã. ff. de admin. tu. l. quidã decedens. quia nõ versatur in hac re fauor vnius, sed multorũ. ff. de serui. ru. præ. l. ꝑ fundũ. & l. recep. ff. cõia ꝓdiorũ. cõi diu. l. Sabinus. C. de liberis, & eorũ libertis. l. 2. Itẽ cõtractus feudi est cõtractus sui natura currẽs, in quo magis attendit' natura, q̃ institutio, siue inuestitura, de natura feudi. c. 1. di. vẽditio nõ est de casib. prohibitis, cũ fuerit facta in agnatum paris gradus, & dñs ratificauerit: vt pater per auctoritates, & rationes superius allegatas, ergo fieri potuit. Non obstant cõtraria, quæ dicunt, ꝙ per alienationem res incidit in commissum: quia loquũtur in casibus prohibitis. Et hoc verum est, quòd tenuit dicta venditio: quia inter seipsos fieri potuit: nõ obst. dictum domini Odofr. quia non videtur facta prohibitione vnus in alterum posse ꝓpter paritatem affectionis: vt arg. ff. de ritu nup. l. non solum. §. de vno. Ego Bald.

CONSILIVM CXCVIII.

1 *Succedendi modus triplex reperitur.*

2 *Filij fratrum inter se qualiter succedãt, & quid cum patruis, an in stirpes, an in capita. nu. 3.*

4 *Patrueles an succedant in capita, vel in stirpes.*

5 *Fratres patrueles an succedant in capita, an in stirpes in feudo.*

6 *Ius accrescendi an habeat locum in feudo inter fratres, patruos, vel eorum filios.*

1 Ad euidentiam est præmittendum, †ꝙ quędã est successio ordinata per viã iuris communis: quædam ordinata per formã contractus: quædam ordinata per propriã naturam actus, sicut est successio feudorum. Circa primam † successionẽ consueuit esse q̃stio, vtrum
2 fratrũ filij succedant in stirpẽ, vel in capita, & ista quæstio est triplex. Primò, qñ succedunt cum patruo: & tunc non est dubium, ꝙ succedũt in stirpes respectu patrui. & est ratio; quia oportet, ꝙ succedant in locum patris sui: aliàs patruus eorum tanq̃ proximior suo fratri defuncto excluderet eos. vt in Aut. vt fratrum filij. post prin. ibi dum dicit, patrũ ingrediẽtes gradũ, & illius ferentes portionẽ. † Secunda quæstio est, qñ ex duobus fratrib. e-
3 rant filij, & decedit eorum patruus, qui erat tertius frater, quæritur, quomodo isti nepotes transuersales succedãt ei, vtrum in capita, vel in stirpes: & in hoc puncto dici cõsueuit, ꝙ succedũt in stirpes: quia per repræsentationẽ patris eorũ veniunt. & hoc modo intelligitur quædam glo. quæ est C. de legi. hæredi. auth. cessante. & ibi per Cy. † Tertia quæstio est, quando tractatur de
4 successione patruelium, vt puta: tres fuerunt fratres, decessit vnus cum vno filio: alter cum duobus: tertius cum tribus; deinde decessit ille vnicus, quæritur, vtrum dicti patrueles veniant in capita, vel in stirpes. & aliqui dicunt, ꝙ in stirpes: quia tex. dicit, post fratres, fratrumq̃; filios veniũt in capita. ergo anteriores veniunt in stirpes, vt in Auth. de hære. ab inte. §. si verò neq; fratres. cum ergo simus hic in ipsis fratrib. & non post fratres, ergo veniunt in stirpes. & hoc tenet glo. inhærendo textui in d. auth. cessante. do. Cy. ibi sentit contrarium, & in auth. post fratres. tali ratione, videlicet, ꝙ ipsi nõ veniunt ex persona patruorum suorum, sed ex sua: & cum ista successio ab intestato pendeat à radice sanguinis, adeo ꝙ quidam dicant, ꝙ est ipsum ius sanguinis, & in hoc iure oẽs sint pares, & hoc ius diuidat' in capita: ergo est successio. & ad hoc. C. de legi. hær. l. leges. in fi. Sed pro glo. facit ratio; quia magis rationabilis est distinctio in stirpes, q̃ in capita: vt patet in successione lineæ descendentis. & licet in successione lineæ transuersalis sit dispositum, ꝙ in capita vltra filios fratrum: tñ nos sumus in filijs fratrum. vnde quòd habet maiorẽ rationẽ æquitatis, illud videt' ponderandũ. Præterea quotiés plures in locum vnius succedũt pro vno hñr: vt ff. de cond. & dem. l. cui fundus. Item difficile est recedere à determinatione gl. in iudicando. Sed quicquid sit de hoc puncto, venio ad secundam successionẽ ordinatã per formam contractus, & loquor in feudis: qa in alijs nõ est materia nostra. Et dico, ꝙ forma contractus debet seruari, siue disponat in capita, siue in stirpes, vt 10. col. qui feu. da. pos. c. 1. §. cum verò Corradus. Venio ad
5 tertiam, †& q̃ro de feudo dato in forma cõmuni: vtrum videlicet fratres patrueles succedant adiuicem in capita, vel in stirpes. & scio, ꝙ laudabilis & egregius doc. dominus Iac. de Ardizono de Verona in subtili & laudabili summa sua in vsib. feudorum, sic inquit: collaterales proximiores alijs lineis exclusis succedunt: veruntñ si est frater cum nepotib. ex fratre, succedũt in stirpẽ & non in capita: sed vlteriores succedunt in capita, & non in stirpẽ, & ita intelligit. c. per successionẽ. §. ad filias. de gradib. succedendi in feud. col. 10. ibi dum dicit, deinde agnati vlteriores, nam ipse intelligit, si in capita: tñ hoc verbum nõ est in litera, vt in Auth. de hęr. ab int. §. reliquum. Sed rationabilius videt' dicendum, ꝙ d. diuisio debeat fieri in stirpes, & est ratio, qa oritur ex contractu feudali: qui à principio suę successionis habuit ordinẽ diuisionis in stirpes: & natura feudi hęc est, ꝙ semper sui respicit principium. Et veniunt agnati ad successionẽ feudi ꝑ respectum primi parentis, ac si venirent ad successionem lineæ ascendẽtis, vt d. §. cum verò Corradus. & omne quod habet respectum ad lineam ascendentem, diuiditur in stirpes, & non in capita, vt in c. 1. de suc. feu. & instit. de hære. quæ ab intest. §. tum filius. vnde isti agnati veniunt, eo ꝙ ingrediuntur loco suorum parentum, qui successissent in stirpes, & non in capita: non tamen me extendo vltra fratres patrueles, ꝙ dicam vltetiores venisse in stirpes: quia de hoc non habemus nec tex. nec gl. or. nec viuam rationem, sed solum pro sua sentẽtia, quap̃ter vltimò concludendo credo, ꝙ quando sumus inter frãtrum filios, sicut sumus in casu nostro: successio feudi considerato suo ordine, & natura primaria, sit in stirpes: quia (vt dixi) hic non concurrit solus ordo datus à iure, sed ordo à cõtractu, & ipsius feudi primordiali natura: & quia ad quartum gradũ vsq; est prorogatio successionis paternæ. dicit text. in d. §. cum verò Corradus. ergo sit
6 in stirpes. & ꝓ tad maiorem intellectum huius puncti sciendũ est: ꝙ aut agitur de paritate, aut de ordine. Primo casu cõis opin. doc. est, ꝙ si vnius portio deficit alteri accrescat, sicut in vsufru. vt ff. de vsufr. l. si Titio. §. 1. ff. de vsufr. accr. l. 1. §. interdũ. Sedo casu dico, ꝙ non dr̃ ꝓpriè ius accre. sed quidã ordo succedendi. cũ igitur aliqs ex patruelib. fratrib. decedit. cum sint in pari gradu, & sit intra eos locus iuris accrescendi, accrescat ꝓportionabiliter, & nõ pro virilib. vt C. de imp. & alijs subst. l. 1. & sic esset dicendum etiã in emphyteusi, q̃ deuolueretur p ius accrescendi inter eos, inter quos versatur paritas, quasi inter coniunctos coniunctione legali: qa si duo sunt ex vna parte cõiuncti, & tres ex altera, medietatẽ habẽt duo, & alia medietatẽ habẽt illi tres, vt ff. de cõtrac. l. si duob. in prin. & est hoc simile edicto de coniungen. cũ eman. li. ff. de coniungẽ. cũ eman. li. l. 1. §. si qs ex nepotib. vnde si quis rectè cõsideret, non est idẽ in patruelib. in feudo, qd in simplici hr̃editate, in qua d. Iac. ꝑ dictus doc. solennis tenuit opi. dñi Azo. sui eximij præceptoris. iustum ergo mihi vr̃, ꝙ inter pares altero deficiente consideremus successionem secundum ius quasi accrescendi, quod est ei vnitum, ar. ff. de acq. hæred. l. qui patri. & ff. de inju. testam. l. si ego. 2. responso. & ita videtur mihi de veritate & subtilitate iuris dicẽdum: salua semper sententia consilij potioris. Ego Baldus.

CONSILIVM CXCIX.

1 *Dos non dicitur, vbi matrimonium non est ex defectu consensus causatum propter impedimentum ætatis. vnde cessat statutum loquens de copulata per matrimonium.*

2 *Matrimonium, vbi est nullum ex impedimẽto ætatis: quia vna minor, an ex post facto perficiatur probata perseuerentia maioris. & nu. 4.*

3 *Testator legauit decem sub conditione, si sese per matrimonium copulabitur, an statim cum nubit, debeat habere legatum:*

5 *Adulta contrahente matrimonium an requiratur decretum iudicis in constitutione dotis, cum non possit alienare sine decreto iudicis:*

In causa ista considerandũ est, an in casu nostro fuerit aliqua dos cõstituta ex dispositione legali, nec
1 ne. Sedò considerandum est statutũ dotis lucrandæ. Tertiò est considerandũ, an matrimonium sit probatũ. † Quò ad primum punctum certũ est, ꝙ à principio nulla dos fuit cõstituta impediente ætate pupillari, & per consequẽs cessante statuto, quod dicit, per matrimoniũ copulata. nõ enim fuit matrimoniũ nec actu, nec habitu, vt not. in l. quod Seruius. de condi. ob causam, & l. si ante. sol. mat. & l. dotis fructus. de iure do. cum sim. † Sed
2 videndum est, nunquid fuerit ex post facto posito absq; præiudicio, ꝙ esset probata perseuerantia cõsensus mulieris. & videtur quòd sic, per c. de illis. §. fi. de spon. coniuncto. c. 1. de despon. impub. lib. 6. in ver. contrahentes eosdem, nam puella consentit perseuerando, & maior non potest dissentire, ergo reperitur vtriusq; cõsensus, ar. ff. rem ra. ha. l. quo enim. §. 1. & l. receptum. communia prædio. In cõtrarium videtur, quòd matrimonium non potest claudicare, vt no. in d. c. de illis. vnde consensus maioris nunq̃ fuit mr̃imonialis: qa ille dr̃ cõsensus mr̃imonialis, q̃ est causa efficiẽs mr̃imonij, vt patet 27. q. 2. §. 1. vbi dũ dicis, consensus est efficiẽs causa matrimonij. s. consensus maioris, vt dixiã nõ fuit mr̃imonialis: qa nunq̃ fuit efficiẽs causa mr̃imonij: nã cõsensus est simul in idẽ sensus. ff. de pac. l. 1. §. 1. & ar. ff. de iniu. te. l. si ego. & iõ dicit gl. or. ꝙ neuter cogit' stare cũ alio quantũ ad vinculũ matrimonij. 30. q. 2. c. si qs ingenuus. vnde cõsensus ille est ante mr̃imoniũ, non pfectiuus mr̃imonij, licet habeat in se vinculũ promissionis: tamẽ nõ habet in se efficaciam perfectio-

nis. Itē actus pfectiui mrimonij debēt esse collecti, siue cōicati inuicē, nō ex parte vnius tm: qa quos Deus hēt cōiungere, consensus dēia non pt̄ separare, ar. l. si ego. ff. si cer. pe. differunt autē q̄cunq; qualitate vel natura. ff. de ver. ob. l. 1. §. cū adi. Itē nō oēs actus sunt sufficientes, sed dēt esse actus sodales: vt ductio nō mo mentanea, sed stabilis ad domū viri, vel carnalis copula, vt no. in gl. ord. 30. q. 2. c. vbi nō est cōsensus cōdi. dicit Archi. tacitū consensum intellige p cohabitationē. Itē ex carnali cōmixtiōe, aliās sine nouo vtriusq; consensu nō contrahit̄ matrimoniū, nec surgit pſumptio iuris, & de iure, etiā si interueniat osculū, vt C. de don. ante nup. l. si à sponso. sēm In. Io. And. addit, & similia, dicunt autē similia, quorū termini sunt pares: licet nō sint ijdem termini concludentes tantū hinc inde. Et ideo cum tex. pmisisset de duob. pupillis, & de vno pupillo, & alio adulto, tandē ad vtrumq; subnectit cōem clausulā, in qua dicit, cōtrahentes eosdem: & sic in plurali, & copulatiuo numero. nec mirum: qa sunt duo & vnus, & aia vna in diuersis corporib. esse dēt in isto sacramento coniugij, vt patet in d. c. 1. de despon. impu. lib. 6. Sed posito, q̄ esset verū matrimonium, surgit aliud dubiū: quia statutū
3 constituit dotem, si matrimonio copulabitur.† Pone, testōr legat Bertæ. 10 sub cōditione, si Seio p matrimoniū copulabitur. vtrum statim cū nubit, debeat hāe legatum: an ita demū si ducta vel carnaliter cognita fuerit. & vī neutrū requiri. ff. de reg. iur. l. nuptias. 32. q. 1. c. non in sola. C. de incest. nup. l. pe. C. de nup l. sanci. ff. de condi. & demon. l. hæc conditio. & no. eo. ti. l. cū fuerit. & C. de dona. ante nup. l. cū in te. & ff. de iust. & iur. l. 1. §. hinc descendit. cum s. In contrariū vī: quia statutum, & testamentū vī ad effectum matrimonium cogitasse, vt no. in d. l. nuptias. 27. q. 1. in gl. summæ. & d. l. si ita. in tex. & ff. de iure patr. l. adigere. §. si patr. præsertim in minorib. sicut dicimus in l. Elia Sentia. itaq; nudum nomē non inspicimus: nā fingitur non matrimonium si quis vxorē ducturus non sit, ff. qui & à quib. l. matrimonij. vnde Marcellus alibi ait, ego effectum rei sequendū arbitror, in l. 3. §. pen. ff. de iureiu. Itē pro hoc expresse facit c. vltimum, extra de conuersi. infi. versi. ac ex hoc. Item mentē verbis implicitam sequi debemus. ff. de verb. sig. l. quisquis mihi. est autē idem mēs, & ratio: vt notat Dyn. in c. vlt. de reg. iur. li. 6. Cum enim statutū pſumatur rationabile, illa pſumatur esse ratio, quę assignari potest, vt patet in commento Vlpiani, quod facit ad omnia edicta prætorum, vt l. 1. ff. de postu. cum sim. Item cum vir non possit petere dotem, nisi ducat vxorem, vel p eum non stet. ergo nec aliquid ex dote petere potest: igitur nec lucrū dotis, pśertim si stetit per absentiā eius de iure dotiū pmittendo: quia non dēt cōmoda matrimonij sentire, qui non duxit vxorē, & non sentit incōmoda. C. de fur. l. manifestissimi. §. sed cum in sēda, & q̄d no. ff. so. ma. l. si ante. de excep. doli. l. pater. pśertim autē stat p eum, quia se sponte absentauit, arg. C. de spon. l. 2. l. Iul. §. offerri. & l. qui pendente. de ac. emp. C. de rerum pmu. l. ex placito. ff. loc. l.
4 q̄o. §. inter locatorē. ff. so. ma. l. si ab hostib. §. fi. cum si.† Ego nō puto, q̄ consensus ante matrimonialis maioris superueniente cōsensu matrimoniali solius minoris, conficiāt matrimonium: quia isti cōsensus nō sunt eiusdē speciei, secus si essent eiusdē naturæ, ar. l. receptū. ff. cōia pdio. Mouet & aliud dubium circa istā
5 dotis constitutionē.† esto, q̄ esset matrimoniū; quia adulta nec tacitè, nec expresse pōt alienare immobilia, sine decreto. ff. de iure do. l. Titia. C. si maior factus. l. fi. C. de admi. tu. l. lex, quę tutores. ff. de tut. & ra. di. l. 1. §. 1. C. de prædijs mi. l. prædia. vnde saltem in matrimonio debet interuenire decretū: non ꝓpter matrimonium, sed ꝓpter dotem, hoc tenet Bar. ff. sol. mat. l. si constante, & de pact. l. item quia. aliās sequeret̄ absurdum: quia plus posset nudus actus matrimonij, q̄ decretum, contra quod datur restitutio in integ. Etiā esset aperta via fraudandi minoris, & est absurdum, q̄ leges inducant fraudes, cum debeant fraudib. obuiare. C. de ipdic. vidu. l. 2. l. meminerint. C. vnde vi. Item omnis lex, q̄ expresse non disponit circa habilitatem, recipit interpretationem restrictiuā de habili persona, & intelligitur habilis de iure, & de facto secundum naturā, & secundum bonos mores, & præsertim in connubijs. l. adigere. §. quāuis. cum simi. Sed quia ista interpretatio non esset legē restringere, sed infringere: non credo eam sic restringendā, dummodo inter coætaneos, & pares. porrò nobilitās & scientia supplet multa. ff. ꝓ socio. l. societas. §. 1. in gl. item & q̄n matrimonium est laudatum à ꝓpinquis, & non vsurpatum. vnde in casu nostro non puto opi. Bar. veram, neq; æquam: quia cōsilio matris, & propinquorum contractum fuit, & melius concedebat do. Christo. & facit, q̄d no. in d. l. itē quia. per Odof. & l. Polla. ff. de his, quib. vt indig. ꝓ gl. ord. cum simil. Dictum est de dote, nunc videndum de dotis lucratione, supposito, q̄ omnia prædicta patrocinarentur dño Christopho. Et breuiter in lucro dotis vltra prædicta pondero vnum. illud verbum, penes maritum, antē q̄ agere possit cum effectu. Itē etiā nisi sit in possessione, vel quasi, & sic penes maritum intelligit̄ possessione, vel quasi, vel fruitione. adhuc non est penes cum fruitione: quia præcedere debet onus matrimonij, non perfunctorię in domo sponsæ, sed efficaciter in domo sponsi: vt l. pater. ff. de excep. doli. & ideo d. Christo. non habet ius consideratis considerandis, nec etiam probauit efficacia indicia. laboraui ergo, &c. vester Bald. sub sigillo sui nominis ita consuluit, salua subtātia veritatis, ac etiam vestra correctione. rogo tū, si potestis, q̄ causam componatis, ne suscitetur alia materia quæstionis, & propter honorem d. Christo. quē diligo vt filium: tamen amicus Plato, sed magis amica veritas. Ego Bal.

CONSILIVM CC.

1 *Heredi petenti se mitti in possessionem ex edicto diui Adrian. quæ exceptiones obsient.*

2 *An valeat cōpromissum inter tutorem, & pupillum, curatorē, et adultum.*

Vobis spectabili & Magnifico militi d. dño Clasmatico honorabili Vicegubernatori ciuitatis Ast. & districtus, &c. ꝓ illust. & inclito d. dom. Duce Tutione dom. Ast. &c. Significatur & ꝓponitur humiliter ꝓ parte fidelissimorum vestrorum, Tho. & Manfredi fratrum de mōte de Rocha: q̄ cū in iudicio etiā iudicialiter requisiuissent coram d. Arminio de Parma tunc iudice iustitiæ ciuitatis Ast. seipsos induci, & mitti debere in possessionem, & quasi bonorum, rerū, & iuriū, q̄ fuerunt in bonis, & hæreditate quondā do. Manfredi de monte de Rocha, patris quondā ipsorum Barth. & Māfredi Frayloni, qui erat Bastardus dicti Māfredi de Rocha ꝑdicti. & cum per ipsum iudicē fuerit cōtra ipsos ꝓnuntiatum, & maximè dicendo, q̄ nō sunt inducendi in possessionē ꝑdictorum, prout in pronuntiatione continetur. & cum dicta ꝓnuntiatio fuerit dicta nulla: & ab ipsa appellatum fuerit ꝓ parte ipsorum significantium: & sic nullius momenti & maximè, quia est & fuit contra capitula, & statuta ciuitatis Ast. iurata per dominationē vestrā. & maximè, quia cum quæstio ꝑdicta committi debebat trib. bonis viris, secundum d. capitula, sicut aliæ quæstiones cōmittuntur: & cum debebat cum cōsi. sapien. confide. partium per ipsum iudicem ꝓnuntiari sēm capitula, & statuta ciu. Ast. ipse iudex affectans facere idem, q̄d fecit, pronuntiauit contra ꝑdictos significātes. & ex ꝑdictis sequitur maxima inconuenientia, videlicet, q̄ ipse Barth. & Manuel nati ex Fraylono, q̄ erat bastardus dicti quondam Manfredi, habeant bona, quæ debebant habere ipsi significantes, q̄ fuerunt legitimi & naturales filij ipsius quōdam do. Manfredi: & maximè, quia ipse Fraylonus, qui fuit tutor dictorum significantium, ipsos derobauit, & decepit in maximis pecuniarum & rerum quantitatib. & ꝑdictis non contentus, ipse iudex adhuc nititur cōpellere ipsos significātes ad maximas expensas & pœnas, & domus, ac bona, & hospitia ipsorum requirentium vsurpata sunt in ciuitate Ast. & alia enormia, & illicita contra ipsos perpetrata sunt, & fuerunt, ex quib. ipsis significantes cogūtur esse exules ab ipsa ciuitate, quod nō creditur esse vestræ benignę intentionis. Quapropter postulatur & requiritur à præfata vestra dominatione pro parte ipsorum significantium Thomæ & Manfredi, quatenus velitis, & dignemini summariè, & de plano omni iure, modo, via, & forma, quib. melius potestis pronuntiare, & pronuntiando declarare dictā pronuntiationem, seu sententiā per dictum do. Arminium latā esse, vel fuisse ipso iure nullā, ac etiā omnē condemnationē, damna, & expensas, & omnia secuta, & exinde, & ob ꝑdicta: & maximè qa contra inhibitionē dñi episc. Ast. & contra iuramenta quæ erāt & sunt seruanda, innouata, & facta fuerunt, & etiā dictos significantes mittendos & inducendos esse, & inductos defendi, & conseruari debere ac mitti, & induci facere debeatis in possessionem, & quasi ꝑdictorum bonorū, & rerum, de quib. in petitione ipsorum fit mentio porrecta corā do. Arminio ꝑdicto: & q̄ fuerunt contra patris ipsorum significantium, & punctorum ab eisdē secutis amoris ipsis Barth. & Manuel. qui fuerunt nati ex Fraylono bastardo. non obstan. ꝑdictis, & aliquibus in cōtrarium

rium facientib. & maximè, qa dicta sententia fuit nulla rationib. ꝑdictis, & multis alijs: & suspensa p nullitatē & appellationē, & cōtra inhibitionē reuerendi dñi episcopi Ast. excōmunicationem continentē: & contra iurā de iure seruanda, & in ꝓiudiciū animarū suarum, vel saltē dignet̄ dominatio vestra cōsiderato, q̄ ipsi significantes fouent iustitiam in petitorio & ꝓprietate, ac dñio ipsorum bonorū, & iurium, & rerū, tanq̄ filij legitimi & naturales q. Manfredi ꝑdicti, & tanq̄ instituti in testamento quōd. patris sui ꝑdicti: vt apparet ex consilijs viginti doctorū, vel circa solennissimorū, cum sigillis ipsorū sigillatis; q̄ nō obstan. certis transactionib. & arbitramentis factis & iuratis, aliq ex ipsis inter ipsos de monte, vel aliqui ipsorū consuluerunt ipsos significātes fouere iustitiā: & maximè qa Fraylonus erat tutor vel curator ipsorū significantiū, & p consequēs transactio, obligatio, & alienatio nō poterat fieri inter ipsos: ac etiā quia non adimpleta fuerant arbitramēta, & ꝓnuntiata ꝓ parte Frayloni, & filiorū: immo in aliquib. contra factū fuit, & p consequens etiā si inrati fuissent, non tenent ipsi significātes obseruare cōprehensa in ipsis. Itē qa non inspectis, & non cognitis testamētis & verbis ipsorum, facta fuerunt ꝓnuntiamenta, & arbitramenta, & qa etiā tanq̄ iniquissima sunt reducēda: vt in cōsilio doctorum, & vt s̄ apparet. & maximè: qa p episcopalē ptātem ciuitatis Ast. in sentētia ipsius hoc extitit declaratū, & absoluti dicti significātes à sacramētis fuerunt. & maximè, qa vnus ipsorū significantiū tanq̄ paruulus tunc ad oīa ꝑdicta non affuit. s. Manfredus, & multis alijs consideratis. cōsidero etiā, q̄ & si sīa ꝑdicta in possessorio lata cōtra ipsos significātes transiisset in rē iudicatā: tū ex eo, q̄ ipsi reqrētes foueāt iustitiā in petitorio, & dñio, & maximè qa habēt venditionē, & cessionē bono. & iurium ipsorum Barth. & Manuellis. & ad ipsos Thomā, & frarrē spectant, vt cōrā vobis liquidabit: & de homagio, ad q̄d tenent̄ ipsis Thomæ, & Manfredo, absorbēt, & ad se trahūt possessoriū, q̄d accedere dēt petitorio, & ipsis requirentib. fouentib. iustitiā in petitorio declarare, & q̄ dñiū, & ꝓprietas, & oīa iura, & etiā possessiones, & quęcunq; ipsorū q̄ in petitione corā dño Arminio iudice tūc iustitiæ Ast. cōprehendunt, ipsis requirentib. legitimis, & naturalib. tradantur, dentur, attribuant, & in ipsis inducant̄ sine aliquo litigio, & etia sine strepitu. & figura iudicij amotis etiā ipsis Barth. & Manuelle natis ex bastardo: ac etiā vt donus, ac bona, & hospitia ipsorū requirentiū, ab ipsis occupata in integ. restituantur eisdē quō ad dñium & possessionem, & pleno iure. Pręsupposita requisitione & significatione ꝑdicta porrecta vobis magnifico dño gubernatori Ast. ꝓ parte Thomæ, & Manfredi fratrū de monte de Rocha de Ast. causa resistendi improbis calumnijs, & malignitatib. cōmissis, & perpetratis ꝓ parte Barth. de Rocha, & aliquorum iudicum, q̄ pronuntiauerunt: quib. calumnijs, & malignitatib. speratur dominationē vestrā iustissimā resistere velle. ostenditur primò, q̄ ipsi Thomas, & Manfredus debēt obtinere in possessorio, ꝓ ut in significatione, allegationib. & iurib. instrumentis. primò: quia ipsi Thomas & Manfredus sunt legitimæ & idoneæ ætatis, & capacitatis. Quanq̄ pleni
1 nissimè sit allegatū; tū aliquid addam.† & notissimum est, q̄ scriptum hæres debet in possessionem mitti, nisi possessor habeat titulum obstatiuū, vel aliam defensionem sibi cōcessam ex edicto diui Adriani seu Iustiniani: vel quia testamētum sit in sui inspectione suspectum occasione rasurę, vel alterius vitij visibilis, vt l. edicto. & ideo dico, q̄ dictus scriptus hæres erat in possessionē mittendus: quia habebat cōtradictorē; & deinde realiter mitti, vt ff. de appel. reci. l. fi. Est verum, q̄ si scriptus hæres liberat possessorē ꝑ pactum vel transactionē, tunc non debet mitti: quia renūciauit iuri suo, quod facere potuit. ff. de pac. l. pactum inter hæredem. l. 1. §. quod autem. quorum lega. ista. n. exceptio
2 est de pernissis: quia procedit de consensu hæredis: † tū considerandum est, q̄ inter tutorē & pupillum fieri non potuit compromissum, ex quo alienatio, vel etiā obligatio sequi posset: vt plenè legitur & no. in l. 1. ff. de noua. nec inter curatorem generalem & adultum: qa adultus curatorē habens similis est pupillo. vnde curator repræsentat eum tanq̄ pupillum. pśertim & in eo, q̄d geritur inter eos. ideo iuramentū nō repśentat adultum maiorem; qa e contrario obstat repræsentatio pupillaris ætatis. C. de in int. rest. min. l. si curatorē habens. Itē qa secum contrahere, phibetur. ff. de cōtrah. emp. l. si in emptione. §. fi. nisi cum authoritate alterius curatoris, & iudicis, & bona fide. C. de contrah. emp. l. cum ipse. & ideo dictum arbitramētum non ob. Itē non ob. sententia: qa ab ea iustē appellatū, ꝓponitur: & ꝓponit̄, q̄ pendet appel. Itē si verum est, q̄ statuta dicter, q̄ iudex teneatur ad aliā solennitatē, si non est seruata, cum sit grauis & ponderosa solennitas, vt C. de rep. l. dubiū. sententia est ipso iure nulla. ff. de transa. l. cū hi, §. si prætor. q̄ possit appellari ex ipsta causa, ponit Bar. in d. l. vlr. de appellat. reci. si possessor haberet alia iura, vel in facto nō esset supposita veritas, veritari standum dico. Et ita dico, & consulo ego Bald. de Perusi. V. I. D. & ad fidem me subscripsi, & signo mei nominis signaui.

CONSILIVM CCI.

1 *Mendax seu negans possessorem ipsum amittit.*

1 Propter †mendacium, si cōstat de mendacio, reus dēt priuari, & possessio transferri in aduersarium, qñ negauit possessionem vel authoris rem fuisse, nec in bonis eius, nec tempore obligationis, neq; postea trāsfertur, dico, possessio in actorem ratione mendacij, & fit de reo actor: non enim perdit hypothecam suam, si nō potest retinere rē, sed fit actor, in Auth. de trien. & semis. §. pe. & ideo condemnari debet reus, eo q̄ mendacium dixit: reseruato sibi iure agendi, si quod habeat ex sua hypotheca. & ideo docet nos glo. ordina. quæ est in d. §. & Dy. in c. nullus pluribus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCII.

1 *Recipiens propter turpem causam non tenetur restituere.*

Quòd quilibet teneat quolibet mense dictorū 8. mensiū mutuare, seu mutuari facere in ciuit. & c. d. Thomæ flor. auri 100. recti, & iusti ponderis, &c. & integros sine aliqua retētione gabellæ; ad hoc, vt dic. Tho. cū di. pecu. possit sustentare stipendiarios, quos tenet ad custodiā Rochæ, & Burchi. Castri ꝑdicti. flo. 100. dic. Tho. teneat, & debeat reddere, & restituere dicto cōi, &c. priusq̄ dictū Castrum, & Rochā alteri restituat, vel cōsignet. & insup q̄ d. Tho. nō possit, aut debeat Burgum, seu Rochā alicui dare, vel consignare, seu cōsignari, vel dari permittere, seu facere in futurum vllo tempore: nisi prius facta fuerit restitutio, & satisfactio dicto cōmuni de omni quantitate pecuniæ, quā recepissent de dictis flor. 100. de mēse quoliber, vt superius dicitur, mutuādis, &c. Item q̄ dictus Thomas non possit, aut sibi non liceat durantib. dictis 8. mensib. dictum locum alicui personæ, communi, vel collegio, cuiusq; cōditionis, præeminentiæ, vel dignitatis existeret: etiā si de iure in verbis generalib. cōprehenderetur, assignare, dare, vel tradere sine expressa licentia, &c. Et ad pœnam 2000. flo. auri in singulis capitulis huius cōtractus, etiā solenni stipulatione præmissa, quæ pœna toties committatur, peti, & exigi possit, quoties fuerit ita aliquo contra factum. Item dictum cōmune teneatur infra 10. dies à die requisitionis fiendæ d. Thomæ dare gentes dicti communis ad oēm eius requisitionē sufficientes ad offendendū, &c. sub pœna, vt supra. sēm ea, q̄ ꝓponuntur hactenus vltra pacta ꝑcedentia, cū generaliter statutū est, conuentiones turpes, hoc est, sup turpib. rebus interpositas nullius fore momenti; ac etiā cōuentionib. sup licita re interpositis, ex turpi tū causa vtriusq; contrahentium parte turpitudine vertente ab initio. i. ipso iure
1 non tenere.† Ideo cōcludi potest, cōuentiones ꝓmissas, quatenus cōtinent, phibitionem relaxationis Castri, quasi super turpi re expositas, obligatorias pertinentes non existere. sane & cū pecunia mutuò data, licet res ipsa sit licita, quæ in mutuo versatur: tamen quia ex turpi causa nedūm turpitudine emergentē ex parte recipientis, sed & dantis, ex eo contractu non obligatur mutuò pecuniam recipiens ad restitutionem. Ego Bald.

CONSILIVM CCIII.

1 *Quæ pacta possit, vel non possit facere custodiam castri habens à Principe.*

Si alicui † per Imperatorem vel Romānū Pontificem est cōmissa custodia alicuius Castri, iste custos cum nulla persona de mundo pōt facere dicta pacta, nisi de licentia Principis, vt ff. ad l. Iul. Maie. l. 3. in verbo, autarcem tenuerit, aut Castra concesserit, dicit glo. tenuerit, non reddendo Principi, sed petenti, cum ab eo habuerit in custodiam, ergo paciscendo de non reddendo crimen incurrit, & sic est criminosum; & turpe tale pactum. in hostem enim se conuertit, qui tale pactum facit, arg. ff. de acquir. poss. l. fin. & C. de re milit. l. si quis à barbaris. lib. 12. Si quid ergo à sciente datum vel mutuatum est, non repetitur. l. 3. de cond. ob turp. cāusam. & etiam in mutuo est

tuo est expressum, ꝙ non repetitur ex coniunctione duarū legum: tamen non laudo eum. ff. de condi. inde. l. si pœnæ causa. in prin. nec tamē de Blasino, quia iuris authoritate potest nō reddere, & sic est suæ conscientiæ relinquendum, & animo vulgari dixit, timeo scandalum non futurū iudiciū, qñ vnum vī discretis, aliud legitur. Sit ergo cōclusum, ꝙ de iure non potest repeti ex turpi causa mutuatum, vel datum. Ego Bald.

CONSILIVM CCIIII.

1 *Communitas an & quando possit vendere res suas, vel non, & cum qua solennitate.*
2 *Venditor an possit accipere in emphyteusim ab emptore rem sibi venditam, & econtra.*
3 *Sententia lata præcipiti festinatione an valeat.*
4 *Fiscus non dicitur proprie hæres.*
5 *Præsumitur pro sententia, quòd fuerit lata ex probationibus, si sententia faciat mentionem de actis, etsam ubi non constaret de processu propter antiquitatem temporis.*
6 *Fama in his, quæ sunt de antiquo, an inducat notorium.*
7 *Exemplum an faciat ad iudicium.*

Longum thema sic narratum requirit expositū clarè, & sapienter ordinatū. Cōitas de Gaido vendidit res cōmunitatis do. Mapheo, & tandē ab eo in emphyteusim recepit. Et postea d. do. Mapheus ad vltimum suppliciū damnatus & confiscatus supplicio vitam finiuit. Rex Robertus sententiā secutus est in aliquo, & in aliquo execut. bāni, sententiam illam declarauit nō tenuisse, & restituit successores ad bona. Multa alij Brixienses occupauere, & tenuere, & quibusdam tēporib. postea solutus fuit census per quosdā nō habētes mandatum à communitate de Gaido, res hodie parū valent. conuenitur communitas de Gaido ex instrumentis antiquis approba. postea per multos actus: cōmunitas tuetur se incipiens extirpare radicem. i. primam vēditionem tanq̄ prohibitam per quosdam statutū Brixiæ, allegatur contra condemnationē, & confiscationem: sed agentes replicant multis de causis. modò quēritur, quid iuris, visis hinc inde narratis. Et consideranda est etiam petitio oblata cōtra cōmunitatē de Gaido pactores, &c. Venio
1 ad primū contractū venditionis, †q̄ vī fuisse nulla plurib. rationib. Et primò: ꝙ a contra legē municipalē facta, q̄ publica vendi ꝓhibet, ergo non tenet vēditio: ꝓsupponendū est. n. statutū valere, & tenere. C. de ven. reb. ciui. l. i. li. ii. ff. de priui. credi. l. Antiochensiū. Et tunc statim sequitur, ꝙ tales res non sunt in commercio, ergo nō valet earū vend. vt ff. de ver. ob. l. cōtinuus. §. cū qs sub hac. Sed dò: ꝙ a ciuitas, castrum, & q̄libet vniuersitas, in qua sunt populi & similes, æquiparantur ecclesiæ, vt no. ff. si cer. pe. l. ciuitas. Sed res ecclesiæ & pupillorū non possunt vendi absq; subhastatione: licet secus sit in reb. adultorū sc̄dm quosdam. ff. de mi. l. & si sine. & in Aut. hoc ius. ergo idē in reb. vniuersitatū. Tertiò: ꝙ a non interuenit iudicis decretū, qđ pacto contractu, & solennitatib. interponi dēt, vt C. de vend. reb. ciui. li. ii. Quartò: ꝙ a non probat pretiū cōuersum in vtilitatē Castri, qđ debet ꝓbari, vt no. in l. i. C. de ven. reb. ciui. li. ii. Quintò: ꝙ a in syndicatu non fuerunt expressa nomina interessentiū, nec iurauerunt, vt d. l. fi. Sed ad q̄dā ex istis pōt faciliter respōderi, & ad q̄dā nō
2 faciliter. †Venio ad sc̄dm. l. ad contractū emphyteuticū, & si nō tenet vēditio, vēditor nō potuit rē ꝓpriā cōducere, nec acgrere dñium vtile, cum hæc direct. C. loca. l. q. ré. ff. ad Tre. l. si Hermes. Sed posito, ꝙ valuisset, mouet q̄stio de pœna, vtrū singulis annis cōmittatur, an semel ꝓ omnib. annis, an semel pro vno solo anno. Et vī, ꝙ anno quolibet: ꝙ a pœna dupli respōdet, & consonat sorti: ꝙ a est annua, & ꝙ a ita est verisimile sensum fuisse: cū distributio annorū interuenit. In cōtrariū ꝙ semel ꝓ omnib. ff. de pe. le. l. i. in fi. In contrariū, ꝙ semel ꝓ vno anno tm. ff. de ar. l. si duo. & no. ff. de ver. ob. l. si sic stipul. lum. prima veriorē esset in casu nostro, si cōmitti posset, & respectu eius, cui cōmitteret.
3 Venio ad tertiā q̄stionē† de condēnatione & cōfiscatione. & vī ꝙ sententia lata p̄cipiti festinatiōe nō valuerit: ꝙ a impossibile est totū ꝓcessum vna die expediri, vt no. ff. quib. ex cau. ma. l. sed & si p ptorē. §. quoties. Cōtrariū est verū in tanto scelere: cū mora posset subuertere publicū statū. ff. de iniu. re. l. si qs filio. velox. n. dēt esse suppliciū, dūmō cōstet de cri. Et ideo p̄fatus dñs Maph. obijt seruus pœnæ, & bona sua ex crimine læsæ maiest. deuenerunt in fiscū, vt in Aut. bona dāmatorū. in fi. Ex hoc sequit, ꝙ nulla bona in ciuitate reliquit: & sic hæredes hæc nō potuit. ff. de vul. sub. l. lex Cor. Sed loco hæredis erat de cōsuetudine Lōbardorum fiscus Cæsa. vt l. i. C. de bo. vac. lib. 10. Et iō nisi imper. vel ciuitas bona restituisset descēdentib. eius, tales descēdētes nullū ius haberēt, Sed dī, ꝙ bannitos restituit Rex: tñ nos iustè tenemus, ꝙ ipse nō fuerit Rex Rom. nec Imp. cū fuerit reprobatus ꝓ Papā, & iusta Dei aīaduersione ꝓp ea, q̄ publicè fecit cōtra Papā Ioā. & contra vniuersalē statū ecclesiæ Rom. vnde priuil. sua nō valuerunt. C. de sac. san. eccl. l. decer. q̄ q̄d no. ꝓ Cy. in l. bene à Zeno. C. de quad. ꝓscr. tñ nō est cōtrariū ei qđ dico. don. autē d. Mastini nō potuit facere istos donatarios hæres d. Maphei; ꝙ a nullam hæreditatē relinquēs hæredē nō hēt. nā nec pater, qui occupatiure
4 peculij, dī hæs. ff. de sti. seruo. l. si seruus cōis Męuij. in prin. & ibi no. †nec ēt fiscus dī ꝓpriè hæs: vt ff. de nou. l. quoties. §. fi. & l. noua. in fi. dico, qñ succedit ex cōfiscatione. ff. ꝓ so. l. actione. §. publi. ff. de duo. reis. l. fi. Itē dona. do. Mastini supposito, ꝙ valuisset ꝓ annis, quib. fuit in dñio ambulatorio, sicut ambulat fortuna: tñ pro tpe, quo nō habuit regimē, donare nō potuit annuos reditus debitos cōi Brixiæ, arg. ff. de stip. ser. l. si seruus cōis Męuij, & castrensis peculij. §. fi. Æquiparo. n. talia regimina vsufructuarijs, cum non transmittant de iure in posteros. & ꝙ emanans ab eis, non dī ꝓpriè emanare à dignitate, secus in Principe, & hæc de subtilitate iuris: tñ in Lōbardia ista iura sunt truffæ, omni die fiunt leges nouę à nouis regnantib. ff. de orig. iu. l. 2. §. exactis. Itē decretū fuit factum tpe Lucani p eum. Itē recognitio singulorum nō ꝓiudicat vniuersis, vt plenè no. de reg. iu. l. aliud. §. refertur. Et ideo vī dicendū, ꝙ ista iura, si qua sunt pertineāt ad commune Brix. & non ad istos agentes: nisi quatenus concederetur eis per cōmune Brix. vel superiorem præsidentē dominio, salua semper sententia veriore. Considerate etiā libellum agentium, in quo si nulla fieret mentio, ꝙ ipsi sint successores do. Maphei ex sua persona vincere nō possunt. C. vnde liberi. l. qui se patris. Sed ipsi agentes faciunt mētionem, ꝙ tanq̄ hæres hæredum. C. de hær. inst. l. fi. vnde petitio est aptè formata; tñ non est aptè ꝓbata, si constet, ꝙ d. Mapheus fuerit ad mortē dānatus, & condemnatio maximè executa, quo casu nec ad pias causas habet hæredē, vt no. in c. quanq̄. extra de vsu. li. 6. in nouella. & licet fuerit factū festinatum, & abbreuiatum; tñ ꝑsumitur ius seruatum: ꝙ a præsumitur ꝓ sententia lata in cōfessum, etiā nō seruatis dilationibus, ꝑsertim si etiā aliæ ꝓbationes suffragantur, maximè in arbitrarijs. ff. de admi. tut. l. si bonā, de iud. l. si prætor. ff. de euic. l. Heren. extra de renun. c. in ꝑsentia. & hęc vera, si cōstat de cōfessione, aliàs nō ꝑsumitur ꝓ sententia lata ex abrupto, & iuris ordine nō seruato, imo tunc ꝑsumitur cōtra sententiā pp vitium ꝓcessus. 2. q. 1. c. nos verò quenq̄. & in ꝑmiss. facit, qđ no. Inn. extra de
5 eo, q̄ fur. ord. c. innotuit. & Bar. ff. de don. l. filius. † Sed si pp antiquitatē tpis non potest cōstare de ꝓcessu, ꝑsumitur ꝓ sententia, ꝙ fuerit lata ex prob. si sententia facit mētionē de ac. aliàs secus. Ita intelligit qđ no. Cy. C. de fid. instr. l. emanci. † & etiā qñ factum est multum antiquū, faciunt cōiecturæ cum fama super omnib. istis. Sin factis multum diffamatis & ditulgatis: ꝙ a tanta ꝑ esse fama, & tādiu viguisse, ꝙ inducit notoriū, vt no. ff. de nege. l. atqui natura. §. cū me absente. & ff. de rei ven. l. indi. & l. 2. §.
6 1. ff. de exc. tu. facit qđ no. In. extra de iur. calum. c. cū causam. & in c. vestra. & an q̄ ꝓducit in integrum restitutionē, videat condemnatus, no. ꝓ Bar. ff. de ver. ob. l. decem. Et quia ex actis, & in cōscientia vī mihi, ꝙ di. d. Mapheus fuerit reus mortis, & seruus pœnę, & hæreditario noīe ab eo sumpto agi nō posse: puta reus dicti iudicij, nō maleficij: de culpa. n. ignoro, sed ius ꝑsumit reatū, vbi reperitur dānatum seu condēnatio cum certitudine, & dubitatur de rectitudine. ff. de pœ. l. 3. Et confirmant p̄dicta: ꝙ a restit. in integrū non potest restituere mortuū, vt hīdem habeat, quē tpe mortis hæc nō poterat. ff. ad l. Aqui. l. huic scripturæ. C. de sen. pas. l. fi. de bon. libe. l. qui libertin. §. posthumus, & ff. de stip. ser. l. si seruus. §. seruꝰ. Et etiā cōtra res iudicatas nō valet rescriptū sine clausula, nō obstātib. apposita in forma debita. ista ratio nō est bona quo ad rescriptū Bauarij: ꝙ a illud rescriptū nō peccat in forma: sed tñ alia, q̄ dixi, vera sunt: ꝙ a peccat in iurisdictionis & prātis carētia, vt C. si à nō cōpe. iudi. ꝓ totum. obiectū aūt de læsione onerosa post cōtractū ꝓp superuenientē rei vtilitatē, nil facit ad rumbū, nec rest. in integrū proinde concedenda esset. ff. de mi. l. verum. §. si locupleti. & maximè quia tēpora non largiuntur, vt C. qui. ex cau. maio. l. resp. ub. vnde communitas de Gaido remanet in vna potētissima defensiōe, videlicet in cōfiscatione do. Maphei, & antequam sit sūper ipsa declaratū. &

tū. & posito, sed nō cōcesso, ꝙ nō hēret ius in prīcipali: tñ nō incideret in pœnā cōtractus: ꝙ a nō prius intelligit se debere, q̄ declaratum sit. ff. de ver. obl. i. hoc iure. & l. qđ re. ff. si cer. per. & ff. depositi. l. si qs inficiatus. & ff. si pars hę. pe. l. illud. Cōcludo igit, ꝙ cū agēs sine actiōe agit tanq̄ hæs do. Maphei, ꝙ hæredē hæc nō potuit ꝓp aduersam formā cōdēnationis ipsius; ꝙ ipsi nō fundauerunt eorū intētionē tanq̄ hæredes, nec fundare pñt, ideo reus dēt absolui. Illud certū est, ꝙ si id, qđ debeat cōi Brixię ꝙ errorē, vel ꝙ impressionē cōitas de Gaido soluit istis alijs defcēdentib. dom. Maphei, quib. nō debebat solui, ꝙ hoc nec vera oblig. tollit, nec abusiua oblig. inducit. ff. de cōdict. indeb. l. si pœnæ causa. §. 1. Itē etiā est certū in materia ꝓbationū, ꝙ q̄ non ꝓsunt singula, multa sibi consonantia iuuāt. Cōsonanti. n. multorū iudiciorū præsumptione, q̄ cum fama plenā ꝓbationē facit in ciuili causa, qcquid in ea introducat: vt d. l. 2. §. ætas. ff. de excu. tu. per gl. & Dy.
7 †Itē exēplum, licet non ꝓbet, maximè exēplum exempli, vt C. de diuer. rescri. l. si qua. & ibi ꝙ Cyn. tñ facit indicium, vt no. in l. 2. ff. de fid. instr. Itē sicut mors multū antiqua ꝓbatur per famā. C. fol. ma. l. si quidē. ita qualitas mortis, vnde tot simul iuncta facit vnū pfectū sensum, seu indiciū in animo iudicis, contra qđ, naturalis rō dictat ꝓnuntiari non debere. Et ideo lex ciuilis habet illud pro ꝓbato, cuius contrariū non est credibile, nec pōt persuaderi alicui bono viro, ad cuius arbitriū hæc omnia referuntur. ff. de testi. l. 3. §. tu magis. & l. ob carmen. § fin. & extra de succes. ab intest. c. si illud etiā constat, ꝙ longa ꝑstatio ex causa inutili non obligat in futurū: vt l. si certis annis. C. de pac. cū sua materia. Illud etiā adiungendū est circa rescriptū Bauarij, quod alia ratione nō valet: ꝙ a rescriptū, qđ medetur vulneri, oporter, ꝙ vulnus detegat, ita qđ appareat referibentē intellexisse illud clarè & specificè, & statū causæ: aliàs non intelligit dispensatū, vt in c. 2. extra de filijs presby. li. 6. & l. 2. ff. de nata. restī. & de rescrip. c. dilectus filius abbas S. Stephani. & ar. ff. de ac. emp. l. 1. §. sed si id egit. & de tuto. & curat. da. ab his. l. tutor si peritus. & l. cū dominus. in prīc. ff. de pecul. legat. quare firmiter reneo, qđ communitas de Gaido debet absolui. Ego Baldus.

CONSILIVM CCV.

1 *Hospitalia an appellatione clericorum vel beneficiorum veniant.*
2 *Hospitale subiectum monasterio, an & quando dicatur eius membrum.*
3 *Aestimum monasterij an comprehendat eius aestimum hospitalis, vel aestimum hospitalis sit de per se quo ad onera.*
4 *Possessio per vnicum actum acquiritur.*

In causa, quæ vertitur inter procuratorē dominorum canonicorum capituli ecclesiæ Vercellensis, necnon nomine, & vice totius cleri ciuitatis & diœcesis Vercellensis ex vna parte: & dominos Abba. monasterij S. Andreæ, & ministrum S. Andreę de Vercellis; occasione taleę de nouo impositæ hospitali S. Andreæ prædicti de Vercellis: & nomine, & occasione cuiusdā declarationis, ꝓpterea factæ inter dictas partes per sapientē doct. D. Thodeschum de Barulo, qui pronuntiauit & declarauit, ꝑdictum hospitale S. Andreæ non fuisse, nec esse separandum, nec distinguendū in aliquo æstimo, nec in aliquib. libris æstimatorum ac taleārū cleri Vercellensis à ꝑdicto monasterio S. Andreæ Vercell. cui subest: nec ab æstimo d. monasterij. & per consequens dictū hospitale S. Andreæ, ac ministrum, & capitulum d. hospitalis, vigore, seu ꝓtextu alicuius ęstimi dati d. hospitali seorsum à ꝑdicto monasterio non teneri ad taleā nuper impositā, nec ad alias quas imponi contingeret aliqualiter ꝑsoluendum. Et visis literis Magnifici Illustris dñi nostri, & visis quibusdā scripturis æstimi non publicis, sed priuatis: ac etiam visis omnib actis & actitatis in d. causa, vī mihi Bal. de Peru. V. I. D ꝙ quædā sunt ad euidentiā ꝑmittenda, & postea ve
1 niendū ad solutionē q̄stionis ꝑdictæ. † Et primo ꝑmitto, ꝙ licet appellatione clericorū & ecclesiarum nō cōtineant hospitalia; vt in c. per literas. extra de ꝓben. in cle. tñ secus est in hoc casu ꝓp intentionē dñi, q̄ sub vniuersitate quadā latissima voluit oēs comprehendi. vnde cum omnia hospitalia hoc iure utant, similiter hospitale S. Andreę dēt sub hac disciplina, & retributione comprehendi, vt legi. & no. extra de ver. ſ. c. cū tibi. & extra de testis. c. requisisti. & tq. 7. c. si qs oēs. & de reli. do. c. de xenodochijs. ar. ff. de pi. l. debitor. & ff. de hæ. instī. l. ex facto. §. rerum autē Italicarum. tñ vtrū debeat cōprehendi tanq̄ mębrum d. monasterij,
2 an secus dicā. † Sed ò ꝑmitto, ꝙ dictum hospitale S. Andreæ est mębrū d. monasterij, & (vt ita dixerim) mębrum natū à principio vnà cum suo capite, qđ apparet nō solū ex priuilegijs apostolicis, sed etiam ex ipso nomine: ꝙ a vocat hospitale S. And. de Ver. ꝙ a genitiuus significatiuus, vt ff. de reli. l. 2. §. in locū. iuxta illud quod dicit lex. pater, inquit, ex ipso nomine, qđ ꝑfecto debeat, an non: vt C. de offi. præfe. vr. l. 1. Et ex hoc infertur, ꝙ monasterium est caput, & hospitale est membrū ei connexum, qđ à suo capite separari non debet, vt C. cōia vtriusq; indicij. l. possessionum. & C. de agri. & cen. l. cum scimus. li. 11. Et sicut pater, & filius non dñe subire duo onera, sed sufficit, ꝙ pater subeat ꝓ
3 se, & filio, vt no. in l. 1. C. qui ætate. li. 10. † ita hic non debet monasterium, qđ est loco patris, subire onus libræ suæ, q̄ cōplexiuè significat totum & integrū patrimonium monasterij & hospitalis. & census iterari non dēt pro ipso hospitali: ꝙ a hoc euidenter apparet excessus, & solueret bis, qđ semel est soluendum: ꝙ a ratio ciuilis & naturalis non patitur, ꝙ ex ea causa bis idē exigatur. altera. n. exactio esset indebita: vt l. nam hoc nat. ff. de cōdi. inde. Et certum est; ꝙ qñ qs grauatur vltra debitum, ꝑt ad superiorē habere recursum: vt C. de censitor. ib. & pœ quatorib. l. q grauatos. li. 11. vnde sententia sup hoc lata rationabiliter fuit lata; si verū est, ꝙ sub æstimo monasterij hospitale includitur. Si verò non includit, & d. æstimum aliàs est congruū, sententia non fuisset bene lata: ꝙ a etiā idē homo pōt hæc plura æstima partiri larta plurium fundorū, sed non plura æstima vniuersaliter ff. de censi. l. forma. & est similis in l. falc. q̄ imponit in bonis patris, & filij, vt ff. ad l. falc. l. in ratione. §. qđ vulgo. Itē vbi sunt vnita bona partis, & filij, nō dēt separari ab inuicē, vt ff. de vulg. sub. l. sed & si plures. §. filio. & ff. de sepa. bo. l. 1. §. sciendum. & C. de iure del. l. quidā eulogio multū. n. refert, vtrū æsti. monasterij sit torius cōplexiua, & indiffinitè facta: an verò sc̄dm qđ æstimarum sit monasterium, & sc̄dm qđ æstimatū sit hospitale: vt ff. de ædil. edic. l. cū plura. & ff. de ac. em. l. si duorū. Quia mihi non constat hoc: sed in dubio vī interpretandū, ꝙ æstimum factū sit, vt fieri debuit, in ꝑsonā monasterij integraliter, & cōplexiuè: nā factū dubium in dubio referēd as ius: vt ff. ꝓ soc. l. merito. qđ si ita est, monasteriū hēt causam conquerendi, ac etiā hospitale cām nō soluēdi de ꝑse; ꝙ a monasteriū sub confuso soluit ꝓ vtroq;: tñ illud in cōtrariū nō parū mouet: ꝙ a aliàs monasteriū soluit ꝓ se, & hospitale ꝓ se, ꝓ quā solu. spōte factā clerus est cōstitutus i:
4 in quasi poss. ūc de cætero faciēdi. † nā per vnicum actū efficacē acquirit poss. vt no. In. extra de in inte. rest. c. 1. Porrò dñs referēdo se ad consuetudinē, q̄ facti est, nō ad eā, q̄ legis est, vī se tenuisse ad actum ꝓcedentē immediatū: vt ff. de ali. le. l. Mela. §. 1. vnde ꝑt dicere clerus abbati & hospitalario, vti poss. ita possi leatis: & vti soluistis, ita soluatis. Sed ad hoc respondet: ꝙ a nō apparet, ꝙ abbas fecerit istā solut. sic feorsum de mādato capituli, vī nō poterit ꝑiudicare nec in ꝓprietate, nec in poss. monasterij, vt no. Inn. vbi s. Præterea dī. scriptura est scriptura priuata, cui non dēt nec ꝑt credi de iure, nā si esset scriptura publica, tūc forsitan aliud esset, vt extra de his, q̄ fi. à ꝑla. c. ea nosc it ꝓ Inn. Quid ergo finaliter cōcludemus. nā ista q̄stio partim est facti, partim iuris, & conclusio est ista, ꝙ si æstimum nunc factū ipsi monasterio oriē ab aliqua ꝓportione æstimi antiqui, qđ est integrale, ꝙ monasteriū habeat iustitiā: quia qđ ex alio dependet, illius qualitatē assumit: vt ff. de don. inter vir. & vxo. l. si donatæ. § si ꝑpensus. si autē est æstimum nouum & emergens, & congruū respectu quantitatis, tunc clerus habet iustitiā, vnde attendēda est ratio istius impositionis, & modus eius, & in dubio ꝑsumitur pro æstimatorib. ex quo sunt omnīū cōsensu electi. C. de sacro. sanct. l. hac edictali. §. his illud tñ. dum tñ appareat aliàs solutum esse diuisim: secus si non appareret, vt dictum est. ad hoc. ff. de leg. 1. ꝑdijs. §. balnea. & ff. de fun. instr. l. Seia. §. mando. & l. cum de lanionis. & ff. de ser. vr. ꝑ d. l. Olympico. finalis ergo cōclusio est ita, vti æstimari debuistis, ita seruate, qđ ꝑtinet ad officium iudicis examinandum, vt videat libros æstimi quib. lux veritatis existat: & sc̄dm diuisionem vel vnionē dictorum librorum, ita pronuntiet, faciat, & declaret, & seruet, qđ in proximis solutionib. est seruari consuetum, iuxta mādatum dñi: vt d. c. cum nō liceat. extra de ꝑs. vnde si dictus hospitalarius habeat ꝓprios introitus, & ꝓpria onera sustinet, & applicat fructus mensæ hospitalis, & si mensa abbatis indubitanter debet subire onera de per se: quia separatę sunt administrationes & commoda, licet in decima Papæ faciat id, quod ab antiquo consuetum est fieri. Item si considerantur priuilegia, non est propriè vnio, sed subiectio,

lectio, vnde hospitale nō est de mēsa monasterij, sed habet mensam per se. de reseri. c. abbates. in cle. vnde pro debitis monasterij nō tenetur hospitale, nec econtra. ff. de mino. l. deniq; §. sed vtroq;. & absurdum est dicere, q hospitale nec in concreto, nec per se aliquid soluere t. nam per hæc alij grauarentur pro hospitali: quod est absonū, vnusquisq; onus suum portare debet, C. vt nullus ex vicarijs. l. i. li. ti. ad hoc facit qđ not. per Bart. ff. ad l. fal. l. i. §. si cohęredem. Item q differentia sit, si hospitale æstimetur in quinq;, & monasteriū in 10. an verò vtero; simul in 15. in effectu p̄stationis nō quo ad recipientē: recipit. n. siue seorsum, siue per cumulū tantundē. ff. de pac. l. maiorē. sed in hoc solū est vis, ne p semel bis grauetur: vt C. de leg. l. cū qō. hoc etiā determinat Old. in consilijs de eo, q impetrauit sēdm taxationē decimę vnū beneficium taxatū, cui erat adiunctū aliud nō taxatum, dicens, q literæ sunt subreptitiæ: qa nō æstimatum pp vnionem addit ad quantitatē, q̄ suppressa fuit sēdm Oldr. hospitale dicit, volo facere simul cū abbate p eo tm̄, qđ impositum est abbati: qa ita solitū est fieri. Resp. vbi imponit respectu vtriusq; simul, verū est, q ita est solitū fieri, sed hic nō fuit ita, vnde qñ distributiuè imponitur, vnū in altero nō includitur. ff. de vulg. sub. l. cū ex filio. §. filio. nec modus decimæ attēditur hoc casu. Et potuissent distributores colligere vtrunq; in vnū, potuerūt etiā diuidere: qa in hoc in effectu nō video differentiā, dūmodo ad tm̄ ascēderet vtrunq; cōiunctum, ad quantū ambo inuicē separata. p hæc tñ nō p̄iudicatur iuri monasterij, qđ habet in ipso hospitali, nec aliqua ptās de iure attribuitur de nouo per p̄dicta clero contra dictum monasterium & hospitale, &c. Ego Bald.

CONSILIVM CCVI.

1 *Naturali quis dicatur & nu. 6.*
2 *Legitimato, si expressus sit vnus modus illegitimatis, cum esset alius, an valeat.*
3 *Nepos ex filio præmortuo an possit legitimari ad instantiam aui.*
4 *Nepoti spurio an relinqui possit per auum.*
5 *Legitimati qualiter succedant.*

Casus talis est. Quidā A. habebat duos filios. s. B. & C. q ambo habuere legitimos & naturales, videlicet qa B. habuit Maximā & Ioannā, q̄ hodie viuunt, & d. C. habuit ex fanticella nō cōcubina, q̄ stabat ad mercedē cum d. A. patre dicti C. vnū filiū. s. Nic. ante tñ q̄ d. C. duceret vxorē, quā duxit viuēte d. fanticella. & d. fanticella erat vidua, decessit d. C. superstite d. A. & d. B. fratre, & relic. Io. & Nic. & Maxima. & postea decessit d. B. rel. omnib. supraſc. postea decessit d. A. q fecit test. deinde facto testō legitimare fecit d. Nic. hērdē instītutū, extantib. Maxima & Ioā. ī dict. Et dedit tutorē Albertū. Ex aduerso venit Io. pupilla: qa Maxima nō pōt petere ex forma statutorū: qa ipsa fuit nupta & dotata valde bene. & dicit d. Io. q d. Nic. nunq̄ fuit filius. C. qa nō natus in domo, & alia opponuntur. Nic dicit, q est filius, & p̄ducit test. aui. s. A. & p̄ducit legitimationē de eo facta. dicit Io q illa verba in testō posita, & in instrō legitimatiōis nō p̄bant cū filiū d. C. & allegat. l. nō nudis. cum suis ſ. C. de p̄b. & no. in l. i. C. de falsa causa adie. dicit Nic. ego sum in possessiōe filiationis, proba tu, q nō sum filius. dicit Io. vbi est dare petitoriū, ibi nō est dare possessorium, &c. & etiā bastardi non sunt in ptāte parētū, & nomē aui, & paui nō cadit in bastardo, ita q tua allegatio nō valet. & p̄ suppositō, sed nō cōcessō, q fuisses filius, ego dico, q nō potes succedere ex testō, nisi in vna vncia, si fuisset cōcubina extantib. legitimis. dicit Nic. auus meus nominauit me filiū, & nō dixit bastardum, ergo ego sum legitimus, vt in Auth. vt liceat matri & auiæ. in §. ad hæc dicit. Io. illud hēt locū, q̄n legitimi & naturales nō extāt, & erat cōcubina. Prēterea illa verba fuerunt p̄lata ab auo, & nō à patre: & sic nō obſt. Et rō: qa cōsensus atti nō pōt facere illā fuisse vxorē, sicut pt facere cōsensus patris, licet in casu nr̄o nō habeat locū etiā cōsensus talis: qa dictus pater viuēte d. fanticella duxit vxorē, & sic fecit actū contrariū de volūtate d. A. & q sis naturalis, apparet p legitimationē factā, qa legitimi & naturales nō legitimant. & tūc dicit Nic. si ego sum legitimatus, ergo ego possum succedere. dicit Io. ego dico, q legitimatio nō tenuit. primò, quia tacita veritate, & expressa falsitate fuit impetratū: qa dr̄ in instrō, in defectu nataliū. Secdò: quia nō fuerunt citati oēs, ad quos spectabat cōmodū, vel incōmodū. vel spectare poterat, put requirit de iure. Tertiò: qa rescriptū dñi Imperatoris nō vult, q fiat p̄iudiciū in successione legitimis, vt apparet in d. priuilegio. Dicit Nic. illud habet locū in successione ab intest. sed ego peto ex testō. dicit Io. hoc nō est verū de iure, immo tota hērditas spectat ad Io. pupillā ratiōe partis, in qua sum instituta: qa quis nō pt decedere p parte testatus &c. & in quantū appareat te fuisse filiū naturalē, ego dabo tibi vnā vnciā: immo nō eras capax tpe testamēti, ergo, &c. nō obstāt dicta verba testatoris, nec dict. legitimatio rationib. ꝺictis. modò q̄ritur quid iuris. Primus passus, qui elicitur ex casu isto, est, an legitimatio fuerit & sit de iure valida, an ne. Secdus passus est, an eo ipso, q di. legitimatio di. Nic. fuit facta post testa. aui, & post mortē patris illius Io. in p̄iudiciū tendere nō possit ipsius Io. pupillæ: an nō obstāte, q fuerit facta post testa. aui, dummodo ante mortē aui, in p̄iudiciū ipsius pupillæ tēdere debeat, & hoc posito sine p̄iudicio, q valeret d. legitimatio. Tertius passus est, posito, q legitimatio non valeret, an valuerit instit. ipsius Nic. naturalis facta p auum, ita, & taliter, q habeat excludere ipsam Io. & p quanta parte habeat excludere: an in totum, tanq̄ in totū valeat eius instit. an pro parte, tanq̄ ipse Nicol. non fuerit capax totius: & in p̄dictis q̄ritur quid iuris. Quartus passus est, an verba illius aui faciant seu probent ipsum filium, & an legitimum.

1 †Iste fuit natus ex soluto, & ideo naturalis vr̄ p̄sumptione iuris: & etiā quia homines ita opinātur, & cōi vsu loquēdi appellatur bastardus, vt no. Cy. C. de nat. lib. I. fi. Et si dicatur, immo est spurius: qa natus fuit ex vidua, vt insti. de pubi. iud. §. itē lex. dico, q ista fanticella erat vilis cōditionis: vnde cum ipsa nō cōmittitur stuprū, vt no. Azo in summa de concubinis. sed certè non p hoc sequitur, q sit filius naturalis: nā & vulgò cōceptus nascitur q̄nque ex sol. & soluta, & tñ est spurius, vt l. vulgo. ff. de statu ho. in fi. si quis simul habet plures cōcubinas, licet solutus, & soluta generet, tū filij ex eis nascuntur spurij, vt in Auth. qui. mò. nat. effi. sui. §. si quis aūt. Et ideo videtur requiri, q ad hoc, vt sit ille naturalis, de quo iura loquuntur, q sit natus ex ea, q̄ est indubitato affectu cōcubinario in domo retēta. d. §. si qs. qui animus declaratur p̄ testationē & alios actus apparētes: nā furtiuus accessus indicat cōtrariū, vt ff. de cōcubinis. l. in cōcubinatu. & vlterius requirit, q requiratur in stēmate. i. in ordine & statu cōcubinæ, in aliquo honore tractetur domestico, minori tñ q̄ vxor, ff. de leg. 3. li. itē in legato. §. parui. dicit Bart. q si ex istis fanticellis nati sūt spurij, nō legitimantur p̄ sequēs matrimoniū. ff. de cōcu. l. fi. vnde vr̄ dicēdū, q si iste genitor retinebat hāc vr̄ cōcubinā, sit iste

2 filius naturalis, si aūt non habebat ad ipsam affectionē, sed naturali pondere incidit in cōmissum, q iste sit spurius. † Modo videamus de vtroq;, si est spurius, nō tenet legitimatio eius tanq̄ naturalis: qa erratū est in facti causa. nā dicit lex, q licet rogatio fieri debeat authoritate Principis, tñ si liberatus rogatus est ab ingenuo tacito, q esset libertus, p talē rogationē cū sit obreptū Principi, nō mutauit statum libertinitatis. ff. de in ius vo. l. sed si hac. §. patronū. ad idē facit in ar. ff. de tut. & cura. dan. ab his. l. tutor si petitus. nihil eū substātiale tacere supplicantē oportet. in Aut. q. mo. nat. effi. sui. §. illud. in ver. declarātur. & hoc verū de subtilitate verb. sed dubiū ē pp cōem vsum loquēdi, & pp gene-

3 ralē opi. vulgariū, q reputāt istos bastardos. † sed posito, q essēt naturales & legitimati prima facie p comitem seu rescriptū dñi Imp. videam⁹, si nepos pt legitimari in nepotē ex filio mortuo. & dico, q p rescriptū pōt quis legitimari p saltū. i. in nepotē circunscripto filio, vt in Auth. qui. mod. na. effi. sui. §. si quis igitur. in verbo, aut auus. col. 7. & eo. tit. in prin. in verbo, ad nepotes.

4 & §. si quis igitur habēs. in verbo, de nepotib. † Et ex hoc habemus, falsam esse opi. illorū, qui dicūt, nepoti spurio posse relinqui ab auo; quia si hoc esset, nepotum legitimatio esset superua-

5 cua: quod falsum est. † Quia posito, q sit legitimatus, quæritur, quid iuris habeat. Et videtur, q habeat ius æquale cum legitimē natis. Sed quia istis ita impudenter natis q̄nq;, nō sufficit in animo eorū parilitas, sed volunt anteferri ex testō, q̄ritur qd iuris. tex. priuilegij Imperialis ita dicit, dūmodo legitimationes fiēdę nō p̄iudicēt filijs legitimis, & hęredib. quin & ipsi cū legitimandis æquis portionib. succedāt. & intelligo hērdib. i. liberis q̄buscunq;. Sed pone, duæ extāt filiæ; vna instituta in vncia, alia instituta in trib. vncijs, nunqd totū residuū pōt hr̄e iste legitimat⁹. & vr̄, q sic. Nā cū rescriptū loquatur de virili; ergo loquitur ab intesta. vnde ex testō poterit plus hr̄e spurius legitimat⁹ ex socio natus, q̄ legitimè natus ex nuptijs. Sed text. notabiliter dicit, q nō pt legitimatus habere plus vno legitimorū minus habente, in Auth. qui. mo. na. effi. sui. §. q̄n. & inter oēs minus habenti

siue p testm̄ siue p donationē, q est not. Et interpretantur verba rescripti, vt sal⁹ vltra virilē hr̄e non pt, ar. no. C. de inof. test. le. 3. ꝺ portiōe vero naturaliū nō legitimorū cōstat, q extantib. decēdētib. legitimis vnā tm̄ vnciam habēt. l. 2. C. de nat. li. & i Aut. qui. mo. na. effi. sui. §. discretis. & not. ī l. vlt. ff. de reg. cato. † Quid dicemus, nūquid natus ex istis fanticellis, q̄ passim vadūt ad nūdinas, & forum, & vagātur p vicos, & plateas, & postea reuertūtur ad domū alicuius, à quo p̄gnātes fiunt, sit simpliciter, & proprie naturalis, an vero est spurius: nunq̄d nō est alendus de iure ciuili, an aliturus, & inhumanus est sermo iste. Tñ sēdm iur. ciui. sequeritatē: qa vēter iste nō est custoditus. C. de cust. reo. ad carb. l. si. imo lassitudinē hēt fornicādi cū multis, nec pt dici ī domo retenta. illa. n. nō de facili pt se cum alio cōmiscere, pater certus non est, hæc vero, q vagat, pt, si vult, & lex non acceptat istos partus ita obscuros. vñ spurij sunt & ignoti. & licet nō odibiles legib. qa ex soluto, & soluta nati, tñ tanq̄ degeneres, & ignoti hñt p spurijs, vt d. l. vulgo. Et si legitimantur vt naturales, non valet lęgi. & iō oportet legitimari eos hoc mō, videlicet tanq̄ natos ex soluto, & soluta, nō exprimendo naturales. nā si dr̄ naturalis, non valet legiti. pp vitium suppressionis, seu enūtiationis. ar. ff. de exc. tu. l. q testō. vel quasi sit obreptū p̄tori, nisi dicatur, q error iste nō infringat substātiā cōsensus, & ltimatiōis; qa si ista subtilitatē iuris sciuisset, idē effecisset, vt l. Bar. Phili. in totū. n. excludere istū remordet cōscientia mea, & naturalē æqtatē, & est cōtra mentē ltimātis. & iste pt dici naturalis largo mō. i. nō contra iura naturalia, nec contra iura ciuilia; cū ipsa p creatio naturalis sit, nec sit iur. ciui. obstaculo obūbrata. & qcqd rigor ciuilis dicet, iura can. oēm natū ex soluto, & soluta naturalem appellār. extra de elec. c. innotuit. & iō ltimatio valuit, & ista est veritas. Et ita dico, & cōsulo ego Bal de Peru. Vtriusq; Iuris Doc. & ad fidem me subscripsi, & signo mei noīs signaui. An spurio possit substitui hr̄s, l. 2. C. de hr̄di. ſti. An si est in stitutus spurius cum clausula codicillari, illa causula valeat, vide. C. de fideic. le. eam, quam. An illa clausula diuidatur, si non valet. i. quatenus nō valet hr̄s, no. ff. de transactionibus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCVII.

1 *Episcopus an ex causa possit prorogare tempus datum executoribus per testatorem.*
2 *Episcopus an possit dispensare contra constitutiones synodales.*

Occurrit dubium tale, videlicet: quia quidam testator condidit testamentum, in quo sibi hæredem instituit vniuersalem vnicū eius filium impuberē, & voluit, & ordinauit, q si dictus eius filius decederet quandocunq; sine liberis, & hęredib. ab eo legitime descendentib. q certa bona ipsius testatoris dispensari debeant pauperib. Christi pro anima sua, & p̄decessorum p duos fideicōmissarios, & executores in testamento deputatos, & nominatos. Contingit, q cōstitutione synodali grauantur executores vltimarū voluntatum ipsos exequi, infra annū à die mortis defuncti, & sub pœna excommunicationis laicis, & introitus ecclesiæ clericis: nihilominus prinantur potestate illas exequendi, & deuoluitur illa potestas dispōnendi diœcesano. Contingitque, q vnus ex executorib. fecit sibi prorogari tempus anni deputati ad constitutionē synodalem executorib. ad exequendas vltimas voluntates à die mortis testatoris per eius diœcesanum, & dicti testatoris. Contingitque q infra annum synodalem non fuit facta dispensatio p̄ supraſcriptos executores: sed post annum prædictum infra tē-

1 pus prædictæ prorogationis facta fuit dicta dispensatio per illū solum, cui facta erat dicta prorogatio. similiter dicta dispēsatio post dictum, & infra tempus prorogatū per alium executorem fuit ipsa dispensatio confirmata. Contingitq; q diœcesanus ille transacto tpe anni p̄dicti, & progationis p̄dictæ dispensauit bona p̄dicta alteri credens sibi delatā, seu deuolutā dispensationē p̄dictā. Mō q̄rit, q ipsarū dispensationū valeat, & teneat de iure, vel q̄ferri debeat ipsarū. † Si q̄rit, vtrū episc. possit prorogare terminū executorib. non est dubitādū, q pt: quia prorogando impeditur cursus termini pemptorij assignati p cōstōnē episcopalē. Cōstitutio. n. nō imponit legē episcopo, sed executorib. & iō episc. tanq̄ plenariā ptātē habēs ius habet prorogandi. & maxime ex cā, q p̄sumit⁹ in episcopo, & quolibet magistratu in istis actib. q sunt voluntariæ iurisdictiōis. qd. n. si alter fuisset ifirm⁹, vel ablens, certe hæc esset iusta cā prorogandi terminū; q̄a non dēt lædi ex tpis cursu, q negligēs non fuit, & res est integra: vt le gi. & no. in Auth. de ap. post prin. col. 8. ad hoc facit. ff. de p̄to-

stip. l. i. in fi. & de ver. ob. l. cū stipul. sim mihi à Proc. Certe hoc tenet Bar. in sim. in l. 3. §. dies. de dā. infe. Et sic erit testamētaria exec. prorogata. Et posito, q non esset prorogatio, est qđ commissio facta p ordinariū, qui potest hoc facere & vni extraneo, nedū illi, cuius fides est approbata p testatorē. ff. q cuiusq; vniuer. nōſc. li. tē eorū. §. si decuriones. & in Spe. de instr. edi. §. nūc aliqua. appellat hos executores datiuos, vnde sequitur, q si iste siue diœcanus eū prorogatū, siue de nouo datū, fecit suā distributionē, q talis distri. p̄ualeat distributiōi episcopi postea secutæ: quia distributio erat tā p̄fecta, dummō sit facta pauperi in piam cām, vt no. C. de sac. san. ec. l. illud. & p Bar. de le. 2. l. vnū ex fami.

2 §. si duos. † de di. cōstitu. episc. non est dubiū, q valet, vt no. Bar. co. ti. l. cū qđā. nec dicat aliquis, ista prorog. nasci dēt ex testō, ergo nō p̄t fieri, nisi sicut prima. de p̄cario. l. sed si manēte: qa siue initar iustitiæ, siue gratiæ, p̄t i p̄sona eius prorogari, ipse habitudine solita ptātē habebat, qui habitus prorogatur, vt in c. religiosis. c. fi. de test. li. 6. Et qua episc. de suo tpe non cogitur face re gratiā. Et facit ad cognoscēdū, vtrum sit prorogatio vel noua cōmissio, vt no. in §. hi, q. de p̄bē. li. 6. q aūt p̄sumat p iudicē in talib. no. In. extra de eo, q fur. ordi. recte susce. §. fi. & ī c. inotuit. de arbi. & ī patria mea ita seruat consuetudo, nescio qd seruet hic. Nec ob. q posset fortiter ī contrariū obijci: qa cōtra q̄ualē constōnē episcopi ipse episcopus nō p̄t dispēsare, licet posset eā in totū tollere, vt no. in c. licet cau. de ec. li. 6. in magna gl. quia ista nō est dispēsatio, sed prorogatio, vel saltē cōmissio, q̄ nullo mō tāgit constitutionē episcopi; qa constitutio synodalis nil de ea loquitur. C. de appella. l. p̄cipimus. in fin. Ex quib. concluditur, quod si dispensatio bonorū eit per dictū executorem facta in p̄sona pauperis, quomodo valida est de iure. Ego Baldus.

CONSILIVM CCVIII.

1 *Consuetudines, & statuta vigentia in domicilio mariti in doribus lucrandis attenduntur.*

1 Doctores † nostri dicunt, q in talib. lucris debem⁹ inspicere consuetudines, & statuta vigentia in domicilio mariti, p h exigere dotē. ff. de in. Arch. to. dist. c. illa. & Bar. in l. cūctos popul. in 4. col. vers. ex p̄dictis. nā p mrimonium ipsa mulier transit in iurisdictionē, & potestatē statutū. l. cū quædā puella. ff. de iu. om. iu. non curo, vbi res sint positæ, q̄ in dorem datæ sunt, ar. ff. de præsc. lon. tē. l. fi. & C. de cōtrah. emp. l. i. vnde secundū ea, quæ p̄roponuntur, vir dictā dotē lucratus est, & ideo eā restituere non debet. Ego Baldus.

CONSILIVM CCIX.

1 *Quid importent illa verba, quod sit domina, & vsufructuaria.*
2 *Dictio, etiam quid importat, & nu. 4.*
3 *Dictio, sicut, quid importat, & nu. 5.*

Illa Verba, † q sit dña, & vsufructuaria, simpliciter prolata, hāc interpretationem recipiūt, vt vsum fructū habeat extraneo hærede instituto. & hoc seruat de consuetudine, nisi alia sit coniectura ex charitate personatū præsumpta, & ex qualitate verborū colligi possit, ar. ff. de vsuf. l. si alij. nunc igitur videamus de qualitate illorū verborū, & ad

2 alimenta, seu & se alimentando. † nam dictio, & ponitur p maxime, ac si diceret, maxime se alimētādo, sicut erat tpe vitæ dicti testato. i. sua authoritate pcipiēdo, vt ff. de l. 2. l. Titia. §. i. non. n. restrīgit, cū ampliativæ sit naturæ. ff. ꝺ l. 3. l. ea tñ adiectio. & maxime mortua sorore d. testato. & sic finita charitate illa, q̄ poterat restringere legatum. ff. de le. 2. l. Titia. §. fi. per Bar. Et hic cōsidero, quod aut testator loquitur per modum demōstrationis, & non restringit legatum. C. de le. 1. l. quidam testō. Aut per mo

3 dum modi inserti fauore legatarij, & idem. ff. de alim. le. l. Lucio. Aut per modum cāæ finalis, & tunc restringitur legatum. l. si ab initio §. 1. ff. de vsu, & hab. Aut per modum condōnis, & idem; quia cōdō exigit se exittere. † In casu nr̄o gnerat dubium dictio, sicut erat. nam restingere vr̄ ad modum, qui seruabat⁹ vigo testatore, sed tunc certum est, q non erat vsufructuaria proprie loquendo, licet haberet quandam libertatē administrationis, q̄ in facto consistit, quam testor durare voluit. Ego in eo, q dixit,

4 ét se alimentando non facio vim, † quia dictio, ét, est dictio augmentatiua, & iō non restringit, vt C. ét ob. chirographariā pecuniam. in rubro, & nigro, probantur prædicta, & aut. & ar. le. l. species. ff. de don. l. donationes in concubinam. §. spēs. ff. de ali. leg. l. 2, ff. de transl. cū hi. §. si vni. ff. de leg. 2. l. Titia cū testō. §. fi.

5 ff. de vsuf. earum rerū. leg. fi. † Sed cogito super illo verbo, sicut,

vtrum referatur ad substantiã totius legati, an ad modũ, & qualitatem vtẽdi sua authoritate, sicut faciebat in vita mariti. ff. de vsuf. l. itẽ si fundi. §. fi. satis verisimile vẽ ex charitate personæ sororem de pleno vsufructu cogitasse, ar. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. Titius. Et idem ẽt soror in testo sensisse vẽ, & magis ex presse: protulit. n. verba, q̃ cõmode non possunt restringi ad sola alimẽta. Inane. n. esset dicere, lego tibi alimẽta oĩum bonorũ meorũ, nisi alimenta ponerent pro redditib. Casus est dubius. Sed ista pars ꝓbabilior est, nec debet referri dictio, sicut, nisi ad id, ad qꝰ põt salua rõne recti sermonis. i. ad illam dictionem vsufructuaria. ff. de au. & arg. l. e. l. Plautius. Illud est certum, ꝙ quæcunque ampliandi cã dñr, non restringũt, per l. legata. in prin. ff. de sup. l. dicit. D. Cy. ex æqualitate personarũ. illa verba ẽt expressa, habitandi cã, interpretanda sunt in d. leg. si habuero. Cyn. ego dixi, ꝙ ibi cã habet limitare rem secundum se. ff. de li. leg. l. Aurelius. §. Sticho. ff. de le. 2. l. cum pater. §. dulcissimis. tñ ꝓp affectionem p sonarum illa cá psumitur impulsiua scẽm Cy. vel saltem non restrictiua. vnde cum hic loquamur in vxore seruãte honorem, & votum mariti, ex huiusmodi affectione benignius interpretãda sunt verba, vt ampliandi, non taxandi causa apposita sint, cum non existat persona, quæ ex præsumpta voluntate defuncti posset eam ab vsufructu excludere. Ego Baldus.

CONSILIVM CCX.

1 *Vsurarius, qui pro 300. emit à quadam cõitate annuum redditum 30. flor. auri quolibet anno: iste vixit tantum, quod percepit sexcentos, an teneatur restituere, quod percepit supra pretium.*

2 *Syndicus communitatis habens ad hoc speciale mandatum an possit facere talem contractum, & obliget communitatem, nisi pretium sit versum in vtilitatem communitatis.*

1 Quæritur † de tali casu, quidam vsurarius ꝓ 300. flo. emit à quadam ciuitate annuum redditũ 30. flo. auri sibi præstandũ singulis annis in vita sua, iste vixit tm̃, ꝙ percepit 600. flo. repetuntur 300. tanquã vsurę. q̃rit, qd iuris. Et vr, ꝙ iste contract. non valeat: qa contract. empt. requirit ex vna parte pecuniã, ex alia rẽ. ff. de contrah. empt. l. i. ff. de præscr. ver. l. naturalis. §. ar cũ do. sed hic ex vtraq; parte venit pecunia, ergo non est emp. Præterea iste cõtract. ex altera parte est in rẽ, ex altera in personã: tñ psumit excedere legitimã summã, vt C. de don. l. sancimus. §. fi. In contrariũ vr: qa iste redditus appellatur panis ciuilis, & vendi põt, nã si speciale est in ecclesia, ꝙ nõ possit vendere, ergo in cõtrariũ est ius cõe. C. de sac. san. ec. l. iubemus. in auth. de non alie. §. vult. n. item iste redditus inter immobilia computatur, & sic vendi, & emi põt, argu. ff. de re iud. l. comm. Item iste contract. nõ est vsurarius: quia vsura est augmẽtum reddibilis sortis, sed hic sors non debet reddi, ergo nihil accedit sorti, & sic non est contract. vsurarius. Item licet non esset vẽditio, est tñ contract. innoĩnatus, do, vt des. le. fin. ff. de cond. ob. cau. nec. diuersitas noĩs vitiat. ff. de præscr. ver. l. insulam. ff. de reg. iu. l. si librarius. Itẽ contract. q̃ põt interpretari in bonã partẽ, nõ debet interpretari in malã partẽ, nec vitiose, vt C. de vsu. l. si ea pactione. Itẽ iste emptor subiecit se periculo fortunæ, vñ pretium periculi est. ff. de nau. fœno. l. periculi. Itẽ si iste emptor vixisset vna hora, nunqd venditor restituisset sibi pretiũ, certe non, vnde nõ dẽt postulare ab alio id, ꝙ non cõsiderat in seipso, seu cuius contrariũ nõ esset postulaturus. Itẽ hic spes vẽ empta, & ideo quantum valebat illa spes, debet considerari, nec debet iudicari ab euentu, per Bar. ff. de publ. l. cotem. §. qui maximos. Item consideranda vẽ ætas. ff. ad l. Falc. hæreditarũ. inde. n. sumitur coniectura vitæ, & mortis. Item aliter transigitur cum sene, aliter cum iuuene. ff. de transl. cũ ali. §. modus aũt pro ætate. Itẽ rõne incertitudinis nõ dr̃ modus excedi. C. de vsur. le. si ea. l. Itẽ hæc locutio nõ cõtigit facto, sed fato: quia viuere est solius dei, & naturæ beneficium, vnde deo gratias debemus referre de hominis vita, ad hæc. ff. de condi. & dem. leg. hæres meus. in prin. Itẽ alias sequeretur, ꝙ vsus fructus non posset emi sine periculo vsurariæ prauitatis, si quis reperiretur excessus, ꝙ est falsum: qa non rescinditur, nisi sit læsio vltra dimidiã pretij, quo cõiter vẽderetur emptori illius ætatis, & qualitatis. ff. de vsuca. l. 3. §. 1. Et multi alij similes contract. rescinderentur: quod est absurdum, & iniquũ. nã si quis à republica vilius conduceret salinas; & pedagia, eodem modo rescinderetur, quasi in fraudem vsurarum, quasi conductio potest fieri in fraudem vsurarum quod est falsum: quia contractus, vbi est coæqualitas pontentialis damni, & lucri, longe distat ab vsuraria prauitate, seu à dulcedine vsurarũ pp anceps periculũ, arg. ff. pro soc. le. si non fuerint. §. 1. & facit. ff. de pac. l. epistola. §. fi. ff. de peri. & comm. rei ven. l. necessario. §. vlt. ff. loca. l. si quis domum. §. huic Non ob. ꝙ no. extra de vsu. c. nauiganti. & ca. in ciuitate. vbi præsumitur fraus: qa ibi & si res non erat necessario certa erat tñ proxima certitudini, hic non, & ideo secus est hic, & secus est ibi, ar. d. l. periculi. & ꝙ no. ff. de transac. l. cũ hi. §. 1. & l. si de meis. † Sed nunquid syndicus ciuitatis habẽs speciale mandatum ad hunc cõtractũ faciendũ potest obligare ciuitatẽ, si non vertitur preciũ in eius vtilitatẽ? Respondeo, sic, si in mandato continetur, ꝙ possit confiteri: qa vbi ex sola confessione põt obligare dñm, nõ requiritur versio, sed si non habet mandatum ad confitendũ. tñ ex quo habet speciale mandatũ ad hunc contractũ, s. ad sic contrahendũ sufficit ꝓbare necessitatẽ. ff. de exerc. l. fi. Sed & non ꝓbata necessitate contrahitur obligatio in alio contractu, ad quẽ habet mãdatũ, q̃ mutui, imo etiã in mutuo, nisi exprimatur cã, de qua non in mãdato. ff. de iur. fisci. l. si ꝓcurator. & in auth. hoc ius porrectũ, & de deposito generis. ꝓ do. in l. ciuitas. ff. si cer. pe. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXI.

1 *Gabellarius, vel collector simplex gabellæ an possit remittere deferenti mercantias datum, vel gabellam, ita quod res non incidat in commissum.*

Proponitur, ꝙ Perinus, & Ioraninus fratres filij Bartholomei Michelis mercatores Lucani, anno pñti de mens. Maij proxime præteriti, Parisij manbant mercantiã quãdã super duab. bestijs q̃ consignauerunt de Pelatia cauallario illus. magn. Domini, D. Comitis virtutum & c. cum quantitate pecuniæ requisita noĩe pedagiorũ soluendorum cã dictæ mercantiæ, ac ille Ioraninus habebat lras tenoris, ꝙ ipse cauallarius erat præfati illustr. Principis: & cũ applicuisset cum mercantia ciuitatẽ, consignauit datiario, qui datiarius pro certa pecuniæ quantitate tenebat datium mercantiæ: à quo interrogatus quis, & vnde erat, & quid ibat faciendo, ostẽdit eidem publicano ipsas literas, & mercantiã, asserendo iuxta tenorẽ ipsarum literarum se cauallariũ præfati dñi, & ꝙ mercãtiã cõducebat Parisios, quib. auditis pedagiarius ipsum lniauit, ꝙ iret pro factis suis; ac lniatus recessit dimisso pedagio. Est igit q̃, † vtrum mercantia ceciderit in cõmissum ob vectig. non solutum. sane qõ hmõi expedita est. ff. de pub. l. fi. §. si quis professus. ꝑtertim, qa vectigalis cõmoditas publicano pertinebat, & nõ fisco, ideo ei concessa est vectigalis remissio eius tm̃ incõmodũ concernens: quinimmo ẽt si simplex foret officialis, adhuc excusasset, vt ibile. & no. licet officiali non existẽte soluendo in subsidium exigi impune posset pedagium, vt ait gl. in d. §. si quis professus. Cum pœna cõmissa à reo gabellarijs applicetur conductorib. gabellæ, non est dubium, ꝙ ipsi pñtin eorum præiudicium facere, ꝙ dicta pœna non committatur, & si esset commissa, pñt eam remittere, & ita consuluit Do. Cy. per l. creditor. in prin. ff. de ac. em, & C. de vect. l. si quis sine. quapp in nullam pœnam incidit, qui eius merces oñdit, & lniatur ab ipsis, vt d. §. si quis professus. si aũt non essent conductores, sed nudi collectores pedagij, non pñt remittere vectigal, tñ qui confessus est, non incideret in pœnam scẽm vnum intellectũ. §. si quis ꝓfessus. Alij aliter dñt in hoc. p. l. q Romæ. §. Calimacus. ff. de ver. ob. Prima opinio est verior, qñ portator merciũ nõ debuit putare se teneri pp literas dñi: quia consueuerunt dñi de his inuicẽ esse grosi, arg. sumpto à consuetudine. iustam cãm habuit credendi se non teneri, ar. ff. de pi. ac. l. vel vniuersorum. vnde non fuit in portatione mercium dolus, nec culpa. Item credidit gabellario, qui lniauit eum, cum credere debuit ei: quia erat officialis publicus. sortem tñ gabellæ remittere nõ potuit in præiudiciũ fisci. sed res non inciderunt in commissum: quia quantum est in se, nihil de cõtingentib. proponit omisisse, ẽt si gabellarius erat nudus gabellarius. nã si erat cõductor nulli dubium est ꝙ de suo poterat esse liberalis, vel ꝙ negligentia sua sibi nocet. ista ergo qõ in cõductore gabellæ, vel pedagij nullũ dubiũ habet, ꝙ merces nõ sunt pditæ, sed in simplici collectore posito p dñm, vel coitatem loci, habet dubium pp carẽtiam mandati. veruntamẽ secundũ ea, quæ proponuntur id em in eo puto per allegata superius. & quia habens generale mandatum super aliquo actu vniuersali põt in quærendis præiudicare domi. C. de acq. pos. l. fi. & l. 1. §. magistrũ. ff. de exerc. & d. §. Calimacus. & d. §. si quis ꝓfessus. secundũ Bar. & alios.

CONSILIVM CCXII.

1 *Quæ pœna puniatur faciens aliquem capi iniuste, & nu. 5.*

Iudex

2 *Iudex gabellarum quam iurisdictionem dicatur habere, & quid possit facere.*

3 *Iudex pedaneus quas pœnas possit habere.*

4 *Gerundorum natura quæ sit, an sit declarare, restringere, vel ampliare.*

Quidam prætenso, ꝙ ad eius petitionem iudex gabellarum mandasset Titium capi ad eius instãtiam, cum nullum mandatum interuenisset, nec ad officium iudicis gabellarũ nullatenus pertinuisset, capi fecit dictum Titium, & in carcerib. detineri, & quia iudex gabellarum negabat se vnq̃ dictam licentiã dedisse, fecit eundẽ Titium relaxari. Cũ d. Titius conquereretur de dicta iniuria, & de damnis sibi illatis, supplicauit illust. Principi D. Comitis virtutũ, ad cuius petitionem prædictus princeps mandauit prædicto iudici gabellarum, quatenus illum, qui reperitur defectasse, occasione contẽtorum in supplicatione prædicta puniat, secũ quod iuri vẽ conueniri, ad resarciendum ipsi supplicanti oĩa damnũ, & interesse, ꝙ dicta occasione sibi reseruari debet rõnabiliter, & de iure.

1 † Quæritur, an, & q̃ sint partes d. iudicis gabellarũ in cognoscẽdo, & ꝓcedendo, & puniendo ꝑfatum talem, q̃ fecit d. Titium suũ debitorẽ capi sic de facto, & in carcerib. detineri, considerata tã iure cõi, q̃ lris principis rescribẽtis. Ad ꝙ rñdeo, ꝙ d. iudex gabellarum non psumitur dictam lniam dedisse: quia iudex non præsumitur iniusta præcepisse, præsertim cũ dictum debitum non esset ex alia cã, q̃ occasione gabellarũ, & sic non pertinebat ad officium suũ. vnde nisi appareat de commissione iudicis, nullo modo debet præsumi, vt C. de iur. fisc. l. prohibitus. li. 10. & C. de mã. prin. l. 1. & C. de exhi. reis. l. neminẽ. sequitur igitur, vt dicta captura fuerit iniuriosa. Sed videndum, nunquid sequitur, ꝙ dicta captura fuerit falsa. i. ꝙ dictus creditor sub prætextu falsæ commissionis aperiendo dictis custodib. carcerum, & eos dolo circũueniendo fecerit d. Titiũ detineri. Per ea, q̃ apparent ex actis, vñ nõ vr̃, ꝓbatum, ꝙ d. debitor aliqua verba dixerit custodib. & sic non apparet de crie falsi, vel stellionatus, in quibus requiritur dolus, & liquida probõ, gb. apparẽtib. bene posset puniri de tali dolositate, vt C. de falsis. l. nec exemplum. ff. de falsis. l. qui noĩe. & l. si qs obrepsit. & ff. de iur. fisc. l. in fraudem. §. quoties. ff. ad muni. l. Titius cũ esset, sicut qui facit falsam ambassiatã ex parte iudicis, vt no. C. de spor. l. 2. ff. de cust. reo. l. diuus. C. quõ, & q̃n iudex. l. si vt proponis, ꝑses. ff. de fur. l. si quis vxori. §. apud Labeonem. & hunc casum ponit lex. ff. ꝙ me. cau. l. fi. in fi.

2 & l. & gl. † Et breuiter dicendum est, ꝙ d. iudex gabellarum, qui non habet merum imperium, licet constaret sibi de obreptione, non põt deportare, vel relegare, nec bona generaliter confiscare, vt C. de sen. & interlo. om. iud. l. nulli. vnde obtentu suæ iurisdõnis, licet iniuria facta sit suæ iurisdõni, nõ tñ ꝑt vti mero imperio puniendo in pœnis maiorib. sed bene põt vti quadam extraordinaria iurisdõne, siue imperio, pp iniuriã factam suæ iurisdõni, vt no. C. de test. l. nullum, & in d. l. 2. de spor. in tex. & per Cy. & pater. ff. de of. procon. l. si qui velit. ff. de of. præf. vigi. l. fi. punire ergo põt in pœna pecuniaria, si quid liquet sibi de hmõi mendacio, & satis credo, ꝙ liqueat per quandã confessionẽ sibi factã per dictũ creditorẽ. nã (vt dixi) iudicare poterit iniuriam contra suam iurisdõnẽ cõmissam, ergo est iudex competẽs, nec in cõfessione requiritur ordo iuris, vt no. ff. de infa. l. dictus fustiũ & posito, ꝙ non fuisset tunc iudex cõperens, superuenit rescriptum: vnde cogitur per eundem iudicem ad perseuerandum in eadem cõfessione, vt no. Inn. extra de ele. c. per inquisitionem.

3 † De pœna vero priuati carceris non est hic tractãdum: quia nõ põt iudex pedaneus imponere has pœnas, nec rescriptum principis patitur, ꝙ vltra pœnam euaget, q̃ competat de iure, & iurisdõne, imo certe si quis ponderat bene rescriptũ, non loq̃t de punitione, nisi respectu damnorum, & interesse pp id gerũdũ,

4 cogendum: † cuius natura est, quando ponitur sine culpa, distinguere, & declarare, & nõ ampliare, vt no. in l. 11. C. de his, q̃ latrones. per Iac. Bu. Consilium meum finale est, considerata intentione principis, ꝙ iste puniatur in pœna restõnis damnorum, & interesse, & ẽt aliqua pœna extraordinaria in modum mulctæ, vt ff. de his, qui no. infa. l. debuit. nec esset forte inconueniens, ꝙ priuaretur iure debiti alias crediti, in auth. vt non fi. pig. col. 5. & in auth. vt nulli iu. §. fi. & no. ff. ꝙ me. cã. l. extat. dico ergo, ꝙ puniatur, in dãnis, & interesse, & ẽt puniatur arbitrio iudicis in pœna applicanda fisco: quia iniuriã fecit magistratui. † De restõne

5 dãnorũ, & expensarũ, & aliquali pœna parua, attenta qualitate iudicis, veniat cõdemnandus, & est simile, ꝙ dicimus in actione iniuriarum: quia istum per iniuriam captum, & per iniuriã detentũ negari nõ põt, vt no. ff. de priua. deli. l. fi. & ff. de iniu. l. iniuriarũ æstimatio. & ibi dicitur, ꝙ in vili psona vilis & modica fit æstimatio iniuriæ. & ita est in casu nostro, & securius est, ꝙ iudex isto capite ꝓcedat, q̃ ex capite correctionis: quia hoc caput est magis liquidum exact. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXIII.

1 *Filius an transmittat hæreditatem patris, vel matris non aditam ad descendentes, vel descendentes, & an transmittat suo deliberandi, & quid de beneficio restitutionis.*

Casus talis est: Titia hñs mrem, & sororem mr̃is; & auiã pñam infirmata est, & perdidit sensum, & loquelã, ita ꝙ nihil intelligeret: tñ ante q̃ moriat Titia, moriẽ mr̃ eius, deinde moriẽ Titia non adita hr̃ditate mr̃is superstite auia, & matertera prædictis. Quærit, ad quem ptineat hr̃ditas, & bona mr̃is ꝑdictæ: vtrum ad auiam pñam ex ꝑsona nepotis, an ad sororem mr̃is ex ꝑsona ꝓpria. vnde punctus stat in transmissione hr̃ditatis mr̃næ. † Et certũ est, ꝙ ista non transmittit ius deliberandi: quia intellectu carebat. C. de iu. deli. le. cum antiquiorib. Sed tñ gl. in l. apud hostes. dicit, ꝙ hr̃ditas ascendentiũ non adita transmittit ad descendentes. & ita tenẽt alij doc. Alij dicũt, ꝙ non transmittit hr̃ditas, nec ius deliberandi; sed transmittit in integ. restõ per dictã filiam, & auiã mr̃nã: quia erat minor. C. de resti. mili. l. 1. de reb. du. l. qui duos. in prin. & d. l. cum antiquorib. per Bar. & ff. de acq. hæ. l. Pantonius. & l. cũ qdam. Hic est considerandũ, an in casu nõ dicta filia, q̃ perdiderat intellectũ viua matre, æquiparetur amenti, vel furioso, in quib. est ꝑaliter statutũ, ꝙ decedendo in furore non transmittat hæreditatẽ aliquo modo, nisi esset petita noĩe earum per curatorem bonorũ possessio: vt C. de cur. fu. l. fi. §. finaũt in furore. ideo forte lex hoc statuit: quia similis est mortuo, qui statim perdidit intellectum, ar. C. de test. l. iubemus. & postea non recuperauit ipsum, ideo tanq̃ mortuus nõ transmittit. nec est aliqua lex in mundo, quæ furiosis restõnem in integ. indulgeat, vnde furor officit transmissioni magis, q̃ ætas. & lex in furioso nõ distinguit nisi duos casus, s. aut est suus, & transmittit, aut non est suus, & tunc secus. vnde tunc succedunt ꝓximiores defuncti, vt d. §. sui aũt. in gl. quidefuncto, idem ergo in amente. i. qui mentẽ totaliter prius pdide rat. nam horum duorũ par est rõ, vt in auth. hi q. circa medium. & qa ins ita disponit, ẽt contra statutum legis in integ. restõ non datur: non. n. negligentia, vel absentia, vel ætate læditur, sed amẽtia, & morbo. ad hoc facit, ꝙ no. Cy. in le. non ꝓ numero. C. ad Senatusco. orfi. & ista opi. est satis æqua, & ꝓbabilis d iure inhærẽdo tex. d. §. sin aũt in furore. vbi nõ distinguit maior, vel minor, sed indistincte loquit, vt patet in ea. l. §. finaũt ex alia. posset ẽt hoc maxime psuaderi, ppea qa superest soror mr̃is. Sed idem in alijs successoribus. mr̃is p ea q̃ dicta sunt, & ẽ hæc, vt dixi, equior opi. & magis cõformis tex. legũ: licet (vt dixi) variæ sint opi. Et suprascripta oĩa cõfirmant alijs rõnib. nã si trãsmitteret bñficiũ restõnis in integ. lex, q̃ dicit, hr̃ditatẽ non aditam non trãsmitti, esset imposita verbis, & non reb. Itẽ sequeret, ꝙ hæres furiosi maioris sẽp restitueretur ex ꝑsona furiosi, cũ habeãt bñficia minorũ, vt no. in l. 2. C. de cu. fur. ꝑterea minor, de quo q̃ritur, non restituit, vbi idẽ maiori contigisset, sed hoc contigisset cuilibet maiori extra sensum posito, ergo minor restituitur, vt l. nõ vr̃. ꝑterea sequeret, ꝙ melior esset condõ minoris non trãsmittẽtis ius deliberandi, q̃ si trãsmitteret ipsum ius deliberãdi: nã si forte non restabat ex anno nisi mẽsis, vel dies, trãsmitteret illud residuũ tps tm̃, nec restitueretur hæres eius. At vero mihil transmittẽte eo de hæreditate, trãsmitteret quadriennĩ ad restõnẽ petendã, ꝙ est absurdum. Et ita dico, & consulo ego Baldus.

CONSILIVM CCXIIII.

1 *Executor mortuo debet exequi sine metu.*

2 *Citatio est fiendа ter, vel peremptorie, cum de graui præiudicio tractatur.*

1 In causa nobilis dñæ, D. Blancinæ † dico mandatum magnifici in eius fauorem factum dr̃e executioni mandari, nec debet merus executor metuere exce. extra de app. c. nouit. & c. ex rõne. per Inn. Itẽ non valet, ꝙ factũ est in ꝑiudiciũ d. dñæ plurib. rõnib. primo: quia non constat eam esse obligatã in aliquo aduersario suo. C. de prohi. seq. l. 11. C. de exce. rei iud. l. nimis propere. C. de pac. l. fi pacto, quo pœnam. Secundum, ꝙ nõ allegatur, nec probatur, ꝙ sit hæres pr̃is, vt no. l. si cũ

dotem.§.transgrediamur.ff.so ma.& leg.1.C.si vt se ab hŕ. absti. Tertio:quia de crediti substantia non liquet.C.de ac. & obl.le.
2 negantes.† Quarto:quia cum de graui præiudicio tractatur,debuit citari ter vel peremptorie.C.quo,& qñ iudex.le.tres denunciationes.Quinto:quia non apparet de eius contumacia,cũ nõ fuerit accusata.C.de iud.l.properandum.in fi.prin. Sexto videdum est, vtrum dictum præceptum fuit factũ die mercurij assignata.le.si vitem.§.fi.q vi aut clã.p Dy.& Bar.Septimo non põt fieri executio contra debitorem debitoris, nisi condẽnato debitore,& excusso.ff.de re iud.l.à diuo Pio.§.si,§.pe.& fin.& l.nõ prius.qñ fiscus,vel priuatus.ff.de iur.fis.l. non intelligitur cõtra multa.Concluditur ergo pro dño, q magnifico parẽdum est in eo,q suæ intentionis est.Et ita dico,& consulo ego Baldus.

CONSILIVM CCXV.

1 *Stante statuto excludente filias extante masculo,an per tale statutum debeãt excludi in perpetuum,an vero donec masculus viuet.*

Verba legis municipalis sub titulo de legitima filij,Si vnicum pr̃haber.Itẽ sub titulo de successionib.ab intesta sp prima cã sit liberorum: dũmodo masculo extante soror non succedat.Item d.rub.si frater, qui sororẽ à successione bonorum parentis excludit sine liberis,&fratre consanguineo, eiusq; filio,& nepote agnato.s. masculini sexus decedens, legitimam voluntatem condiderit,aut monasterium, vel quẽcũque alium venerabilem locum ingrediens sua offerat, vel det, seu sine proprio se victurum esse profiteatur:soror̃i vel sororib: eamq; filijs masculini sexus medietatẽ oĩum bonorum,quæ tpe mortis habebat,ex his,quæ ex successione, vel lucratiuo titulo apparente,vel ab aliquo per pr̃em ascendente ad eũ peruenerit relinquat.Ex his verbis surgit qõ,quæ proponitur,vtrum soror Alberici debeat hr̃e dimidiam sẽdm formã dicti statuti, nec ne, cum supersit filia d.Alberici hæres ab eo vniuersaliter instituta.
1 † Et primo est videndum,an illa verba, masculo extante, intelligantur.i. donec masculus viuet, vt sit sensus, q masculo mortuo absq; hærede masculo ex suo corpore soror resumat iura, q̃ pp priuilegium masculi perdiderat, an vero intelligatur ex tãto tpe,quo primo successio defertur. Pro prima parte facit: quia ramdiu durat priuilegiũ, quãdiu finalis, & substãtialis cã priuilegij.Sed exclusio fœminæ est in priuilegium masculi introducta, ergo tãdiu durat,quãdiu masculus supersit,argu.C. de ioff. test. l.si.ff.de vulg. subst.le.ex facto.ff. de testam.mili.l. eius militis.§. militia.ff.ad l.Falc.l.si post missionẽ.Contrariũ est verũ: quia semel simpliciter exclusus nunquam resumit ius à quo semel inuenitur exclusus,vt no.C.de secun.nup. l.in quib. Itẽ cũ hæreditas est ad alium applicata,penes eum, & eius successores perpetuo est infixa,& radicata, præsertim pp psonales obligationes, quæ in hærent,sicut character.ff.de min.l.si fine.§.sed q Pap. ff. pro socio.l. ea vero.inst.de bo.pos.§. quos aũt.Item dñiũ semel acquisitum perpetuæ,& transmissibilis est naturæ.C.de dona.l. si auia.C.de pba.l.siue possidetis.ff. de reg.iu.l. hæredem. ff. de acq.pos.l.cũ hr̃des.ff.qb.ex cau.maio.l.cũ miles.Præterea regula iuris est,q qñ tractat de inclusione, vel exclusione hæredis, inspicitur tps,quo primũ defertur,&acquiritur hæreditas,inst. de legit.agna.successione.§.pxi.hanc partem tenebat Bar.in le. filiusf.§. qñ impedienti.q̃ est lex finalis.& §.fi. totius Infortiati. ff.ad Tert.& hæc est veritas.Secundo est videndum de illo statuto,si frater,q sororẽ vtrũ habeat locũ in casu nostro,& vr̃,q sic, & sic soror debeat hr̃e dimidiũ, de qua loquit̃ statutũ:nã verba videntur clara,& gñalia:quia extat frater, qui excludit sororem tpe mortis pr̃is; ergo nulla dubitatio est, quia verba sunt clara, & apta.& vbi est casus statuti,nulli interpretationi locus existit. C.de iudic.vid.le.fi.Itẽ in dubio melius est verbis edicti seruire. ff.de exercito.l.1.§.si is, qui nauẽ.Item gñalis est ista determinatio.ff.de testa.mil.l.in fraudem.§.fi.Itẽ hæc vr̃ magna æquitas,q neptis non excludit filiam.C.de bo.ma.l.si viua mr̃e,Item & alia rõne vr̃ æquissimum: quia statutũ induxit quandam reparationem sorori finito sexu masculino. Sed à mẽte legis recedere nõ debemus,vt ff. de pact.l.q dictum.Et q per casum perditur,per contrarium casum quasi resuscitatur, vt in auth.de non elig.secundo nubẽ.§.Gregoria. Item ista est illa soror,quam frater excludit.& ex testõ.non.n.habet querelam, nec actionẽ ad supplementum extante masculo, vt no.Bar.in d.l.fi.sunt ergo veriter minꝰ vocatiui sororis: ergo soror vocatur ex verbis,& mẽte statuti.In contrarium rex.dicit,q sublata est dr̃ia emancipationis, & pr̃iæ ptãtis.tñ quia iste rex est positus sub rub.de succ.ab inte. Dicimus,q ista dr̃ia sublata est ab intestato,&non ex testõ.ff.de mino.l.si filius.ff.de inof.test.l.si proponas.C.de coll.l. si emancipati.ff.de li.& posth.l.Gallus.§.& quid si tm̃. Item iste.§.si frater,qui sororem.continuatur ad superiora,& nõ põt referri nisi ad superiora.& dicta in præcedẽtib. intelliguntur repetita ad declarationem sequentiũ.l.nihil.ff. de cõiung. cũ eman. li. eius. Vñ intelligitur de fratre priuilegiato ab intestato. Item verba legis debent sdm titulũ subiectũ accipi,vt no. ff.de cond.inde.l. si.ff.de in diẽ adie.l.Imperator.Præterea & hæc est viua rõ,qñq; frater est proxima, & imediata cã exclusionis , & tunc loquitur statutũ.qñq, non frater,sed pr̃,& tunc secus: qa testm̃ pr̃is licet per statutũ confirmetur,tñ ipsum testm̃,& ipse pr̃ est immediata cã exclusionis,& ideo contra fratrem nullus querimoniæ locus.ff.de inof.test.l.Papi.§.sed nec impuberis.licet.n.statutũ tacite reddat inexpugnabile,nõ tñ statutũ dat, sed pr̃cipaliter dat.ff.de pac.l.legitima.ff.de peti.hære.l.2.&3.ff.de ver.sig.l.leg. obuenire hæredi,statutum ergo loquitur de fratre , qui est p se immediata cã exclusionis, & ex priuilegijs sibi datis p statutum solum,& sic ab intestato.nam cã principalis,& immediata inspicitur,& non remota.l.si mulier.rerũ amo.frater ergo, q p se nõ excludit,sed mediante testõ patris, nõ dr̃ excludere ipse,sed pr̃, à quo debet ista exclusio denominari.ff.de vulg.sub.l.pr̃is,& filij.Præterea eo ipso,q statutum vult,q legitima sit dimidia,statim sequitur,q debeat esse sine onere: quia hæc est natura legitimæ portionis,cum censeatur tanq̃ æs alienum,C.de inof.test. l.scimus.nisi lex spãliter apponeret legitimę hoc onus ff.so.ma. l.si cum dotem.§.si pr̃ per Iac.de Are.puto,q filiæ Alberici habeant iura potiora. Si aũt aliter esset interpretatum statutum, minime essent mutãda,q̃ interpretationem certam habuissent. ff.de leg.l.minime.Patet ergo,q in legitima Alberici,quanquã sequitur causa testati, soror nullum ius habeat. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXVI.

1 *Mater si ex dispõne statuti excludatur à successione filij,quando transit ad secunda vota,nisi ab ipso fuerit instituta,an videatur exclusa, si fuerit filio pupillariter substituta in testamento patris.*

Casus talis est:Statuto ciuitatis Ast.cauetur, q viduæ mulieri cuilibet liceat de dote sua, & bonis quibuslibet ad eum spectantibus ex prioris viri legato , vel dispõne , vel alio quouismodo agere, contrahere , & ordinare,& tradere in dotẽ, & alio quouismodo secundo,vel vlteriori viro omni iure prius remoto,exclusis liberis primi,vel alterius mr̃imonij: ipso facto,& ipso iure oĩ interpretatione iuris,& facti remota, & sine aliquo ministerio mulieris. econtra sdm, vel vlteriorem virum,liberos eius hæredes,& successores, & quoscunq; detentores bonorum sdi,vel vlterioris viri eadem æquitate rõnis steterunt.q ab oĩure successionis hæreditatis liberorũ primi , vel vlterioris mr̃imonij mr̃ per se,&quoscunq; eius lineę ascendẽtes,& descẽdẽtes,& trãsuersales,& habituros quoquo mõ ab oĩ ea sit exclusa,& sint excluſi,&ab oĩ petitione legitimi,seu debiti bonorũ subsidij, & ẽt supplementi ltĩmi eodẽ mõ, quo supra, est exclusa,& sint exclusi ab hæreditate filij, vel filiorũ. Itẽ ab oĩ iure tutelæ,& petitionis tutoris liberorũ primi mr̃imonij,&vlterioris mater sit exclusa,& prius denudata per se,& quoscunq; eius lineæ ascendentes,& descendentes,& transuersales,& habituros quoquo modo:tñ ab ea si qs esset petitus , vel datus ab ea trãseunte ad scda,vel vlterioris mr̃imonij vota,p non petito, vel data habeatur,& sit,quinimmo tutela differatur agnatis, & cognatis pupilli,vt iura volũt, & ẽt hæreditas talis pupilli, & ẽt alterius, seu aliorum filiorum post dictam ætatem ab intestato, seu ex testõ mortuorum mr̃e exclusa,& habiturus cãm,& denominationẽ ab eo.Saluo,q si instituereturꝰ hæres ipsa mulier,vel aliquis eius lineæ sit hñs cãm, & denominationem ab ea insolidũ,vel in pprietate,vel aliqua quãtitate,vel re certa,vel ei,seu eis aliquis relinqueretur,quo casu,seu qb.casib. dispõ dicti statuti in dicta muliere, & alijs supradictis non vendicet sibi locũ, sed illud possit,seu possint petere, & exigere,& hr̃e,q capitulũ intelligatur,& locum habeat tãin viduis maritatis , q̃ ẽt in mulierib.alias viduis iam maritatis,& econtra.Et ad obseruantiam dicti statuti potestas Ast.& futuri, & eorum iudices, & milites quicunque alij officiales ciuitatis Ast.& ipsius regimen,& præsidentes teneantur expresse vinculo iuri. Deinde Ant. de Niueis ciuis, & mercator Ast. veniens ad mortem suum condidit testm̃

testm̃ nuncupatiuum,& solenne,in quo post multa legata tutores filiarũ suarum ordinauit, & esse voluit D. Martinum Capellam legum doctorem ciuem Ast. & Simonetã ipsius testatoris vxorem. In oĩb.aũt alijs bonis suis sibi hæredes vniuersales instituit Beatriciam, Ioannam,Alixiam, & Smeraldam ipsius testõris filias.& si contingat ipsas , vel aliquam ipsarum decedere in pupillari ætate,vel alias qñcũq, eidem, siue eisdẽ decedenti sub stituit D.Martinum Capellam prædictum, & d. Simonetam eius vxorẽ.mortuo dicto testõre, & adita hæreditate per dictos tutores , ac decreta eisdem tutela,nec non inuentario facto de bonis dicti quondam testõris , prædicta Simoneta post annum luctus nupsit secũdo viro,cui tradidit dotẽ suã primi mr̃imonij, ac ẽt legata ei facta in testõ pdicti Antonij eius primi mariti.Deinde ipsa existente maritata sẽdo viro decessit Beatricia vna ex filiab.prædictis in pupillari ætate superstitib.aljs sororib.suis,ac prædictis D.Martino, & Simoneta. Modo prædicta Simoneta mr̃ d.Beatriciæ petit medietatẽ hæreditatis d.Beatriciæ virtute substõnis prædictæ.Ex aduerso dr̃, q ad hæreditatẽ pdictæ Beatriciæ venire non põt in aliquo obstante statuto prædicto: quia trãsiuit ad sdm mr̃imoniũ disponendo de dote sua,& alijs legatis sibi factis à primo marito. Et q pdictus testator non potuit p dispõnem suam tollere dispõnem,& effectũ statuti pdicti: quia nemo põt facere,quin leges in suo testõ locum habeant &c.Et q fauorẽ hr̃dis testator non põt remittere. Nam sicut ipsi filij excluduntur ab hr̃ditate mr̃is transeuntis ad secunda vota , ita & ipsa excluditur ab hr̃ditate filiorũ mediante eiusdem statuti dispõne.Item absurdum esset dicere, quod ipsa mater virtute dispositionis testõris succederet filio & ipse filius matri maritatæ sẽdo viro non succederet,& in dote , & in alijs virtute statuti pdicti.Itẽ ad hoc objicitur per d.Simonetam,q ipsa debeat venire ad hæreditatẽ pdictã virtute statuti pdicti, ibi dũ dr̃,saluo,q si instituerent hæres ipsa mulier &c. Ad q rñdetur , q ipsa non fuit hæres instituta per ipsam filiam:quia decessit in pupillari ætate, & q statutum non põt se referri ad substõnẽ pr̃am : qa dictum statutum dicit,saluo,q si dicta mulier institueretur hæres &c.& sic intelligitur de ipsa muliere iam secundo viro maritata. & sic solũmodo se refert ad instõnem filij , non ad substõnem factã p pr̃em,ergo &c.Item opponitur per d.Simonetam,q filia vr̃ ipsam instituisse,qñ pr̃ fecit dictam substõnem : quia pr̃ pr̃ sibi, & filio impuberi facere testm̃ &c.Ex prædictis quæritur, nunquid d. Simoneta veniat ad hæreditatem d. filiæ suæ in aliqua virtute dispõnis prædicti testõris, an excludatur ab ea vigore dispõnis d.statuti. Et si excludatur an pars d.Simonetæ accrescat d.D.Martino substituto. Item quæritur , nunquid d. statutum in aliquo obsit d.D.Martino ex eo,q sit consanguineus d.Simonetæ. Nõ eundo per ambages dicta mater simul cum alio substituto veniunt ex substõne pupillari: quia illa est testm̃ patris quo ad ordinationem. & veniẽs est testm̃ pupilli quo ad successionem. & sic,pprie,& vere non vendicat sibi locũ tã ius cõe,q̃ pars statuti pmissiua,vt no.ff. de ino.test.l.Papi.§.sed nec impuberis. vbi sũt verba pdicta.& est tex.in auth.de nup.§.disponat.& C. de secũ. nup.l.fœminæ,in fi. Accessorium similiter qm̃ p se trutinari nõ põt.ff.de execu.rei iud.l.si in iudicio. Sed ibi loquitur de accessorio iudicij,sed de accessorio rei loquit.ff.de rei vend.l.vtiq.

C A S V S.

Otta guerra in materia qõnis inter Lucium actorem, & Mæuium reum occasione feudi , & homagij,ad quæ asserebat Lucius sibi fore astrictum d.Mæuium,p certo castro,q tenebat ab eodem Lucio in feudum,& sub homagio,& ligio: dum Lucius actor erat in promptu faciendi pro iure suo obtinendo guerrã contra d. Mæuium.quidam maior princeps, & rex requisitus tã per filium suum asserentem iure suo se priorem tpe in feudo, & homagio d.castri,q̃ per d.Mæuium reum; ad ipsorum requisitionem poni fecit vexillũ ipsius regis super ipso castro . Deinde d.Lucius actor non subditus regis,licet homo, & fidelis eiusdẽ: tñ rõne feudi, de quo hic agitur,fuit requisitus ex parte d. Regis,q se abstineret à guerra , & offensione faciendi contra Mæuium.Sed q idem Lucius se submittere vellet cognitioni Regis super ipsius guerræ,& qõnis materia. Qui Lucius rñdit p quandam suam epistolam, quæ dirigebatur cuidam officiali dicti Regis,sicuti continetur subsequenter.

Literæ responsiuæ.

Amice charissime, literas vestras gratiosas recepimus & audiuimus,quæ ex parte vestra fuerant relata per D.Petrum, & Iacobum,pp quas mediantes,q si notificatio,& requisitio de cõsensu Regio processerit,illud fuit ex informatione alicuius iurã nr̃a tacentis. quare nos certi sumus,q si Regia maiestas fuisset informata,aut recordata de iure nostro, non in tantum processisset in nostrum præiudicium, quantum fecit, & etiam nobis intimationes sic factas fieri non fecisset. Et quamuis bene cognoscamus magnum præiudicium, q exinde nobis nascitur, verumtamẽ: quia toto corde nostro cupimus seruire , obedire, & complacere D.nr̃o Regi, si ita est, q certi sitis , q aduersatius nr̃ se coram Regia maiestate personaliter pr̃sabit, vbi erit, aut coram vobis infra territorium vestrum, pro vobis rñdendo , & faciendo rõnẽ de his,q̃ sibi dicimus,& petimus in vno breui termino:nos erimus in illo termino coră D.nr̃o Rege, aut corã vobis pro recipiendo rõnem de ipso,& faciendo rõnem eidem de his,quæ nobis voluerit dicere,aut petere. Nos offerentes vobis mittere filium nostrum in hostagijs,vsque quo nos pr̃abimus corã ipso D.nr̃o Rege,aut vobis: & cessabimus ab oĩb. offensis, & guerris nr̃o dicto aduersario inferendo eo casu,nisi alia noua nobis subueniat de partib. regni.Et si ita esset,q vobis plus placeret venire ad partes istas ante terminum prædictum, pro recipiendo sub conductu vestro dictum aduersarium nostrum,& ipsum ducendo coram Rege in terra vestra corã vobis,nosmet accederemus vobiscũ coram d.nostro Rege,aut corã vobis pro capiendo,& faciendo rõnem,vt supra. Et casu,quo bene certi non essetis per alia,q̃ per verba,aut literas, aut per hostagiũ de reptæsentando psonã suam, rogamus vos,quatenus vobis non displiceat , si nos procedimus contra aduersarium nostrũ iuxta nostrum propositum. Et si Deus nõ iuuet , vr̃ nobis,q si ipse recusauerit de se representando corã D. nostro Rege , aut coram vobis,qui ipsius psonã representatis, non deberet displicere Regi,si nos contra aduersarium nostrum ius nostrum procuremus,vt melius poterim⁹. Et quamuis nos offeramus recipere rõnem de ipso coram d.D.nostro Rege,aut vobis: hoc non est ad causam homagij alicuius, ad q teneatur Regi Delphino: qa ipsum non tenemus pro tali,imo facimus tantummodo pro honore,& reuerentia dicti D.nostri Regis,cui sumus,& erimus veri legales,& obedientes totis tpibus vitæ nostræ. Et velitis nobis rescribere super his infra 12. dies proximos: qa sic restauim⁹ cum prædictis D.Petro,& Iacobo ambasiatoribus vestris.

CONSILIVM CCXVII.

1 *Supplicari potest ad Papam ab iniusta sententia Regis Francorum non subditum.*

2 *Prorogata an videatur regis iurisdictio, vel factum in eum compromissum per illa verba,erimus coram domino nostro rege pro recipiendo rationem de tali.*

3 *Compromissum factum in regem an expiret eius morte , an morte compromittentis.*

4 *Instantia iudicij an transeat ad hæredes.*

5 *Instantia an finatur tempore.*

1 Ego puto, † q ab iniusta sñia Regis Francorũ possit non subditus eius supplicare ad Papam, vt extra de iud.c.nouit.& si sunt ei vires,resistere de facto,vt no. C.de iud.l.nullus.qui resistens non est eius subditus,extra de re iud.c. pastoralis.in cle.tñ videat,q agat. C.de his, quib. vt indi.l. Pol.l.quia contra maiorem.& contra Regis Franciæ decorem. l.per prima vexilla inuictissimi Regis Frãcorum nemo psumat honorem:non tñ dico,q contra naturalẽ errorẽ gs non audeat: qa habet auxiliantem Deum,qui exaudit preces iustorum:cum iustus Rex federit supra sedem, non aduersabitur ei quicquam malignum,vt in epistola,inter claras.à contrario ergo sensu,iniustus habet plectentẽ ac resistentẽ Deum,& maxime tpib.iustis vindicta Dei nõ habet moras. Hæc quæ dixi,respiciunt casum p rogationis,& submissionis supponendo talem casum in esse.†
2 Sed modo videamus,an in casu nõ fuerit submissio, an cõpromissio. Rex petiit submissionem, sed comes fuit aure tranſiens nil ad submissionẽ respondisse vr̃,sicut alias cæuola. ff. de cõd. inde.l.Stichus.simile.ff.de acq.pos.l.si aliquam rẽ. verba dicũt, erimus coram D.nr̃o Rege, aut corã vobis pro recipiendo rõnẽ de ipso & pro faciendo rõnem eidẽ de his, q̃ nobis voluerit dicere,aut petere &c.Per ista verba comes non progat,sed offert se statim ire corã Rege.& sunt verba enũciatiua,nõ dispositiua, nec missiua,sicut cum aliquis dicit,eligam,vel volo eligere : nõ ẽ hæc electio,sed q̃dã pronunciatio.ff. de le.1.l. serui electione. quia verba ordinata ad actum alterius verbi de futuro sine illo

secundo, & effectiuo verbo enunciant, & non disponunt, quare sequitur, ꝙ per verba epistolæ, & maxime alternatiua nulla fuerit facta prorogatio, vt ff. de. stip. seruo. l. item si seruus duorũ. §. vlti. reliquum processum ignoro. Præterea ista verba, si aliqd sapiunt, non magis sapiunt iudicium, q̃ compromissum, nec ẽt compromissum, vt cum tali, sed si dicat se talem, vt no. in simili. C. si cer. pe. l. si ex pretio. Q̃ vulgata est, vtrum intelligatur cõpromissum, vel iudicium, & gl. distinguit. ff. de iud. l. i. ex qua vr, cum hic non sit apposita pœna, ꝙ fuerit iudicium. i. prorogatio iurisdictionis. Si. n. excluderet notissimos terminos ꝓrogationis per adiectionem pœnæ, tunc esset cõpromissum: quia dria facit driam: quia nihil reponitur sub specie, nisi per drias. instit. loca. §. 1. Si. n. esset compromissum, foret finitum morte Regis. ff. de arb. l. in compromi. ff. de cond. & demon. l. mulcta non cõmittitur. in princ. & morte cõpromittentis. ff. de arb. l. diem ꝓferre. §. si hæredis. & l. si interpellatur. §. si ex altera. Si aũt iurisdõ vr realis, & transfusoria. ff. de iud. l. proponebantur. & le. tam ex contractib. ff. de fideiusl. si eum hoiem. Considero. n. ꝙ quidã habent iurisdõnem iure proprio, vt ordinarij re, & noie. Quidã proprium nihil habent, vt delegati. qdã quasi tenẽt quoddam medium, vt prorogati. Item considero pondus cãe: nam in his, q̃ sunt maximi ponderis, non vr electum ministerium, sed fides, ar, ꝙ socio. l. si cõuenerit. ff. de le. 2. l. vnũ ex familia. §. pe. ff. de sol. l. inter artifices. ff. de reg. iu. l. in oĩb. Vnde quasi mixtã habet naturã prorogationis, & compromissoria prorogatio, ergo est persona lis. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. de officio. Q̃nq; n. verba sunt ita psonalia, ꝙ sunt ab oĩ realitate separata. ff. de iureiu. l. veritatis. Cod. de pact. le. qui in futurum. §. 1. Item sensuales passiones, & flagella, & carnis scissuræ, bona aũt, & mala intellect⁹ participabiliora sunt, quasi sit vnus intellectus in multis hoĩb. ff. de vi. & vi. ar. l. 1. §. quoties. ibi, est q̃dã fictio. Certe nec submissione, q̃ fit verbis directis ad iudicem: nec ꝓgatione, quæ fit, quoties partes inter se paciscũt: nec cõpromit. facere pot vna pars, si altera, non consentit. ff. de iudic. le. 1. & 2. cũ. s. neutra per prius erat supposita iurisdõni. Porro si Marchio consentit literis, & modo scribendi cõsensit. ff. depositi. le. Pub. §. fina. vt hinc inde fieret rõ. sed an habuerit consensum, oportet proba. † Sed ponamus, ꝙ ꝓbaretur, & ꝙ esset submissio, vel prorogatio. quæro, vtrũ fuerit sopita obitu regis decedentis lite pendente. Verba dicunt, corã D. nostro Rege. Ista dictio, nro, significat Regẽ nunc pntem, & quasi ad oculum demonstrat illũ, q in pntiarum est Rex. ff. de au. & ar. le. 1. quintus. §. argento. Vnde cum persona sit assumpta loco finalis cãæ ꝓgandi ab alio non futuro, psonalis, q̃ est aia in substantia hois, & non persona idealis, q̃ est dignitas, ipsa facit locum prorogationi, & non dignitas, igitur extincta persona extinguitur prorogatio. ff. de cura. fur. l. cuius bonis. ea. n. quæ fidei synceræ sunt, non inueniunt successorem: ga sunt qualitates indiuidui, & aiæ passiones. Ideo sacra ecclesia, atque similia, nec non tutelæ commissoriæ, & officia, vbi fides, vel industria personæ eligitur, morte soluuntur, similiter & voluntates de futuro. C. de cad. tol. §. ne aũt. ff. de diuort. leg. ꝙ air lex de legat. 1. leg. si ita legatum. §. illi si volet ff. loc. l. 4. de le. 3. l. fide. §. si fidei. de rescr. c. ĩ gratioſe. li. 6. Et licet nomen appellatiuũ fuerit appositũ, non fuit appositum cã extẽsionis, sed cã demonstrationis pntis proprij subiecti, tũ totũ fuit factũ pp reuerentiã certæ psonæ. s. certi regis. Nam reuerentia, & respectu persona lis habet vim taciti nois proprij. ff. de leg. 3. l. fideic. §. interdum, itaq; morte regis finita est auctoritas mentali considerationis specta. ois. n. sensus p se ripturã a mente sumit exordiũ. ff. de pac. l. iurisgentiũ. §. pactorum. 1. q. 1. c. manifestũ. est ſmile de c. qm Abbas, quia Papa magis attendit dignitatem q̃ personam, quæ plerunque est Papæ ignota, vt ff. de reb. dub. l. q habebat. Item finita fuit commissio morte comitis, qui ait, totis tpib. vitæ nostræ. item fuit sopita extincta radice cãæ personalis. ff. de susp. in l. post finita. Nam quædã sunt, quæ descendunt in posteros nros ex virtute, quam trahunt præcise à lumbis nris circũscripto hæreditariatũ facultatum iure, † & in instantia iudicij hatũ rerum non succedit hæres: quia non vr quasi contractũ cum filio, qui venit ex alio capite, vt in vsufructu, & dignitarib. ff. de ver. ob. l. stipulario ista. §. si quis ita. & l. 3. ff. de interd. & rele. Et ideo in istis castris non transit submissio iudicij ad nouum dñm, quasi nouũ sit feudum irreuocabile istorum castrorum i noua persona, quę cõia ab Imperatore tenet. Quædam descendunt tanq̃ in hẽdes iuris, & sanguinis, & sic mixta consideratione præcisè tanquam iuris vniuersi, qui hẽditaris, vocantur successores, & in his transit instantia, vt l. si cum hoiem. & ff. de infamib. l. seruus. non tñ realis transit lit. non conte. l. 2. de præto. stip. Rex certe Franciæ lege intellectus regitur. 1. q. 1. c. fcelus quod Lotarius. Imo quãto maior Rex est, tanto in eo debet esse pstantior intellectus: ga intellectus fecit Reges ab initio, & eisdẽ artibus imperium cõseruatur, quib. ortum est: qm̃ ex eisdem nutrimur, & sumus, secundũ Aristotelẽ. † Illud ẽt non est omittendũ, sed discutiendũ: an instãtia sit finita rpe. & de inre ciuili certũ est, ꝙ sic, vt in l. ꝓperandum. C. de iud. Certe illa lex non habet locũ, qñ cã est in consistorio principis. C. de temp. app. auth. sed lis. & præcipue coram serenissimo Rege Francorũ, qui Francus est iure Romano, & dedignatur legib. subijci, nõ tñ dedignat sacros canones imitari. Sed vereor, ne ex lris D. Comitis alia colligatur intẽtio, ibi dum dicit. In breui termino. Significauit. n. mẽtem suam nõ diffusam rpe, nec in æternũ futurã, sed in breui, hoc est anno. ff. de ver. ob. l. si quis arbitratu. per Bar. vel triẽnio, vt hoc intelligatur ex tacita conuentione. ff. de arb. le. sed si compromissum. vel si latius extendas ad vitam, vt l. 1. ff. pro soc. ꝙ vltimum verũ puto literis põderatis. Vltima q̃, ita vr ex alio capite decidi. l. ex capite confulæ inrisdõnis. ff. de iud. l. si aliter. ff. de arb. l. pen. ff. de proc. l. licet. §. si plures. C. ne quis in sua cã. le. 1. & no. per In. extra de ver. sig. c. ex parte. Et ita vẽ mihi Bal. de Peru. V. I. D. salua sñia consilij potioris, vt l. Claudius Felix. Et me subscripsi, & sigil. mei nois sig. sub protestatione, ꝙ si offenderẽ Regias aures, ex nunc reuoco, & habeo pro non dicto tanq̃ psuasum à nõ capace intellectu; quia sedm Apostolum, qui existimat se scire, nondũ scit, quomodo oporteat eum scire. Deo gratias. Ego Bal.

CONSILIVM CCXVIII.

1 *De eadem materia loquitur sequens consi. & est Galde pulchrum.*

Petita venia, flexisq; genib. loquar. Qm̃ talia sunt ea, quę verbis indefinitis proferuntur, qualia prædicata demonstrant. ff. de interr. ac. l. sed si defensor. §. 1. & ff. de vino le. l. si. §. cui dulcia. & ff. de ver. obl. l. 1. §. si quis simpliciter. ideo qualis est missiua, talis intelligatur rñ sua singulariter facta. Secus si sit aduersatiua, vel dissimilis, ea. l. §. cum adiicit. & l. quæ extrinsecus. nã sæpe tñ sio ab interrogatione discordat, & nonnunq̃ ei obuiat, & qñq; aliud implicat. ff. de accepti. l. nisi consentiat. Et non dr consensus, nisi sit in idem, & eodem modo sensus. ff. de pac. l. 1. Et ideo quando in spẽ agendi negocij esset dissensus, nullum negotium perficitur. ff. si cer. pe. l. si ego. Ex isto antecedenti infero talem cõiam, siue conclusionem, ꝙ si aliquis interrogat me, si vis in me prorogare iurisdõnem, & quẽ dico, volo esse arbitrũ, vel volo esse te concordatorẽ, ꝓ hoc ad nil obligor: quia dria impedit actũ, qui requirit copulã. 1. cõiectionem consensuum. Et ideo considerandum, quia super oẽs Reges Christianorum Rex Francorum obtinet coronam libertatis, & gloriæ, qui requisiuit Illust. D. Comitẽ Sabaudiæ, ꝙ se submittere veller cognitioni Regis. Et respõsum fuit p D. Comitẽ, vt dicebat, ꝙ toto corde erat paratus, seu cupiebat obedire, & complacere Regi. & in fine literarum erant hæc verba, qui sumus, & erimus veri legales, & obedientes totis tpib. vitæ nfæ. Nec debet inter tantos de iuris apicibus disputari, nec versuti iuris ãgustiæ trutinari, sed sola veritas, quam colit iusgẽtium. tñ sicut sine verbis nulla constructio, vel significatio stat, ideo oportet vim sermonis pro iudicio intellectus sequi. ff. de au. & ar. le. l. Plautius. ff. de sup. le. l. Labeo. §. idem Tubero. Non. n. celatam intentionem sequi debemus, sed apertam. q̃ vterq; sentit, & concipere debet intellectu. ff. de vsuf. le. l. si alij. sequamur igitur verba, extra de priuil. c. porro. de consec. dist. 4. c. in Christo pater. de exercit. l. 1. §. si is, quis nauem. ff. qui, & à q. le. pspexit. quãdoq; n. gerit actus sine rõne, vbi volũtas talis esse præsumitur descripta qualis in scriptura reperitur: quandoq; rõ præcedit voluntatẽ, & tunc à directiuo. i. à rõne, verba & scriptura recipiunt vim intellectus. ff. de le. 2. l. cũ pr. §. dulcissimis. & §. curat. ff. de acq. pos. l. si is, q aio. ff. de re mil. l. milites agrum. ff. de pac. l. ꝙ dictũ. Itaq; si plens cõtrouersia, & eius materia ad imperiũ ipsius D. Regis ptineret, hic ꝙ natura dictat, adiectione ꝓgationis, submissionis, vel arbitramentalis ptãs non indiget. Sed quia ex suppositis terminis non pertinet iure ordinario, & naturali ad regem, vt suppositũ est in themate, videndũ est, vtrũ extraordinariã iurisdõnẽ, an arbitriũ Rex sortitus sit, & vr, ꝙ neutrum. Nam verba epistol æ

epistolæ dicunt, coram Rege accedimus pro capiendo, & faciẽdo rationem, ac si dicat, coram tanto domino, in cuius præsentia temere litigare fas non est, vt potius ipsius præsentia, & reuerentia, q̃ iuris dicendi noua potestas data videatur. ff. deverb. sig. l. coram. ff. de acqui. hær. l. si quis mihi bona. §. si coram. ff. de arb. l. diem proferre. §. coram. & ideo spe. dicit, ꝙ rex non est arbiter, nec habet authoritatem iudicandi. Quandoq; enim aliquis eligitur vt inspector, quandoq; vt concordator, quandoq; vt arbiter, & decisor, quandoq; vt iudex, & diffinitor authoritate iurisdictionis. Multiplex autẽ intellectus possibilis parit obscuritatem: quia intellectus agens non illuminat ipsum. Vnde dicit Boetius, ꝙ multipliciter exponit, eius veritas ignoratur: tñ id accipi oportet, qđ rei, de qua quæritur, aptius est. aptitudinem autem duo generant. s. natura, & ratio. Natura dat nobis sensum, & ꝓ cõsequens consensum: ga naturaliter sine consensu viuere impossibile est, etiã ad vitã sylueſtrem hominũ, sed viuendi, & contrahendi modum dat nobis ratio: quia viuere sub ratione est viuere hominis, vt no. in auth. de monachis. in prĩ. & homo est magis intellectus, q̃ sensus. i. sensualitaris secundũ Aristotelem. Orbat homines ambitio, & appetitus habendi illud propositum: quia ex multis sensib. scripturæ iusticr accipiẽdus est. & verba, quę non possunt referri ad ius, referuntur ad factũ. ff. de verb. obl. l. quidã cum filium. §. videamus. ideo circunscripte cernamus aptiorem sensum secundũ subiacentem materiã. Nam quandoq; materia rationis quandam attrahit ad se interpretationẽ sermonis, vt ff. de vsufru l. Proculus. ff. de vulg. subst. l. si mater. & no. eo. ti. l. verbis ciuilib. & ff. ad Treb. l. sciendum. ff. de præscri. ver. l. insulam. & l. si vno. loca. Et considero, ꝙ sermo cõceptus ab vna tm̃ parte interpretationem nullam habet: quia non habet virtutem. C. de cond. ob causam. l. si repetendi. Sed sermo prolatus recipit interpretationem à quatuor causis. scã personis, à forma verborum, à facto siue materia, & ab intẽtione finali contrahẽtium: quia à quo fiat, & super quo, & qualiter, & ad quem finem animaduerti conuenit. Videamus igitur à quo, & ad quem fuerint verba prolata. Secũdò super qua materia. Tertiò, qualiter, & sub qua forma. Quartò & vltimò, quę fuerit finalis, & vera intentio. Quò ad personas fateor, ꝙ Regis maiestati, & D. Comitis honestati congruebat materiam tantæ litis amputare, ꝙ in facto non procederet lis, sed cum bona cõcordia separetur. hæc enim via est amica naturæ, & qui hanc viam deserit, plerunque lætos non habet exitus. ff. de vsufr. l. æquissimum. præsertim cum prepotente. Dicit Seneca. Cum pari contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum. Sed quo ad personas considerandum est, ꝙ in D. Regem non commisit se Comes cum Rege Delphino: quia vtrò citroque debet constare, & non constat, ꝙ Delphinus in aliquo obseruãdo se obligauerit Comiti, ergo nec Comes sibi. Et ideo D. Rex inter d. D. Delphinum, & D. Comitem nullam fortitus fuit potestatem, quam aliàs non habebat. & sic statuere nihil potuit inter eos, inter quos nec naturalẽ, nec accidentalem potestatem habuisse perpenditur, vt C. si à nõ comp. iud. per totum. Nam si Marchio Salutiarum esset vasallus Delphini, & Delphinus, & d. Rex possessiuum vasallum ab iniuria facti defendere, tñ non posset ex hoc contra D. Comitem iurisdictionem assumere, cum eo prætextu Comes non sit vasallus Regis, nec procedere ad sententiam super reali iudicio contra eum; nam in hoc articulo dominus feudi, qui in iudicio nominatur, aduersarius est, non iudex. C. vbi in rem act. l. 2. & in 10. col. de controuersia inter vasallum, & alium de beneficio. c. si controuersia. & no. per Inn. extra de iud. c. cæterum. facit cle. de re iud. c. pastor. & de for. comp. c. cæterum. Amplius de persona quidẽ Regis Frãcorum nil aliud dici potest, nisi ꝙ dicitur de polo antarctico, qui non est nostri hemisperij princeps. Sed D. Comiti Sabaudiæ dici debet, ꝙ est illustris, tñ est vasallus imperij, & ꝙ merum imperium in terris tenet ab Imperatore. Ergo non potest illud à se abdicare, nisi in manu Imperatoris. ff. de off. præsi. l. legatus. vnde non potest Regi Francorum dare priuatiuam, vel translatiuam ipsius potestatem. Item in D. Regem realem iurisdictionem prorogare non potest, nec se ei submittere sine consensu serenissimi D. Imperatoris: quia est vasallus D. Imperatoris, vt no. Bar. ff. de no. ope. nun. l. 1. §. & post operis. tum ꝙa feudum tali consensu alienari non potest. Nam prorogatio iurisdictionis est quædam species voluntarię alienationis, quæ est prohibita in feudis, de prohibita feudi alienatio. per Lotarium. c. imperialis beneuolẽtię. in verbo, vel aliquod commercium. & de prohi. feu. alie. per Federicum. c. imperialem decet solertiam. §. præterea si de feu. & quia non possunt compromittere iure tertij. i. Imperatoris, præsertim in reseruatis Imperatori. Hic subsisto: quia si vasalli dicunt se habere diuersos inuestitores, eundum est ad arbitrum, vel ad iudicem, in quem litigantes consentiunt, vt ibi not. super verbo duos. & de pac. tenen. §. si duo. ergo potuit iri ad regem. certe imo debuit iri ad Imperatorem: quia actor debet sequi forum rei. Vnde Marchio Salutiarum debuit sequi forum Comitis. i. agere coram D. Imperatore, ad quem pertinebat: tum quia ab eo D. Comes recognoscebat in feudum: tum quia erat homo ligius Imperatoris: tum quia Imperator est dominus vniuersalis. 11. q. 1. c. experientiæ. de foro compe. cum sit generale. 26. dist. c. cum ad verum. 63. dist. c. Valentinianus. ff. ad l. Rhodiam. de iac. l. deprecatio. Nam in dubio omnis temporalis iurisdictio sua est, & de iure ipse immobilis. i. perpetuus manens, vt in auth. quomodo oportet episcopos. §. fi. dat cuncta moueri, & catholica ecclesia ita tenet, & contrariũ dicere est sacrilegiũ. C. de cri. sacril. l. instar. habet namq; imperium in vniuersa ditione, quæ ascendentem videt & descendentẽ solem, & quæ ex vtroque latere est. i. meridie, & septentrione, vt in auth. vt omnes obe. iud. prouin. §. hoc considerantes. col. 5. & in omnib. insulis, quæ vsque ad oceani recessus extenduntur. vt in auh. vt ecclesia Romana. §. ꝙ ergo vestra. col. 2. & in omnem terram, quam Romanorum continet lex, & catholicæ ecclesiæ sanctio, vt in auth. de non alie. circa si. col. 2. Non enim idolum colimus, sed veritatem. Nam imperator est secundus Sol, qui dicitur Luna, quæ suis accessib. & recessib. mirabiles facit mutationes caducarum, ac mũdanarum rerum. de materia feudi aliquid parum dictum est. Nunc de forma literarum dicendum est, scripta est enim, & ad instar contractus in scriptis nihil ei addi, vel detrahi potest, vt C. de fid. instr. l. cõtractus. Considerandum autẽ est, ꝙ verba generalia, & reuerẽtialia sunt potius adulatoria, q̃ obligatoria, vt cum dicit amicus amico, ego tuus suum, vt no. C. in quibus cau. coloni. l. li. 11. In verbis autem specialibus, est pondus diei, & æstus: quia in verbis specialibus, est intellectus, in generalibus & incertis dictis, & pollicitationibus vulgaribus non est intellectus. ff. de ædi. edict. l. sciendum. §. dicimus. C. quod cum eo. l. fi. ff. de fusl. le. l. generali. in prin. Omittamus ergo sermones generalissimos, & incertos, & veniamus ad certos, ibi dum dicit. Et pro faciendo rationem eidem. nunquid ille qui promittit facere rationem, se subiicit voluntati. nequaquam, sed realitati iustitiæ. Et certum est, ꝙ submittit se iustitiæ. i. substantiæ boni, & æqui. Ius enim reddens quandoq; errat, sed ipsa iustitia nunquam errat. ff. de iust. & iu. l. iustitia etiam. l. pe. ff. de appe. l. 1. in princ. extra de sepul. c. certificari. Item certum est, ꝙ ratio & iustitia sine persona nihil agit. ff. de origine iu. l. 1. §. post originem. Vnde sine magistratu iustitia in controuersiam posita sepulta est. sed aduertendum est, ꝙ ille, qui submittit se iustitiæ, non potest iniustum pati, nisi de facto. Si quis enim pmittit stare iustitię, non tenet parere mandatis iniustis. & ideo parum, & non valde operatur ista submissio, nisi constet, de iustitia, vt no. ff. de ver. sig. l. illa verba, & in c. 1. de proc. in cle. & 21. q. c. 1. & p Bar. ff. de arb. l. si de meis. §. recepisse. Vnde si D. Rex læsit iustitiam comitis, istud non venit in submissione. Nam submissio est facta verbis arctatiuis Regis ad iustitiæ põdus, non laxatiuis ad beneplacitum Regis. Et de ista iustitia & iniustitia, debet cognoscere Imperator, vel Papa, qui maior est. extra de iud. cap. nouit. qui cognoscit inter lepram & lepram. Adiuua nos Deus salutaris noster, pia mater mundi patitur scissuram, qualis non fuit retro, craniũ concussum est domine, ad quem ibimus sanctum. ad Heb. 7. qui possit compati infirmitatibus nostris. ad Hebr. 5. vbi est domine refugium nostrum, & virtus, proh dolor. Nomine enim rationis iustitiam arbitror intelligi, quæ non fallit, nec fallitur, vt l. vlt. C. de pond. auri. dicer aliquis, ergo nũquam erit litium finis, semper enim victus negabit. ff. de verb. obl. l. inter stipu. §. 1. Quare authoritas rei iudicatæ ideo est in medio constituta, ne vnicuique liceat litem ex lite suscitare. ff. de iud. l. si prætor. C. de fructib. & li. expẽ. l. terminato. qa qñ sententia transit in rem iudicatam, non attenditur iustitia, sed sentẽtia. ff. fa. ercisc. l. cum putarem. ff. de pac. l. eo tẽpore. in pr. & no. ff. de cõd. indeb. l. si non

fortem.§.hæredi.ff.de reiud.l.æterni. Et maxime quia pro sententia Regis ꝓsumitur,vt ff.de off.præf.prætor.l.1.§. credidit.n. princeps. Vnde ab eius sententia non auditur appellans, si eam profert ex sua iurisdictione.idem quoq; videtur, si est prorogata:quia vna iurisdictio est aucta per prorogationem : nam ꝓrogatio est eiusdem qualitatis adiectio.ff. de precario. l. sed si manente.& intelligitur eiusdem formæ, & naturæ,vt not. in §. hi, qui autē.de præb.lib.6. Et si est submissio, adhuc fortissima est. ff.de iurisdom.iud. l.est receptū.ad hoc. ff.de pact.do. l.inter socerū.§.cū inter patrē.C.de episcaud.l. si qui ex cōsensu. Et licet aliqñ clauis iustitię erret,cū ibi nō appellat',standū est errori,ga error principis in illa cā ius facit,vt l.3.in fi.de sup.leg.Sed respō deo,vt dixi,hic alud est propter ipsius rei feudalis naturā, q̄ trāgit ius Imperatoris,extra de reiu. c.suborta. vnde & si sententia valeret quò ad personales præstationes, non tamen valet quò ad præstationem realem, vel forte in nullo valet propter indiuiduam causam.ff.fam.ercisc.l. in hoc iudicio. & in regula, cum principalis. quando enim principale effugit iudicis cognitionem, accessorium similiter: quoniam per se trutinari non potest.ff.de exce.rei iud. l.si in iudicio. sed ibi loquitur de accessorio iudicij,sed de accessorio rei loquitur.ff.de rei vend.l.vtique. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXIX.

1 *Condtio talis,si tribus milibus,& trecentis flo. vendideris talem rem, vel partem,an sit casualis,vel potestatiua,vel mixta.*
2 *Condtio mixta,si deficiet casu,vel facto eius,qui debet implere,an sit ei imputandum.*

Pontius, Bertagna,& Ia. vna pars. Georginus secunda pars,Vghettus tertia pars,Georginus vendidit partem,quam habebat in Ponzono, Pontio, Bertagnæ, & Iacobo pretio flo.6 mill. Prædicti Pontius, Bertagna, & Iacob. dederunt insolutum d.Georgino pro dictis 6.millib. flo. totam suam partem quam habent in Donice pro trib. millib. floren. Item dederunt ꝓ dicta solutione d. Georgino vnam sextā partē Meladij pro aliis flo.trib. millib. Et habuerunt cū d. Georgino istud pactum, quod si darent dicto Georgino infra annos nouem tria millia flor. ꝙ tunc teneretur restituere dictam sextam partem Meladij. & videatur instrumentum,quod penes vos est in papyro. Vghettus vendidit d.Pontio Bertagnæ,& Iacob.partem,quam habebat in ponet.pretio floren.sex millīū. Pro quibus sex millib. flor. dederunt d. Vghetto in solutionem sextam partem Meladij pro trib.mil.flo. Item dederunt eidem Vghetto ꝓ solutione aliorum trium millium flo.6.partem Spig.saluo, & reseruato,ꝙ si Franciscus de Correto, & fratres, vel alia persona voluerit emere dictam partem Spig. datam ipsi Vghetto in solutum ita,& taliter, ꝙ ipse Vghettus possit pro venditione dictæ sextæ partis recipere flor. tria millia 300. infra annos nouem à die contractus, ꝙ tunc sit obligatus vendere, & sit obligatus tūc emere d. Vghettus à d.Georgino sextam partem Meladij,quam habuit à prædictis Pontio,Bertagna,& Iacob.& dare d. Georgino pro pretio dictæ sextæ partis flor.tria millia, & videa.instrumentū, quod habetis in charta. Modò d.Vghettus vendidit dictam 6.partem Spig.Francisco,& fratribus ante annum,pretio flor.trium millium.&recusat emere à d.Georgino dictam 6.partem Meladij pro dictis flor. trib.millib.vt pactum erat: quia dicit,ꝙ non habuit de dicta parte,nisi flor.tria millia, & non tenetur emere. Pontius dicit, ꝙ d. Vghettus vēdidit ante terminum nouem annorum,quod sibi imputet, & ꝙ non tenetur emere dictam partem à Georgino,& ei dare flo.tria millia,vel saltem reddere dictam 6.partem Meladij d. Pontio,Bertagnæ,& Iacob. quia ipse Georginus videndo non posse habere dicta flor. tria millia à d. Vghetto ꝓ dicta 6. parte, dictam 6. partem d. Pontio Bertagnæ, & Iacobo vendidit his diebus.Super quibus videantur puncta instrumentorum de prædictis facienda:quæ penes vos sunt,& consulatur per vos, quid iuris, & quod habent facere in prædicti:quia dictus Marchio, cuius locus Meladij est feudatarius,præcepit eis, ꝙ compareant coram eo cum iuribus suis, & allegatis infra diem veneris proxi. quod præceptum penes vos est.

1 **Pendet** † enim ex facto emptoris, & venditoris, non enim de facili inuenitur emptor, & maxime qui formali pretio.i.ad literam emat pro tanto pretio.ff. de le.3.non dubium.§.fin.& l.qui concubinam. §. fin.ff.ad l. Falc. l. alienus. ff.de præscr.verbis.l.si tibi. C.si in causam iud.l.2. C.de exec. rei iud.l.ordo. Item pendet ex insidiis fortunæ : fieri enim potest, vt res si casu fortuito deterioretur, vel venditor moriatur interim,conditio impleri non possit.C.de iu.emphy.l.1. C.de iu.do. l.si inter virum. C.de pact.inter emptorem.l.2.per Pet.& Cy.ff. de verb.obli.l.qui Romæ.§.Augerius.ff.pro socio.l.cum duob. §.qui societatem. Vnde ex multis causis, & casibus res non inueniunt emptorem,etiam iusto pretio. ff.de dolo. l. rem quandam.C.de rescin.vend.l.2.ff.de lega.1.l.& si æquo.& ff.de publicanis.l. cotem ferro. §. qui maximos. Hoc ad euidentiam præmisso, debemus nos transferre ad regulas conditionum mixtarum:nam si deficiunt per casum,cessat obligatio.C.de cond.infer.l.legatum.si autem deficiūt facto eius,qui teneretur eas implere, tunc perinde obligatur, ac si impletæ essent. ff. de contrahen. empt. l. Labeo scribit si mihi bibliothecam. & ita not.
2 glo.in d.l.qui concubinam.§.fin. de le.3. † Quapropter in casu proposito sic dicendum videtur: aut res vendēda communiter valebat tria millia, & 300. flor. & tunc sua culpa minus vendidit, & imputet sibi. tenetur nam que ad obseruantiam contractus: quia præsumitur malitiose pretio viliori distraxisse. nam multos inuenit emptores res, quæ communi pretio venditur. ff.de dona.cau.mor.l. mortis causa. Aut minus valebat, & non præsumitur dolus.vel culpa: quia fecit quod iustum est fieri. & ideo non potest conueniri: quia deficit conditio,arg.in ratione sui.ff.fa.erc.l.hæredes. §.idem iuris.ff.de verb.obl.l.§. si fortē. aut est dubium,tunc rei qualitas ponderandaꝝ. Mihi autem in casu nostro videt, ꝙ præsumatur dolus, nam discuti debuit, aut reperiret meliorem emptorem, nec debuit venditor festinare, cum tempus esset appositū gratia vtriusque. nam ratione quātitatis modicæ, vel minoris præsumitur simulatio. C. mandati. l.p diuersas.& qñq; ratione tēporis.ff.de exerci.l.Lucius.& cōtra iustū tanq̄ contra dolosum ꝓbatur per sacrm, si iudicis motus ad sacrm deferendum concurrat,vt no.insti.de verb. obli.§. pen. Item quandocunq; infra dictos nouem annos inueniētur de dicta re tria millia.& 300.flo.debet cōpelli implere factum: quia ita verba contractus se habent, ita inquiunt verba, possit pro venditione recipere.ff.de hæred.institut. l.suus.§. puto. In fraudem ergo creditoris festinare non debuit, præsertim non discusso pretio. res enim publica debuit ꝓponi venalis, ne qua fraus committi posset gratia,vel fictione, vt dictis ll. & similib. Examinandum est ergo,an Franciscus,& Ludouicus de Carreto fuissent emptores pretio trium millium. & 300. floren.tunc conditio habetur pro impleta,& cōgitur dictus Vghettus emere. Et idem dicendum est,si à Georgino,vel quouis alio potuisset haberi tantum pretium:quia bona fides seruanda est,nec festinare debuit ad distractionē,ff.arg.de neg.ge.l.diuortio. ff. de fideicomissa.li.l. Thais ancilla. §.1. impuret ergo sibi, si viliori pretio vendidit.istud autem per ipsos, qui tantum dedissent,ꝓbari poterit, si dicant se tantum fuisse daturos, nisi quia ille festinauit vendere,facit quod no.Cy.C.de sen.quæ pro eo. l. 1. ad fi.ff. de rescin.ven.l.si voluntate. & facit in ratione sui.ff.de reb. eo.l.magis puto.§.in primis. & ff. mandati.l.si mandauero tibi, vt excuteres.pretium etiam commune per testes non est dubiū probari posse,vt no.in d.l.1.de sen.quæ pro eo.per gl.& doc.ibi. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXX.

1 *Iudex ecclesia ex officio potest inquirere etiam nulla precedente querimonia,nec fama, vbi animarum periculum imminet.*
2 *Teſtatore mandante m testa.restini ſuras, talia verba habent sensum, si non ob.pacto de non petendo.*
3 *Confiteor me recepisse 10. pro completa restitutione ſurarum,qualiter hæc verba intelligantur.*
4 *Remisso liberalis in recipientibus ad ſuras non presumitur.*

1 **Ad euidentiam** † præmittendum est, ꝙ quādoq; fit inquisitio ex puro & mero officio iudicis nullo conquerente, & nulla fama præcedente,vbi imminet periculum animarum, & hoc expressum in vsuris in tex.& p Inno.& Io. And.extra de iniu.c.ad nrām.el 3.&
2 p hoc non expedit aliud allegare: qa ista est veritas. † Secundò præmittendū est,ꝙ si testator in testamēto mandauit vsuras per eum extortas restitui, ꝙ hæc verba habent sensum l. non obstāte pacto de non petendo. nam idem esset,si post pactum vsurarius promisisset restituere,vt ff.de verb. obliga. l. si dari stipuletur. † Tertiò est præmittendum,quod hæc verba, confiteor me recepisse

recepisse 20. solidos pro completa solutione omniū vsurarum. trib.mod.possunt interpretari.vno modo per modū confessionis. Secundo modo ꝓ modum pacti de non petendo, hoc dicūt duæ gl.or.simul iunctæ.ff.de sol.l.si ex plurib.in pr. Tertio modo possunt interpretari,vt sit quædam liberalitas captiosa,& simulata,vt ff.de transl. cum aquiliana.& ita doct.interpretātur odio vsuriariorū,vt legitur,&no.ff.si cert.pe.l.rogasti.§.si tibi.& ff.de ca.l.si tibi 10.mil.nam pp pruam consuetudinem fœneratorum, & propter legum interdicta ꝓsumitur fraus, vt legit, & no.ff.de prob.l.qui testamentum.facit, quod not. in.l.6.ff.de
4 cond.subst. † Quartò est præmittendum, ꝙ qui accipiunt pecuniam ad vsuras, accipiunt propter necessitatem rei familiaris,vt no.de pig.act.l.3.& ff.de pig.l.si fundus.§.fi.& l.1 §. si rem. ff.de le.3. vnde in recipientibus ad vsuras non præsumitur remissio liberalis, ar. ff. de adim,leg.l.rem legatam. Est igitur potius quoddam pactum factum in fraudem vsurarum, & contra bonos mores,quod in effectu,vel ipso iure non tenet, vt ff.de pac. l.si vnus. §. pacta,quæ turpem. Et ideo statutum est, quod non remittatur pactum, nisi vsurarius restituat ablata, nisi manifeste probetur,ꝙ vsurarius pecuniam obtulit, & ille, cui debeat fieri restitutio,liberaliter remisit.sic enim debet intelligi,quod not. D Dyn.& Io.Andr.post eum,in c.peccatum.de re.iu.lib.6. quod tñ,vt dixi,non est verisimile in his, qui sunt perpetui vsurarij:quia ex consuetudine præsumitur contra ipsos, arg.ff.ad l. Iul.maiest.l.famosi. & C.si quis Imperatori maledixerit. l.1.& l. non omnes.§. à barbaris.de re milit. Ex his quæ præmissa sunt, apparet solutio quæsitorum,videlicet conclusiue, ꝙ dicta confessio vsuras extorquenti non ꝓdest, imo episcopus ex mero,& puro officio suo potest eum compellere ad restitutionem vsurarum.& hoc videtur mihi ipsa veritas quò ad Deum, & mundum,& in omni foro tam canonico,q̄ ciuili. Illa verba 20. solidos pro completa solutione, manifeste ostendunt, ꝙ 20. solidi tantum interuenerunt, pro quib. fuit facta generalis remissio in fraudem vsurarum, & ideo vsurarius non est liberatus, sed quædam simulatio fuit adhibita, quod ex qualitate personæ euidenter apparet. & hæc probantur ex no.per Dy.in c.peccatū. extra de reg.iur.lib.6. cum simil. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXI.

1 *Mater habere debet legitimam liberorum.*
2 *Si teſtator interrogatus,an vellet,quod attinentes haberent bona, respondit,verè non sed ante vellem, quod haberent pauperes, an per hoc sint exclusi attinentes,& dispositum quod habeant pauperes.*
3 *Executores testamenti non sunt idonei testes pro testamento.*

1 **Videtur** † mihi, ꝙ mater in totum foueat iustitiam. nam de dimidia non est dubium: qa debet habere legitimam 5. liberorum, quæ est dimidiam ex toto, quod probatum esset de relicto pauperum: quia verba fideicom. censentur: & ꝙ vltima decessit pubes,vt plene no.in l. precibus.C. de impub. & aliis subst. Modo ego dico, ꝙ in totum mater ha-
2 bet iustitiam: quia nihil est,ꝓbatum contra matrem. † Primò, quia testes non consonant. nam Cōradinus dixit, ꝙ testator interrogatus, si vellet,ꝙ attinētes haberent bona. dixit, certe nō: sed ante vellet, ꝙ haberent pauperes. Hoc. n. dixit significans, ꝙ potius vellet habere pauperes, quàm consanguineos: & sic protulit verba ad solam exclusionem consanguineorum, non propterea disponens de pauperibus. Sed hoc vī male dictum per l. Pamphy.§.propositum,de leg. 3. & in hoc non insisto, sed dico, ꝙ alij testes aliter verba dicunt,quæ magis aperte sonant.
3 † Sed ideo non videntur probare, suspecti sunt, cum pro se deponant,dicendo se executores relictos. ff. de test. tut. l. ex sententia. nec potest testis tanquam suspectus repelli, quin in totum vitio animi repellatur,vt not. C.de transact. l. si ex falsis.& præsertim executor ad pias causas deponit de eo, quod continet sibi executorio nomine iusagendi.de episc.& cle.l.nulli. & quidem super toto,& sic non obst.inst.de testamentis.§.legatariis.facit.ff.de fal.l.vxori.§.1. Item satis apparet, ꝙ vnus eorum est inimicus, alius inimici illius. Vnde non remanet nisi vnus testis: & ille singularis,& etiam in iure non multum clarus, qa non est oratio clara,qua mente,an dispositiua, vel enunciatiua ꝓpter aliud. i. ꝓpter priuandos cōsanguineos locutus sit, licet (vt dixi) in hoc me nō fundarē, si esset clare ꝓbatū ꝙ testes idoneos, saltē duos ad pias causas. Mihi ergo dictus pater, & filius nō vident testes idonei,qa sunt multipliciter suspecti,& seipsos faciunt suspectos, & animosos, & affectuosos:& testis primus q̄ dixit se tm scire taxatiue loquendo, cum allegetur in testem non concordat cum illis,arg.ff.de verb.oblig.l.1.§. cum adijcit. Est bene verum, ꝙ ista sunt duo capitula diuersa,s.relictū & datio executoris,& separabilia,vt not.in l.si ex fallis.C.de transac. tamen fides testis indiuidua esse debet, allegatur contra matrem propria confessio.de succes. ab intesta. cap.cum dilectus. quia non exprimunt de modo ordinationis, q̄ potest esse multiplex.& ideo confessio est incertissima,& informis. Et licet ideo sint satis aliqua indicia contra matrem,tamen non sufficientia, quia non sunt duo testes idonei concordantes, vt no. C. fa. ercis.l.fi.& ideo inclino pro matre, quæ est suæ conscientiæ relinquenda,non finaliter condemnanda: sed secundum iuris regulas potius absoluenda. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXII.

1 *Coniunctis stirpi, qualiter succedant: & an præferantur ex altero latere coniunctis: & an idem sit in feudalibus sicut in allodialibus.*
2 *Patruus in omni successione siue feudalium, siue allodialium præfertur fratri patruali.*
3 *Acquisita extrinsecus,item omnes,& bona existentes in fundo feudali non sunt feudalia sed propria.*

Casus talis est. Primò domi. Beneuentinus Guetuarius habuit 5. filios: videlicet Franciscum, Gabrielem, Gofredum, Gulielmum, & Perciuallum. Qui vero Franc. erat frater ex parte patris, & non matris. Alij quatuor erant fratres ex parte matris, & patris: & stabant ad vnum panem, & vnum vinum.ipse vero Franc.per se stabat. Modo accidit, ꝙ supradictus Fran.obijt, & reliquit vnum filium, qui vocatur Bartholomæus. post modum obierunt Gulielmus & Perciuallus sine liberis.post modum obijt Gofredus,& reliquit vnum filium, qui vocabatur Ioannes: q̄ Io. est mortuus. Modo q̄ritur, q̄s debeat succedere ī dictis fratribus tam in allodialibus, q̄ in feudalibus: vtrum Gabriel frater, vel Bartholomæus nepos: similiter quis debeat succedere Ioanni supradicto filio quōdam Gofredi tam in allodialibus, quàm in feudalibus. vtrum Gabriel patruus, vel Bartholomæus consanguineus germanus:& de hoc cognoscatur, quid iuris, & quid est allodialium, si possessiones acquisitæ post feudum acquisitum,sunt allodiales,vel non etiā si granum, vinū, massaritia de domo, boues, vaccæ, aliæ bestiæ sunt allodiales,vel non.etiam possessiones, q̄ sunt in Ast. & aliis vil-
1 lis,q̄ non sunt feudum. † Ad euidentiam præmittendū est, ꝙ in allodialibus,& proprietatibus,quando aliquis fratrum decedit sine filiis,succedit frater vtrinque coniunctus,& filius fratris vtrinque coniuncti,excluso fratre ex vno latere tantum coniuncto,ac filio eius,vt plene legi.& no.C.de legi. hær.auh.post fratres.per glo.& C.communia de suc.authen.itaque.per Cy. Sed in feudalibus ita succedunt coniuncti ex larete patris tantum, sicut vtrinque coniuncti: quia nihil patrocinatur mater in successione feudi, secundū Iaco. de Ardi. nam sola agnatio in feudis paternis inspicitur.ex his sequitur quod Bartholomæus vnà cum Gabriele succedit patruis in bonis feudalibus, sed in allo-
2 dialibus nequaquam succedit. † Secundò est sciendum, quod in omni successione siue feudalium, siue allodialium præfertur patruus fratri patruali:quia patruus est in tertio gradu, sed frater patruelis est in quarto gradu,vt in auth.post fratres. Ex hoc sequitur, quod Ioanni succedit in omnibus bonis Gabriel, &
3 non Bartholomæus. † Tertiò est sciendum, quod extrinsecus acquisita,item boues, & similia non sunt feudalia, sed propria: ff.de act.empt.l.fundi nihil. ff.de verborum significationib. l. 1. & 2. cum similib. Et ex hoc sequitur, qualiter succedat in ipsis, vt patet ex præmissis. Et ita dico,& consulo ego Baldus de Perusio V. I. D. ad finem me subscripsi, & sig. mei nominis sig.

CONSILIVM CCXXIII.

1 *Diuisio facta inter aliquos fratres promittentes de rato pro alio fratre si non ratificata fuit per eum,in totum est nulla, etiam inter alios.*

1 **Viso** † Instrumēto diuisionis factæ inter egregios, & spectabiles milites dominū Raymundū, Marchionē de Busta,ꝓ se,& suo noīe,ꝓprio: & vice, & noīe Blaschi fratris eius ꝓ quo de rato promisit sub hypotheca,& obligatione omnium bonorum,& contra dominū Etrinem,Ludouicū,& Ioannē fratres Marchiones de Busta de eorum terris,castris, & locis feudalibus insurgunt plura dubia, cum dicatur ex dicta diuisione, dictum

dictum dominum Raymundum esse deceptum vltra dimidiam iusti pretij. Et dictum Blaschum nunquam habuisse ratã dictam diuisionem, nec velle ratificare. q̃ritur quid iuris. Et sup̃ secũdo puncto, dico dictũ Raymundũ dicto Blascho p̃iudicare non potuisse, tex. est. C. res inter alios acta. l. si cum fratre. facit. ff. de acq. hær. l. duo fratres. & C. de contrab. emp. l. dudum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXIIII.

1 *Obligatus ad dandum alicui tot saccos frumenti, & tot cados vini ad mensuram talis loci, an videatur grauatus de soluendo in illo loco.*
Adde consilium sequens.

Factum tale est, nobilis dominus An. Turchus de Ast. in suo testamento fecit legatum videlicet. Itẽ ordinauit, q̃ per illum, qui habuerit locum Montis magni, teneatur vxori suæ dom. Catharinæ dare, & soluere omni anno in vita ipsius dominæ Catharinę, dummodo vitam vidualem obseruauerit honestam, saccos 25. frumenti boni ponderis, pro quolibet sacco minas 4. ad minam Ast. & hoctalos 5. vini boni puri. Item præsupponitur in facto, q̃ in Ast. dictus testator nõ habebat bona, ex quibus dictum frumentum, vel vinum redigeretur: sed in Monte magno, vbi etiam habebat domicilium, & maiorem partem fortunarum suarum. Item præsupponitur, q̃ dicta domina habebat magnam dotem, & legatum, & erat dines domina. Item præsupponitur, q̃ fuit latum laudum simile in hoc dicto testamento, & referendo se ad testamentum. Item præsupponitur pro illo, cui obuenit dictum castrum, q̃ semper fuit paratus dicta legata soluere in Monte magno, nec stetit per eum, sed per dictam dominam, quæ non misit ad dictum locum pro dicto frumento, & vino. Quæritur etiam de pœna compromissi, an commissa sit cum effectu, nec ne, præsertim attentis literis dictæ dominæ, in quibus scribit se missuram ad castrum Montis magni pro dicto frumento, & vino, quę literæ fuerunt factæ extra Ast. in quodam castro, vnde dicta domina erat oriunda extra territorium Ast. Arguam primò ad
1 partes. Secundò veniam ad solutionem quæstionis. † Et videtur primò, q̃ dicta solutio debeat fieri in Ast. & ibi expensis debitoris debeat mensurari frumentum, & vinum d. dñæ tribus rationibus. Prima, fauore alimentorum: nam alimentorum debet fieri præstatio in loco alimentarij, ne interim in itinere periret alimentarius, vt not. ff. de iud. l. sed & si susceperit. §. si libertis. in gl. q̃ incipit vasa erant. & ff. de transa. l. cum hi. §. causæ fere. Secunda ex mẽsuræ designatione: nã dicit ad mensurã Ast, ex quo præsumitur q̃ in Ast. voluerit mensurari, & solui, vt no. in d. §. si libertis. & l. Titia Seia. in prin. de le. 2. Tertia: quia dicta domina est nobilis: & ratione nobilitatis augetur vtilitas, vt debeat ei deferri ad domum, vt d. l. sed & si susceperit. §. sed & si ponas. Et, p̃ domina videt facere, q̃d no. C. vbi fidei. peti oporteat. l. 1. ibi dum dicit, vt quia legauit ad mensuram Parisiensem, &c. In contrariũ, q̃ dicta solutio debeat fieri in Monte magno, sic, p̃batur plurib. rationib. Et primò ex regula iuris, q̃ dicit in loco domicilij solui debere, vt plene no. ff. de iud. l. q̃d legatur. Secundò ex alia regula: qa quoties locus non adijcitur solutioni, & debitor inueniatur in loco contractus, ibi cogitur soluere, nec debet ad alium locum remitti, vt ff. de eo, qd̃ cer. loc. l. 1. ff. de ac. & obl. l. contraxisse. Tertiò ex alia regula: qa quoties debitor est diuersi domicilij, creditor debet accedere ad domicilium eius: non econtra, vt no. ff. de const. pec. l. item illa. Quartò ex multis coniecturis, q̃ vincunt vnam coniecturam. Coniectura prima est: qa grauauit hæredem respectu loci, ergo de illo loco sensisse videtur. ff. de iudic. l. fidei. §. quid tamen. Secunda, qa in Ast. non erat aptitudo soluendi ex frumento, & vino testatoris, de quo est credibile testatorem imaginatum esse, licet de hoc non constet clare. & ideo ne hæres nimium p̃grauetur, vẽ sensisse de loco magis congruo. vt d. §. sed si, p̃ponas. in ver. & sit sufficiens, &c. à contrario sensu. Tertia, ex coniunctione alterius legati, s. vini, in quo non fecit mentionem de Ast. Vnde certum est, q̃ vinum non debet solui in Ast. ergo nec frumentum, ne diuerso iure censeantur ea, quæ per copulam vniuntur. C. de sen. & interl. l. cum solutum. ff. de vsucap. l. rerum mixtura. Quarta, quia testator grauauit filios, vnde fauore filiorum mitior est interpretatio facienda coniectura pietatis, arg. C. de fideiuss. l. voluntatis. Quinta: quia si speciale est fauore alimentorum, ergo in contractum est ius commune, sed legatum annuum factum diuiti, non intelligitur legatum factum alimentorum: quia excedit metam & naturam alimentorum: vt no. ff. de transac. l. cum hi. §. si in singulos. Sexta: quia dignitas legatarij attẽditur in paruo legato non magno, & graui: sicut est hæc, vt d. l. sed & si susceperit. in ver. iam modica, à contrario. Nec obstat quod dixit ad mensuram Ast. nam ad illam mensuram, seu modum potest mensurari etiam in Monte magno sine aliqua difficultate. Et quia dicta verba fuerunt adiecta fauore filiorum: quia minor erat mensura in Ast. quàm in Mõte magno, de mensura dico, habito respectu ad saccũ: vt mihi in facto narratur, sicut in nummis, si promitto ducatos Venetos, non sequitur propterea, quod debeant soluere in Venetiis. putarem tamen, quod si domina non possit consequi solutionem in Mõte magno propter potentiam hæredis: quod hæres sumptibus, & periculo dominæ cogeretur per æquitatem iudicis de frumento & vino prædiorum testatoris soluere in Ast. quia dolus nemini debet patrocinari, ar. ff. de eden. l. prætor. §. fin. Ex his liquidò patet, pœnam non esse commissam: cum domina nõ miserit pro frumento: & præsertim: quia per literas suas in locum solutionis assensit, ar. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. Calimacus. in fin. & ff. de iudi. l. sed & si susceperit. §. fi. & etiam quia dispositio pœnalis erat conditionalis, & non erat liquidata conditio. ff. de verb. obli. l. hoc iure. saluo tamen huiusmodi, q̃ bona fide versetur in soluendo, tum propter pœnam compromissi: tum propter pœnam iuris communis: tum propter Deum, quia non debet iura pietatis violare. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXV.

1 *Legatum debet solui in loco domicilij hæredis. fallit in tribus casibus, & hic.*
2 *Legatum de saccis 25. omni anno si factum sit vxori, an dicatur legatum alimentorum.*

1 Ad euidentiam † præmittendum est, q̃ in loco domicilij hæredis debet legatum solui. fallit fauore alimentorum. Nam tunc debet solui in loco alimentarij. ff. de iud. l. sed & si susceperit. 1. §. Item fallit ex qualitate rei relictæ. Vnde dicit Cy. q̃ si relinquitur ad mensuram Parisiensem, debet solui Parisiis. C. vbi fideicom. peti oporteat. l. 1. Et Bar. dicit, q̃ si relinquitur alicui vna mina frumenti, qua mensura vtuntur Perusini tãtum, Perusij debet fieri solutio, vt ipse no. in d. l. sed & si susceperit. Itẽ fallit ex qualitate
2 personæ. l. item illa. §. 1. de const. pec. † Videndum ergo est, an istud sit legatũ alimentorum, & dicendũ est, q̃ non: qa factum mulieri locupleti. C. de transl. cum hi. §. si in singulos & ibi per Gul. & Bar. quia excedunt id, quod p̃ alimentis sufficeret. Et qa non est eiusdem naturæ cum relicto alimentorum, nisi probaretur, q̃ alia fuerit mens testatoris & arbitrorũ. Secundò est videndũ, an qa dixit ad mensurã Ast. videatur voluisse mensurari, & solui in Ast. de frumento dico, nam de vino nihil dictum est de Ast. Et hoc verum est de coniectura. Facit, p̃ legataria ista loci designatio, tñ ex alia parte plures videnť coniecturæ. Prima, quia testator hoc onus ascripsit patrimonio Montis magni, & sic grauauit hæredem respectu certarum facultatũ: Vnde ad onus illarum facultatum legatũ ascriptũ. ff. de iudi. l. fideicom. §. tractatum. Secunda, fauore filiorum, nam in dubio est præsumendum, q̃ testator voluerit præstari p̃ eos in loco, vbi cõmodius possunt, i. vbi habẽt patrimonium, ex quo possint habilius præstare, arg. eorum, quæ not. ff. de cond. & demon. l. illis libertis. per Bar. G. de fideic. l. cum acutissimi. Ex præsumpta charitate liberorum faciunt, p̃ ista parte tres regulæ iuris. Prima est in loco domicilij solui debere, vt plene no. ff. de iu. l. quod legatur. Secunda: quia quoties locus solutioni non adijcitur, petitor debet accedere ad domicilium rei. ff. de constit. pec. l. item illa. Tertia: quia cum hic agatur ex contractu, & arbitramento, si reus in illo inuenitur, nam ille est principalis locus. ff. de iud. l. hæres absens. cum sim. Illa verba, ponendo pro quolibet sacco minas 4. frumenti ad minam Ast. videntur adiecta causa differentiæ: quia aliter accipitur saccus in Ast. & aliter in Monte magno: qa saccus Montis magni dicit esse minor. Vnde testator ita locutus est causa minoris obligationis, non causa durioris, nec causa cõfundendę solutionis alio loco, q̃ in Monte magno. Et qa in mente, quid dicatur, animaduerti cõuenit. ff. de exhib. l. pen. C. de fideic. l. voluntatis. Vnde ista verba designatiua minoris debiti nõ debẽt contrariũ operari. ff. de leg. 1. l. legata inutiliter. Itẽ hoc patet ex legato vini, q̃ p̃culdubio debet solui in loco

loco domicilij. Item si testator hoc sensisset, expressisset solutionem. Ista quæstio pendet ex coniecturis, & requirit testium informationem, si potest aliquid ab extra probari de mente testatoris. & donec declaretur, pœna minime incurritur, cum hæres semper obtulerit se paratum soluere in Monte magno, & domina ad illum locum minime miserit: cum tamen scripsisset se missurã, & per consequẽs acceptauerit illum locum pro loco solutionis, arg. ff. de iud. l. fidei. §. quoties. de verb. obli. l. qui Romæ. §. Calimacus.. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXVI.

1 *Tempus instantiæ, siue sit causæ ciuilis siue criminalis siue sit mixta, quãdo currere incipiat.*
2 *Causa ciuilis qua dicatur, quæ criminalis, & quæ mixta.*
3 *Culpa lenissima in criminalibus an veniat puniendo.*

Quanquam in ista causa multa sint subtiliter, & laudabiliter allegata p̃, & contra: tamen circa instantiam sciendum est, † q̃ instantia dicitur dupliciter. nam in causis nihil agitur sine lit. cont. & figura solenni iudiciorum, incipit instantia à contradictione, vt no. per Cy. C. de procu. l. nihil arbitramur. & per gl. in c. 1. de ele. lib. 6. & probatur per rationem legis, rem non nouam. C. de iudi. & facit c. fæpe. extra de verb. sig. in cle. & C. vbi in rem ac. l. 2. In ordinariis vero causis incipit à solenni li. conte. vt C. de iudi. l. properandum. in auth. de litigiosis. §. omnem. no. ff. de iu. om. iud. in l. & quia. de of. del. c. relatum. & ff. de cond. ind. l. eleganter. §. si quis post. extra de lit. cont. c. exceptionis obiectus. per Innoc.
2 † Hoc præmisso, & considerato, de certo, dico, q̃ causa alia est mere ciuilis, alia mere criminalis, alia mixta, vt extra de proc. ca. tuæ. si quidem enim agitur de pœna applicanda fisco, etiam pecuniaria dicitur criminalis secundum ius ciuile, vt l. agratia. ff. de termino moto. si parti, dicitur ciuilis. si autem ciuilis incidit in criminalem, inspicitur quod principale est. in casu nostro si libellus concludit principaliter ad damni restaurationem instantia proculdubio est finita per decretum domini: non obst. arbitrium quod est datum iudici, nam illud arbitrium non pertinet ad prorogationem temporis instantiæ, vt no. dicit text. ff. loc. l. si in lege. in prin. & ita decidit ibi Bart. Si autem est criminalis principaliter, & non secundario, habent locum statuta cõmunis Placentiæ, quib. est ſtãdum. ff. ad l. Aquil. l. 1. in verbo, derogauit. Si. n. statuta metã imponũt cãę. vel iurisdictioni, finito tempore nõ durat instãtia. ff. iud. sol. l. cũ lite mortua. Venio ad negotiũ principale, posito, q̃ instãtia duraret: & qa non vidi acta nõ possũ sup̃ actis respõdere. Sed quatenus ex allegationib. hinc inde possum cõprehendere, dico esse cõsiderandũ, an iusta causa possit conductorẽ excusare ab omni culpa: & tũc indubitãter debet absolui, & p̃sumitur culpa abesse ab eo, q̃ bona cõduxit, vt no. ff. de rei ven. l. in rem. §. tignũ. in gl. or. nisi, p̃baretur malitia vel color q̃situs. C. de ser. fug. l. quicunq;. hoc no. Bar. ff. si quis testamẽto liber esse iussus. l. 1. §. non autẽ. in fi. verborum suorum. Si vero probetur dolus, vel lata culpa, indistincte debet condemnari. † Sed dubium est si probetur leuissima culpa, vtrum sicut in aquilia ciuili venit, & sic in criminali. & dicit
3 Cyn. in istis criminalibus, quæ non sapiunt sui natura atrocitatem, leuem, vel leuissimam culpam criminaliter non puniri, vt no. in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cler. in fin. Iudex vero causæ diligenter hoc attendat, si tempora patiuntur, alioquin ab obseruatione iudicij reum absoluat. ff. de adul. l. accusaturus. Ego Baldus.

CASVS.

Proponitur defunctum incolam castri. S. Ioannis, ac suppositũ onerib. dicti castri, ac districtus in dispositione facultatũ dicti castri patrimoniũ suum amplũ reliquisse trãslatum p̃ quandam eius filiam, & hæredem dotis titulo pro medietate in B. filium familias eius maritũ recipientẽ suo nomine, & nomine, & vice, & de voluntate, cõsensu, iussu, & mãdato, & parabola dicti patris sui. Et q̃ B. non est descriptus, in descriptione aliqua, ciiius tñ pater, cum quo habitat, descriptus est in ciuitate Placentiæ, & ibi sustinet, nec non dispositione defuncti reliquam quartam partem destinatam ordinatione testatoris cuidam capellæ fabricãdæ. Modò quæritur ex præmissis: an dicta filia hæres prædicta, & dicta bona tenens teneatur, & debeat cogi ad soluendum, & sustinendum onera dicti communis castri S. Ioprout tenebatur dictus quondam pater suus.

CONSILIVM CCXXVII.

1 *Onera patrimonialia in quo loco solui debeant.*
2 *Solui non potest pro vno nisi in vno loco.*

1 Si quæratur, † in quo loco debeãt solui onera patrimonialia: respondeo, in illo loco in quo bona sunt sita, ac etiam in æstimo posita, vt legitur, & not. C. de mulierib. & in quo loco. l. 1. li. 10. & ff. ad mun. l. incola. In contrarium facit. s. q̃ collecta solui debeat in loco domicilij, p̃ bonis vbicunq; positis, & sic debeant solui in domicilio viri, q̃ vxor sequitur, vt ff. ad munici. l. Lucius. §. respondit idem. ff. de mun. & ho. l. rescripto. §. fi. & ibi vẽ gl. or. de hoc, quæ cõmuniter allegatur: qa non attendit sola possessio, sed oportet, q̃ possessor sit ciuis, vel incola ad hoc, vt astringat ad soluendum collectas: qa non possunt imponi personę, q̃ subiecta non est. & ibi no. per Dy. Distinguendũ est. n. inter munus mere patrimoniale, quod est subeundũ in loco rerũ: & mixtũ in loco, in quo attenditur, an persona sit subiecta, nec ne. Certũ est autẽ, q̃ dictus maritus non est subiectus castro S. Io. nec est ibi ciuis, vel incola: & ideo ibi non potest cogi ad soluendum dictam collectam secundum gl. Dyn. & communiter omnes doct. sed cum facientes æstimum in communi obligent ipsa bona pro collectis soluendis, ipsas solui necesse est in loco, vbi est factũ æstimũ ad instar tributorũ: qa realis est illa obligatio. Consueuerunt etiam statuta locorũ super hoc prouidere, q̃ non possint alienari nisi per eum, qui promittat subire onera. Item consueuerunt prouidere, q̃ prædia sint tributaria pro oneribus collectarum, vt no. p̃ Bar. in d. l. rescripto. §. fi. & p̃ hoc in auth. de man. princ. §. non permittas. & ita seruat consuetudo, s. q̃ collectæ, quæ debent solui secundum metam æstimi, soluuntur in loco, vbi æstimata sunt per possessorem ipsarũ rerum, seu per ipsas res: quia (vt iam diximus) ipsæ res grauantur accipiendo de ipsis rebus, & distrahendo pro solutione fiscalium, & cogendo etiam colo-
2 nos subditos: sicut est in statutis quarundam terrarum. † Illud etiam est certum, quod pro vna possessione non debet solui nisi in vno loco, vt notatur in d. l. 1. de mulierib. & in quo loco. hoc not. ibi Bar. & in d. l. rescripto. §. fi. de bonis autem paraphernalibus nullum est dubium, quod debet collecta solui, vbi æstimum reperitur per dictam filiam: quia bona extra dotem sunt ipsius pleno iure. facit ad prædicta. ff. de impens. l. neque. Ego B.

CONSILIVM CCXXVIII.

1 *An dispositio loquens de matrimonio, & de muliere nupta, vel copulata viro, requirat carnis copulam.*

1 Ad euidentiam † est præmittẽdum, q̃ duplex est copula matrimonialis, s. ciuilis, seu canonica, quę consensu perficitur inter coætaneos. 32. q. 1. c. non in sola. extra de reg. iur. c. nuptias. Et hæc in paradiso fuit instituta, nam ibi Adam non cognouit Euam: tamen fuit verum matrimonium, & naturalis, & corporalis copula, quæ vocatur cõfirmatio matrimonij. 32. q. 2. solet q̃ri, de cõuersione infidelium, ex literis. extra de transla. episc. c. licet. de bigamis. c. debitum. Item prima copula, quæ vocatur nexus seu vinculum, est duplex: s. vera, quando verbis expressis inter ætate idoneos matrimonium cõtrahitur, & interpretatiue, seu præsumptiue, q̃s inter puberem, & impuberem, vel inter impuberes, p̃cedũt verba legitima, & sequitur postea euidens perseueratio in consensu post legitimam ætatem, vt in c. 1. de despon. impub. lib. 6. Et tex. videt ibi requirere signa hinc inde, quod proculdubio est verum, si vtraque fuisset impubes tempore sponsaliorum. Nam maiori inuito minore resilire non potest, vt in ca. de illis. §. muliere. extra de desponsas. impuberum. Item secunda copula, quæ vocatur vsus matrimonij, est duplex, scilicet vera, & præsumpta, ex quo enim est deducta à viro, vtroque existente pubere præsumitur cognita: licet non appareat alia certitudo: tũc autẽ certũ est, si forte sit prægnans, vt in c. literis. de præsump. Modo videamus, vtrum ista propositio, A. B. per matrimonium copulata, licet re vera non interueniat copula carnalis, sit vera vel præsumpta propositio. Et si quidem loquimur de copula ciuiliter loquendo propositio est vera. Si autem loquimur naturaliter intelligendo, propositio est falsa. Cum igitur dupliciter scriptura possit exponi, certum est, q̃ ambigua scriptura est, & æquiuoca, quia, vt dicit Boetius, q̃ multipliciter exponit eius veritas ignoratur. In isto autem dubio æquior pars eligẽda est.

Primò

Primò tamen arguitur: quia ex quo statutum non exprimit de copula carnali, sed simpliciter loquitur de matrimonio, certe nec nos debemus requirere amplius, q̃ requirat statutum. nam verbis legis contenti esse debemus. ff. de acq. hær. l. si seruum. §. non dixit. Item lex non distinguit, ergo nec nos. ff. de publ. l. de precio. Item genus verificatur in qualibet sua spẽ. l. 1. ff. si cer. pe. Et pro hoc, q̃ non sit necesse, q̃ ducta fuerit, facit. C. de episc. & cler. l. Deo nobis. & ibi expresse notaui. hoc idem tenet Bart. in l. nihil. ff. rer. amot. & hoc facit. C. vnde vir, & vxor. auth. præterea. & C. de don. ante nup. auth. cum re. 31. q. 2. c. quod si dormierit. de translat. c. inter corporalia. In contrarium videtur, q̃ istud statutum distinguit, ergo & nos debemus distinguere, vt C. de fur. l. apud antiquos. Ad intelligendũ, q̃ distinctio copularum, de qua distinctione statutum tenit, nõ cadit nisi circa carnalẽ copulã: qm̃ aliæ quidẽ incestuosæ, aliæ damnatæ, aliæ concubinariæ, aliæ matrimoniales, dicit ergo statutũ, q̃ solæ matrimoniales habent præmium: & ista videtur vera intentio statuti. Et hoc etiam euidenter verba sonare videntur. Nam statutum requirit duo, s. matrimonium, & copulam. Et ita dico, & consulo ego Baldus.

CONSILIVM CCXXIX.

1 *Filius non perdit Trebellianicam ex eo solo, quod non fecit inuentarium.*

In primo articulo videtur nobis, saluo saniori consilio, q̃ soror de iure venire debeat ad successionem fratris mortui excluso fratre, non obstan. statuto supra scripto: quia non comprehendit hunc casum: vt prudenter iupra allegatum est pro parte ipsius sororis. † In secundo articulo
1 dicimus, q̃ filius non perdit Trebellianicam ex eo solo, q̃ non fecit inuentarium secundum veram opin. sicut etiam non perdit in relictis ad pias causas, vt no. per glos. quæ est vera, de testamentis. c. si pater. lib. 6. licet aliqui contra, & male, & ita in vtroque articulo dicimus, & renemus nos Ioan. de Castelliono de Mediolano episcopus Vincentinus: & ad fidem præmissorum propria manu scripsimus, & nostro anulo sigillauimus.
Ad idem. Confirmatio d. Baldi suprascripti consilij. Iste excellentissimus doctor verum dicit. q̃ statutum non dicit eo gradu, sed dicit pari gradu. Porro non est parilitas, vbi est prælatio: vt in auth. de consanguineis, & vterinis fratribus. nam ista verba, pari gradu, ius significant. Et ideo dictum consilium, quod inter scripturas alias mihi misistis, confirmo quò ad primum punctum, & etiam quò ad secundum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXX.

1 *Diffamans aliquem, vel dicens verba propter quæ oritur discordia inter vir. & vxo. qualiter puniatur.*
2 *Contra bonos mores dicere an sit sponsorate, ego alias te desponsaui.*

1 Omne † factum, vel dictum contra veritatem in diffamationem alterius, præsertim si fama mulieris lacessitur, & inde inter vir. & vxo. discordia seminetur, competentem arbitrio iudicis meretur vindictam, vt ff. de iniu. l. item apud Labeonem. §. q̃ autem non in cetu. & §. tenetur. & §. meminisse. Item omnis, qui impe sturam fecerit in bonis viris, vel mulieribus mendacia imposuit, vt ff. de cri. stel. l. 3. §. item si quis
2 imposturam. & ibi no. Sed videamus vtrum contra bonos mores sit dicere, ego te desponsaui & videtur quod non: quia istud est licitum & permissum. C. de sponsalibus. per totum. nec per hoc diffamo matrimonium postea contractum, vt C. de sponsa. l. 1. Sed certe omne mendacium in alterius detrimentum est cõtra bonos mores, & præsertim qñ mulieris honestatem sugillat, & falsis contumeliis matrimonia difformat. C. de adul. l. quamuis adulterij. quod nonnulli proterue faciunt, vt ibi dicitur, sed non impune, hic enim virorum spõsalia, ac mulieris pariter diffamantur eadem infamia. ff. de infamib. l. 1. in fi. & l. quid ergo. §. quod ait. & facit etiam quantum ad se est venire in odium partis. vt in auth. vt cum de appel. cogn. §. aliud quoque capitulum. ff. de contratab. l. 3. §. si emancipatus. nec non dat materiam male viuendi cum marito. C. de furt. l. manifestissimi. §. fi. & seminatores discordiarum puniendi sunt, vt not. in l. agraria. de termino moto. & C. de ac. l. 1. nec in facto proprio potest ipse prætendere ignorantiam, nec allegare, quod non fecit animo iniuriandi. C. de iniu. l. si non conuicij. nam singuli, vniuersique cognoscunt non licere in eo, quod non potest ostendi indicem animo commouendi. C. de cal. l. nostris. non ergo debet transire facinus impunitum. ff. ad d. l. Aquil. l ita vulneratus. vt alij ter reantur exemplo. C. ad l. Iu. pec. l. 1. Et super hoc, sicut consultũ est, & iudicatum per officialem Illustris Principis, & Magnifici domini Comitis montis Ferrati domini mei singularissimi, formandus est nouus processus cum debita lociinstertione. Et est sciendum, q̃ confessus cogitur iterato confiteri, vt no. Inn. in c. per inquisitionem. extra de elect. & de confess. c. cum super. ff. de ædil. edic. l. cum quæro. §. fin. & de infamib. l. ictus fustium. cum si. Et hoc dico de Nicolino, nuncium autem, qui non præsumitur dolosus in facto alieno, excusari puto, nam iniuria, & stellionatus crimen dolum requirunt. erit autem pœna extraordinaria. ff. de iniu. l. fi. & ff. de priua. delic. in gl. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXXI.

1 *Reseruatio potestatis declaratiuæ, & suppletiuæ, an habeat vim prorogationis compromissi.*
2 *Locator licet non fecerit discerni contractum alterius locationis, potest tamen petere extractionem rerum sibi derobatarum.*

1 Dominus † meus D. Papiensis interrogauit me, & habuit colloquium mecum super duob. an dicta reseruatio potestatis declaratiuæ, & suppletiuæ sit prorogatio compromissi. Et dicendum est, q̃ sic, quia extensio potestatis, & extendere, & prorogare idem sunt, & si diuersa nomina sunt. ff. loca. l. si in l. ff. de verb. obl. l. si stipulatus. ff. de precar. l. sed si manente. ff. de arb. l. si cum dies. facit, quod no. ff. fa. erciscẽ. l. item Labeo. Item qui reseruat, vult reseruationem aliquid operari: ergo vult omne id, quod peruenitur ad illud, iura
2 sunt vulgatissima. † Secundo quæsiuit à me, si iste locator non fecit discerni contractum alterius locationis, an nihilominus possit petere exactionem rerum sibi derobatarum. Respõdeo, sic: quia capitula sunt omnino separata & impertinentia ad inuicem. C. de do. inter vir. & vxor. l. si maritus. ff. de mino. l. Pap. exuli. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXXII.

1 *Fœmina non succedit in feudali castro, sed quid in fornimẽtis occasione castri deputatis, an succedat in eis.*
2 *Debita solui an debeant de bonis feudalibus.*

Fœmina regulariter non succedit in feudo paterno, vt in c. 1. §. hoc notãdum, qui feu. da. pos. col. 10. Succedit autem in aliis bonis vnà cum fratre pro virili portione. C. de libe. præte. l. maximum vitium. de qua virili potest testari, prout sibi placet, dummodo turpem personam non in-
1 stituat. C. de inof. testa. l. fratres. ff. eo. l. 1. Modò quæritur, † vtrũ sicut fœmina non succedit in castro feudali: ita nec succedat in fornimentis ad necessitatem castri deputatis. Et dicendum est, quod illa fornimenta non adhærebant castro, quod succedit
2 in eis. ff. de act. emp. l. fundi nihil. † Secundò quæritur, quo modo de bonis soluantur debita. Respondeo, omnes sunt hæredes vniuersales masculus, & fœmina, solus filius est hæres in re certa vltra filias in feudo, & hoc respectu non tenetur creditorib. C. de hær. instit. l. quot. ff. eo. l. ex facto proponebatur. nisi debita essent contracta occasione feudi. nam de eis tenetur solus filius. ff. de test. mil. l. si certarum. §. Iuli. tamen isto casu si accepisset, puta, centum mutuo, ex quibus emisset fornimenta, de quib. supra, talia fornimenta pertinerent ad solum filium. ff. de reg. iu. l. secundum naturam. eodem modo, quo dixi succedere sorores, succedit & mater, vt in auth. defuncto. Bastardi vero in nullo succedunt fratribus legitimis. ff. vnde cognati. l. si spurius. & l. hac parte. oportet tñ filios legitimos alere fratres bastardos de bonis paternis, vt C. de natu. lib. auth. licet. pro rata bonorum, quæ possident, vel forte solus hæres vniuersalis cõuenitur ad alimenta. C. si cer. pe. l. 1. & l. fi. ff. de vsuf. leg. & quod no. ff. de transac. l. controuersia. Et not. quod masculus Illustris potest habere naturales, fœmina non, sed essent spurij. C. ad orfi. l. si quaillustris. vel dic, vt ibi. Ego Bald.

CONSILIVM CCXXXIII.

1 *Papa an possit concedere alicui vicariatum castri alicuius ciuitatis cum omnimoda iurisdictione: in quo castro ciuitas habebat omnimodam iurisdictionem.*
2 *Iurisdictio ciuitatis an per dictam concessionem sit extincta.*
3 *Iurisdictiones, quæ ex officio possident, eas alienare, nec donare possunt.*

Factum super quo iuris consilium postulatur, stat in terminis infrascripris. Est quædam ciuitas ecclesiæ Romanæ subdita habens omnimodam iurisdictionem, & habens

& habens etiam quoddam castrum Comitis ipsius; in quo quidem castro summus Pontifex cuidam concessit vicariatum ad certum tps cum omnimoda iurisdõne, quam idẽ summus Pontifex hẽret in d. castro. Mõ q̃rit primo: vtrũ idem summus Pontifex possit, aut videatur velle aliẽ iurisdõ. concedere. p̃cipue cũ dicta ciuitas in d. castro oẽm iurisdõnem hẽret, & in dicta concessione, & supplicatione hoc expressum non fuerit. Sedo præsupposito, q̃ potuerit, & voluerit: vtrũ pp dictam cõcessionem totaliter sit eradicata iurisdõ ciui. p̃dictæ. tertiò & vlt. p̃ supposita cõcessione pro valida, an hẽns dic. iurisd. concessam, eã possit
1 in aliũ transferre. † Rñdeo, nõ est dubiũ de potentia. p̃t. n. vt no. C. de leg. l. humanum. tñ est considerandum, vtrũ impetrans castrũ ciui. vel alterius p̃sonæ fecit mentionem de sua occupata possessione, an non. Nã si non facit mentionem, nõ valet impetratio. C. vñ vi. l. aduerte. & no. in l. si qua loca. C. de fun. & saltibus rei dñicæ. lib. 11. vbi gl. no. non valere rescriptũ eorum, qui occupauerunt terras comitis Vgolini nõ facta mentione de occupatione, quia rescriptũ est obreptitium: ita dicit glo. ord. nec differt ciuitas à priuato. ff. q̃ metus. cau. l. metũ. §. animaduerten-
2 dũ. & ita deciditur primus pũctus. † Ex quo patet rñsio ad sedm punctum, q. a Papa nõ intelligit̃ concessisse iura, quæ hẽt ciuitas ex antiqua consuetudine, nisi essent ad Papam deuoluta: puta, per priuationem, q. a posset priuare vnũ de iurisdõne, & dare alteri, qm̃ ipse est dñs in capite totius iurisdõnis. l. 1. §. cum vrbem. C. de of. præf. vrbis. ad l. Rhod. de iactu. l. deprecatio. ipse quoq; p̃t de plenitudine p̃tis diuidere, & venire. ff. de assessoribus. l. si
3 eadem. & l. 1. C. de metropoli berito. lib. 11. † Venio ad tertium punctũ, & sciendũ est, q̃ illi, qui ex officio possident iurisdõnes, non p̃nt eas vendere, vt in auth. vt iudices sine quoquo suffr. in prin. nec ẽt donare, & maxime ad æmulationem ciuitatis, vt C. de fundis limitrophis. l. quicunq; castrorum. lib. 11. & maxime potentioribus & durioribus aduersarijs, si coram principe tueri se possent. C. ne liceat poten. l. 1. C. de iudæis. l. nullus. ff. de of. præfid. l. illicitas. §. ne potentiores, præterea vsusfructus formalis non põt alienari, q̃ statim reuertitur ad proprietatem, vt Instit. de vsufruct. §. finitur. Super his tamen oporteret videre scripturas, vt ff. de legib. l. inciuile. & ff. de transa. l. de his. & extra de priui. c. porro. & facit, quod no. Inno. de postu. præla. c. bonæ. in prin. col. 10. ver. contra Papam autem. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXXIIII.

1 *Legata ex causa præteritionis non vitiantur.*
2 *Verba testatoris dantis licentiam fideicõ. apprehendendi possessionem propria authoritate, quid importent.*

1 Veritas † est ista, q̃ aut quærimus de legato, an valeat, & valet, per auth. ex cau. C. de lib. præt. vel exhære. quia ex causa præteritionis legata non vitiantur, etiam si non sit ibi clausula codicillaris, de cuius virtute hic non expedit tractare. Et sicut apparet ex actis, q̃ est adita hæreditas ab intestato, seu facta gestio pro hærede. Et hoc est certum, & non dẽt reuocari in dubium, & super hoc est fundatum consilium egregij doctoris D. Ioannis de Castelliono, & continet ipsam veritatem finalem, aut quærimus de ipsa missione in possessionem, & certum est, q̃ illa missio secundum com. opi. nõ habet locum ab intestato, & nos sumus hic in causa intestati, vbi non habet locum lex, edicto. C. de edic. diui Adr. tol. & C. de codic. l. si quis agere. Et quia, vt sapienter allegatum est, fideicommissario vniuersali non competit, antequam sit ei facta restitutio ex trebel. vel sumus in casibus excep. Item certum est, q̃ sententia iudicis non meretur executionem contra non citatos, vt plene allegatum est superius, & ideo contra non citatos nõ debuit posse fie-
2 ri missio in possessionem bonorũ authoritate d. l. edicto. † Sed vnum est aduertendum, q̃ hic non sumus in terminis dictæ legis edicto, sed sumus in terminis legis, Titia cum testamento. §. 1. de lega. 2. & C. de pig. l. 3. & C. de iure emphy. l. 2. quia testator dedit licẽtiam fideicommissario apprehendendi possessionem sua authoritate, ex qua licentia oritur officium iudicis, ne vis, & iniuria fiat ei, qui vult vti beneficio sibi concesso à testatore, pariter & à lege, arg. ff. de condit. & demon. l. quibus diebus, in prin. & l. fi. ff. de offi. procu. Cæsaris. vnde auxilium prætoris implorare potest per qualem qualem libellum, arg. ff. de interrog. act. in rub. quapropter licet sententia iam lata nõ mereatur executionem contra non citatum; tamen cum modo sit citatus, & de causa discussum, dicta missio fieri debet, seu concedi licentia, & authoritas iudicialis in possessionẽ eundi, quę si non esset, licentia testamenti, minime foret concedenda. Ego Baldus.

CONSILIVM CCXXXV.

1 *Assectans aliquem ad homicidium faciendum, vel posse factum, an dicatur ferre opem.*

vt ff. de pac. l. emptor. §. Lucius. & ideo de iure simplicis partis censetur: vt d. l. si ex pluribus. posset dubitari, quando exprimitur tam cõfessio, quã pactum, in qua virtute operatur. Respondeo, operatur, prout melius potest operari, id est, ante 30. dies iure pacti. post 30. autẽ iure numerationis pſumptæ: vel potest dici, q torum iure pacti: vt ff. de pact. l. si intra. Finalis cõclusio est, q dictum instrũm. per obliquũ, id est, pp beneficium cessionis pro parte profit, pro parte non pfit: qa cessio fieri pro parte deberet: vt not. in l. de duobus reis. vnde pro parte habetius creditor; pro parte debitor, nõ natura obligationis, idem non in acceptilatione q in pacto, si interponitur super cõtractu bonæ fidei. ff. de pac. l. si vnus. §. item acceptilatio. sed si super stipulatione tunc ipso iure tollitur obligatio: & non restat qd, si numeratio possit cõnumerari, sed beneficio cessionis cui non fuit renuntiatũ, nec consueuit renunciari, vt no. in auth. de fideiuss. in prin. Et ita dico, & consulo ego Bald.

CONSILIVM CCLII.

1 *Confecto, vel pactum thesaurarij, vel negotiorum gestoris, an noceat principi, vel ecuntas.*

1 Ordo rei gestæ sic se habere dicitur.† Petrus Bancheius conuenit cum gabellatoribus communis Mediolani scotare eos de solutionibus fiendis thesaurario eiusdem cõmunis per dictos gabellatores singulo mense. mutuauit etiam thesaurario pdicto flor. mille. v. g. tractu temporis contigit, q thesaurarius remansit debitor d. Banckerij de flor. quatuor millibus. v. g. tam occasione veræ sortis, quã vtilitatis inter eos tacitè conuentæ: qa numerus annorũ, & mensium, in quib. multiplicata erat summa, pterierat. deinde accidit, q dum D. Dux indigeret pecunia, magistri intratarũ contenti fuerunt, q mutuo acciperetur per referendarium, qui est administrator pecuniarum, à thesaurario prædicto tota quantitas necessaria domino, quæ forte erat flor. sex millium. pp quod thesaurarius habuit recursum ad dictum bancherium, qui bancherius habita vna apodissa continente, q referendarius erat contentus, q d. bancherius seruiret mutuo dicto thesaurario, de illa quantitate necessaria domino super intrata mensis Aprilis tunc futuri loco pignoris, accepta etiam confessione facta per dictum thesaurarium gabellatoribus pro mense supradicto Aprilis, inueniens bancherius se creditorẽ dicti thesaurarij de supradicta quantitate flor. quatuor millium, solum numerauit dicto thesaurario flor. bis mille, retentis flor. quatuor millib. pro debito: quamuis ipse bancherius receperit totã intratam dicti mensis Aprilis: & dictus thesaurarius fuit ante euentũ dicti mensis Aprilis remotus ab officio, publicanus, postquã percepit introitus, siue vectigalia, factus est dns perceptorũ: vt no. Bart. ff. de publicanis. l. cotem ferro. §. qui maximos. tamẽ pro quantitate, qua cõduxit vectigalia, ipsi introitus ad eum peruenti sunt obligati ipsi fisco, ar. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. offerri. & l. si vetri. §. 1. de priuil. cred. nec nõ & omnia bona ipsius, donec fisco sit integraliter satisfactũ: vt ff. de iure fisci. l. auferr. §. fiscus. & si publicanus dictas pecunias depositi. vel consignauit alicui numulario, donec pecunia sit consumpta, non est dubium, q est obligata fisco: qa adhuc durat in bonis publicani, vt ff. depositi. l. licet. §. rei depositæ. sed si pecunia nõ extat, sed est consumpta per numularium, & numularius est factus locupletior, pro culdubio tenetur numularius fisco vtili actione: qa vtilitas successit loco rei: vt ff. de vsuf. l. qui pretio. ff. de leg. 2. l. Imperator. §. fi. ff. de pig. l. cum tabernã. Modo in pposito casu dico, q numularius, siue bancherius factus est ex introitib. fiscalib. locupletior. & hoc pbo, primo quo ad vsuras, quas sibimet soluit: qa percipere vsuras, est lucrũ equidẽ odiosum: vt l. 1. C. de cond. ind. restituere ergo debet eas, nõ vt vsuras, sed tanquam sortem fisci: vt ff. de iure fisc. l. deferre. §. fi. & l. Titius. nisi ipse bancherius mutuasset sub vsuris de domini voluntate, siue dominus mandasset ipsi bancherio, seu thesaurario: nam posset mutuans solutũ ex hac causa retinere: qa domini voluntate percepit. & quę, pceserunt de labijs domini, dominus non dẽt facere irrica: licèt mutuari ad vsuras sit peccatũ in recipiente, non in præstante ipsas vsuras, vt extra de iureiur. c. debitores. & ad honestatẽ domini pertinet: imo sæpe ad vtilitatẽ pertinet vsuras conuentionales soluere: alias raro inueniret mutuantẽ: vt no. in l. 1. ff. de pig. act. de ipsa autẽ sorte duorũ millium floren. conuersorum in vtilitatẽ domini non est dubium dominum tenari, & secum compensari posse per d. bancherium. Conclusio ergo est ista, q dominus tenetur de sorte duorũ millium flo. ad se peruentorũ: & de vsuris conuentis pro dicta quantitate. sed ad aliam summã, quam Bancherius thesaurario soluit, dominus nó tenetur: imo restitui debet domino: qa non debet bancherius ex fraudibus suis locupletari, vt dictum est, non obstantibus quibuscunq; confessionib. malafide factis, & exortis quia non potest gestor negociorũ pecuniam domini in vsus suos cõuertere in domini præiudicium: vt ff. de neg. gest. l. qui vsuras. & ff. man. l. creditor. §. Lucius. in fi. & ibi est casus. Item nec per confessiones, quibus fraus, & dolus inest, potest conditio domini deterior fieri: qa non vt hoc mandatũ, neq, permissum: vt l. si pater. ff. de priu. cred. ff. mandati. l. si mandauero. §. si centum tibi. qui §. in ratione sui optimè facit ad quæstionẽ nostrã. confessio quoq; thesaurarij non officit principi, vel ciuitati: vt ff. si cer. pet. l. ciuitas. & auth. hoc ius porrectum. C. de sacrof. eccl. & no. in l. si pupilli. §. 1. ff. de neg. ge. & per Inno. extra de depos. c. grauis. & ff. de exer. l. Lucius. & ff. de institu. l. cuicunque. §. non omne. & solutũ ante diem adueniente die non repetitur: vt ff. de cond. ind. l. sub conditione. & est verum, q thesaurarius non potuit præuenire tẽpus in soluendo, præsertim incidendo in tempus successoris: vt ff. mand. l. si mandauero tibi, vt pro me in diem fideiubeas. vbi est expressum. tamen consumptione, siue cõmixtione pecuniæ reconciliata est solutio, vt ff. de sol. l. si alieni. ff. si cer. pe. l. nam & si fur. & l. si filius. qa superuenit dies, qui cessit, & venit, ista recõciliatio fit vsq; ad quantitatẽ, quam dominus debet, ab inde supra debet restitui domino: vt ff. de condi. inde. l. si pcurator. §. Celsus. & facit. ff. de sta. lib. l. Thais ancilla. §. Titius Stycho. & §. Stichus, & Damas. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLIII.

1 *Statutum prohibens fieri alienationes nisi sub certa forma, & alter factas irritans ipso iure, an habeat locum in legato, vel institutione, aut alia vltima voluntate.*

Casus talis est, Quidam de ciuitate Lucana suum cõdidit testamentum: tunc temporis in ipsa ciuitate vigente statuto infrascripti tenoris: & per testamentum illud reliquit certis sibi domesticis & amicis, non suppositis iurisdictioni cõmunis Lucæ certa bona immobilia: non solutis dicto cõmuni Lucæ pro libra illis solidis Lucanensibus, de quibus memoratũ statutum facit mentionẽ. reliquit etiam vltra suprascripta legata q de residuis bonis suis fieri deberent, & dotari capellæ duæ: vna in ecclesia S. Fridiani pdictæ ciuitatis Pisanæ, non solutis, prout supra dicto cõmuni Lucano de dictis bonis prędictis solidis 10. pro libra. Quæritur modo, se quintis pdictis alienationib. eo modo, quo supra describitur, si per solutionẽ factam dicto cõmuni Lucano de pdictis solidis 10. pro libra, pdicta bona immobilia ceciderunt in ius & dñium dicti cõmunis Lucani vigore dicti statuti, vel ne. Et si ceciderũt in ius, & dñium dicti cõmunis: si cõmune ipsum põt ea bona apprehendere, velut sua, nõ obstante tẽporis præscriptione. Forma statuti memorati talis est: videlicet, q quilibet ciuitatis, & districtus Lucæ, qui in aliquẽ non subditũ iurisdictioni cõmunis Lucæ aliq̃ rem immobilẽ quoquomodo alienare voluerit, soluat de vera æstimatione rei, quã alienat, vel in aliũ nõ suppositũ iurisdictioni pfati cõmunis transfert, de qualibet lib. Luc. solidos 10. Lucen. Et omnes res immobiles, quæ possidentur, & possidebunt in posterũ per suppositos iurisdictioni cõmunis Lucani, quas in futurũ in nõ suppositos alienari cõtingeret sine solutione pdictorũ solidorũ 10. Lucen. p qualibet lib. ipso iure ex nũc, prout ex tũc cadãt, & ceciditle inteligãtur in ius, & dñium cõis Lucani. Et si qs huic statuto mõ aliquo, vel ingenio fraudẽ fecerit, maximè de persona ad personã, condemnetur in verã rei æstimationẽ, & nihilominus soluat vt supra. Notarij, qui scienter instrumentũ tradent, vel scribent aliquẽ contractũ, per quẽ contra pdicta, vel in fraudẽ pdictorum aliquo modo aliqd fieret puniantur in lib. 10. Lucen. & contractus ipso iure sit nullus. Et si cõtingeret personã, quæ nõ sit de iurisdictione d. cõmunis Lucani, possidere ammodo rẽ, q̃ fuerit alicuius suppositi iurisdictioni memorati cõmunis, p plena pbatione habeatur contra hanc ordinationẽ, & statutũ, ac si in eius fraudẽ alienatio facta sit. Et prãs Lucæ, qui nunc est, & pro tempore fuerit, teneatur, & debeat de prędictis, & quolibet eorũ, cum ad eius notitiam peruenerit, inquirere, cognoscere,

& condemnare: in quibus, & quolibet eorum, si negligens fuerit, pœnam librarum quingentarum Luc. incurrant. Et hoc statutum sit derogatorium omnium statutorum, prouisionum, & reformationũ, etiam si in eis essent verba, de quib. oporteret spãlem fieri mentionem. Quib. omnibus, & singulis inquantum ꝓmissis obuiarent, vel aliter disponerent, sit penitus derogatum. Quidam Lucanus reliquit in testõ certas possessiones quibusdam non subiectis. Item de alijs bonis iussit fieri, & dotari duas capellas & ꝓsupponitur statutum, vt supra, quo cauetur, ꝙ quilibet ciuitatis, & districtus Lucæ, qui in aliquem non subditũ iurisdictioni cõmunis Lucæ aliquã rem immobilẽ quo quomodo alienare voluerit, soluat de vera æstimatione rei, quã alienat, vel in alium non suppositũ iurisdictioni ꝓfati cõmunis transfert, de qualibet libra solidos 10. & si alienare contigerit sine solutione, ipso iure cadant, & cecidisse intelligantur in ius, & dominium cõmunis Lucani, & cõtractus sit ipso iure nullus. Quæritur, qd iuris, & vtrũ cõmune possit sua authoritate possessionẽ apprehendere ꝑscriptione tẽporis non obstante. Et ad
1 euidentiam est cõsiderandũ. Primò, vtrũ nomine † alienationis contineatur vltima voluntas. Et vr indubitanter, ꝙ sic: quia alienatio est omnis actus, per quẽ dominiũ transfertur, vt l. 1. C. de fundo dorali. Sed certũ est, ꝙ per vltimã voluntatẽ transfertur dominium: vt l. 1. & 2. C. cõmunia de lega. Prætere a ista ꝓhibitio est generalis: vt C. de sec. nup. l. hac edictali. & l. si qs prioris. §. centũ. ibi dum dicit, videbitur rerũ alienatio, quæ in testõ: ergo statutũ vendicat sibi locũ: qa verba statutorũ seruãda sunt, prout iacent, vt ff. de exerci. l. 1. §. si is, qui nauẽ. & ibi notatur. In contrarium vr; qa aut dicemus, ꝙ alienauerit testator, & istud non vr verum: qa viuo testatore non cedit dies legati: vt C. de cad. toll. l. vnica. §. & cum triplici. Item legatarius nõ potest acceptare nisi testatore mortuo. Item & eo mortuo, si repudiat legatũ, non dicitur alienatũ. ff. si cer. pet. l. proinde. Aut dicerem, ꝙ alienauerit hæres, & istud non vr verum: qa cum textus statuti dicat, cum alienare voluerit: certè hæres non voluntariè alienat sed ex necessitate: vt ff. de le. 2. l. vnum ex familia. in princ. Præterea absurdũ videtur, ꝙ dictum statutũ intelligatur in vltima voluntate, quæ debet esse libera quo ad testatorem. vt C. de sacrosc. eccl. l. 1. & gratuita quo ad legatarium: vl l. hæredem. ff. manda. Sol. verba statuti vñr determinare hanc quæstionem, videlicet, ꝙ dictum statutũ non habeat locum nisi in contractibus: qa verba statuti dicunt, & cõtractus sit ipso iure nullus: quæ clausula declarat totum statutũ. ff. de iurisd. om. iud. l. si idem cum eodẽ. §. fi. & extra de app. c. secundo requiris. C. de præd. cur. l. fi. lib. 10. & ꝓbatur loc. tali ratione. Nam licèt principium legis sit generale, seu indefinitũ: qa dicit, quoquo modo: tamen post genus sequitur species restrictiua: qa subdit, & contractus &c. vnde spẽs restringit genus, vt ff. de ver. sig. l. si cum fundũ. ff. de leg. 2. l. legatorũ. §. q plures. & verba gesserunt, & contraxerunt, nõ pertinent ad testamenta: vt ff. de ver. sig. l. verba gesserunt. de eo autẽ, ꝙ relinquitur capellis ciuitatis Lucanæ, est minus dubium, qa ecclesia hr loco filij. ff. de verb. obl. l. si ita quis. §. ealege. sed in prohibitione alienationis non includitur filius: vt l. 1. C. de impo. lucr. descrip. lib. 10. Item quia generali verbo non subditorũ non continetur libertas ecclesiarũ, nec videtur cõtra eam aliqd ordinatum: ꝑsertim, qa induceret peccatũ mortale. nam mortaliter peccat, qui in fraudem libertatis ecclesiæ aliqd statuit: vt c. non minus. & c. aduersus. extra de immu. eccl. & hæc dico, nisi per consuetudiné, & practicã dictum statutũ esset extensum etiam ad vltimas voluntates. nam prout practicatũ esset, ita dẽt seruari, saluoq; contra libertatẽ ecclesiæ: & tunc an ꝓscriptio curreret immunitati, & cuius tẽporis, recurrendum est ad distinctionẽ doctorum in l. vlt. C. de sacrosc. eccl. & ff. de diuer. & temp. præscr. l. inter quatuor. & l. in omnibus. & per Dy. in c. 2. de reg. iur. li. 6. nam si quidem non sunt incorporatæ in fiscum, sicut est hic, cum nõ fuerint in fiscum denunciatæ, requiruntur 20. anni à tẽpore, quo fuerunt per legẽ municipalẽ acquisitæ fisco, seu cõmunitati: sed si fuissent denunciatæ in fiscum per aliquẽ promotorẽ, prosecutus esset spacio quadriennij, & statutum non ob. qa cum de ꝓscriptione nihil disponat, relinquitur dispositioni iuris communis. Præterea est aduertendum, ꝙ dictum statutũ non irritat nisi contractus: & ideo nõ vltimas voluntates, quæ sunt fauorabiliores, vt ff. de reg. iur. l. in testamentis. Sed huic rationi repugnare videntur: quia de rebus confiscatis ipso facto non potest testm confirmari: qa exiuerunt de corpore hæreditatis, translatæ sunt in fiscum per prius, quã in legatarium. ꝙ esset verum, si istud statutũ esset interpretatũ in vltimis voluntatibus; & nõ esset ꝑscriptum, si tẽpora latgirentur. qualiter autẽ statutum fuerit practicatũ, & intelligi cõsuetum, mihi nõ constat: ideo super hoc articulo consulere non possum, nisi tanꝙ super dubitabili ꝓpositione, distinguendo vt supra, & sciens, ꝙ opi. Bart. est, ꝙ ꝓpter vectigal nõ solutum, ꝙ est simile nostro casui, in reb. nondũ incorporatis cõtra fiscum ꝑscribat quadriennio, vt ipse no. in d. l. in omnibus. cõputando à die, quo fiscus incepit agere posse. sed prior distinctio magis mihi placet: qa vectigal nõ pertinet ad res immobiles: sed mobiles, quæ facilius prescribuntur: & ꝙ dicitur; ꝙ res fisci nõ vsucapiuntur, verũ est in reb. incorporatis; in quib. cessat vsucapio via stricta sumpta: vt insti. de vsuca. §. res fisci & addo, ꝙ no. ff. de iure fisci. l. 1. §. an bona. Et ita dico, & consulo ego Bald.

CONSILIVM CCLIIII.

1 *Pontem in flumine facere an liceat in præiudicium habentium ius portizandi, & econtra: & quid in habente regalia à principe.*

Casus talis est, Serenissimus Princeps Romanorũ Rex erexit, & creauit dignitatem comitatus in Polentio cum eius finibus, & posse. Quę omnia voluit cõtineri sub ea dignitate: tunc ibidẽ inuestiens, ac in feudum cõcedens dictũ comitatũ Spectabili, & Mag. D. Ant. comiti Polentij cum omnibus regalibus ripaticis fluminis tanegri, alijsq; ripaticis dicti fluminis: vt suis euidenter colligitur imperialib. priuilegijs. Et cum dudũ ante, & post ipsa priuilegiata ipse dñs Ant. habuerit. & tenuerit portũ, & portizari fecerit in flumine tanegri tã ab vna parte, quã ab alia, tam per medium murtã, quã per medium iordam, & territorium eorundẽ castrorum, per quæ faciebant transitum gentes, plaustra, equi, & quæcunq, alia animalia cum mercantijs, & sic continue. Saluo, ꝙ quãdoq; ꝓp magnas inundationes, impetus fluminis frangebat ipsum portũ, conducendo illum ad loca inferiora, ꝑut moris est in talibus, & quãdoq; cessabat ꝓp guerras, & discrimina gentium illac transeuntium, nihilominus postea cõmoditate superueniente, & necessitate postulante reficiebatur, & ad statum pristinũ reducebatur. nuper autẽ cum idẽ dñs Ant. portum ipsum poni fecisset more solito, & per cõsequens palus positus, & fixus fuisset, & alia ingenia in talib. necessaria ab vtraque ripa fluminis, ecce aliqui homines Claraschi manu armata, & ꝓpria authoritate extirpauerunt palum in ripa fluminis vltra tanegrũ firmatum, à parte versus murrã. Quæritur
1 igitur, vtrum liceat ipsi D. Antonio † figi facere, vel firmare dictum palum, & firmatũ in ea ripa tenere liberè portũ: ibidem continue habendo absq; conditione cõmunis & hominũ Claraschi, & cõsulibus alterius personæ vigore ꝓdictorum cõsuetudinis, & priuilegiorũ: an vero non. & vt ꝓposita qstio clarius elucescat, arguitur negatiuè: & vr prima facie cõmuni, & hominibus Claraschi cõpetere ius ꝓhibendi portum, eo modo in eo flumine habere: cum flumen illud sit publicum, & nauigabile: ac licite occupauerit ipsum cõmune eius vectigalis exigendi: & transeuntes per suum portum super illo flumine portizandi in loco superiore illa ratione: qa exigit tanto tẽpore, cuius principij nõ est memoria. Et sic hr quasi iure cõstituti, seu priuilegij: vt extra de ver. sig. c. super quibusdã. §. ꝓterea. cum concordantijs ibi. quo fit, vt videantur habere ius ꝓhibendi, quasi occupantis melior debeat cõditio censeri: vt in simili dici consuevit de molendino inferiori, ꝙ potest in flumine publico ꝓhiberi à dño superioris molendini, qui licirè ꝑuenit, vt leg. & no. C. de seru. & aqua. l. si manifeste. de serui. rust. ꝓæd. l. Imperatores. & de eden. l. si qs ex argentarijs. §. si initium. & ne quid in flumine publ. l. 1. §. sunt qui putant. tursus & ob id vr contra ius facere: qa portus ille dr velle teneri, nõ in flumine dũtaxat, imo etiam appensus facto ædificio nouo in ripa fluminis, quæ est vltra tanegrum, & coher. ꝑdijs alieni territorij: cum riparum ꝓprietas eorũ est, quorum ꝑdijs adhærent: vsus vero publ. vt ff. de flum. l. 1. §. ripa. in l. pe. de rer. diuis. l. ripa. & insti. eo. ti. riparum quoq;. & ff. de acq. rer. do. l. pen. §. fi. sed illud certum est, ꝙ vsufructuarius, & vsuarius in prædio, cuius habet vsum, prohibens facere nouum ædificium: vt ff. de vsufr. l. nouum. & l. vsufructuarius.

ergo

ergo & c. arg. ff. de acq. re. do. l. qui in litore. & l. seq. Quinimo si quis ędificatum haberet in ripa aliena, nõ solum per iudicem veniret destruendum: sed etiam dñs possit propria authoritate illud destruere existens in possessione dictæ ripæ, arg. ff. ꝙ vi, aut clam. l. qui vitem. §. qui ad ianuam. & ad l. aquil. l. quẽadmodum. §. magistratus. & leg. & no. ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. meminisse. ergo ratione duplici vr ius portizandi, vt ꝓponitur, posse ꝓhibere per cõmune Claraschi. In contrarium vr, ꝙ per cõmune, & homines Claraschi ꝓhiberi non possit dominus Ant. portum, vt asseritur, habere in flumine tanegri. Nam inter regalia supremorum principum inter alia connumerantur non solum nauigabilia flumina, sed portus, & ripatica: vt in libro feudorum, ti. quæ sint rega. c. vnico. & sunt quandoq; in dominio eiusdẽ principis, vt inquit Bart. in libello suo alluuionum. in trac. de alueo. ꝙ patet, qa leges soli principi permittunt de his disponere: vt d. l. quominus. de flum. ff. de verb. obl. l. continuus. §. cum qs. de contrab. emp. & ven. l. Celsus. in prin. Igitur cum imperialib. priuilegijs collata sint omnia regalia dño Ant. in partibus illis, & ꝙ magis est, nominatim in dicto flumine tanegri, facta etiam mentione ripatici, constat ꝓculdubio facultatem portizandi sibi comperere iure ꝓprio: taq; nõ potest iure ꝓoccupationis ꝓhibere, vt ad literam legitur, & hr in d. l. Imperator. in literaibi nisi ꝓprio iure & c. & ibi gl. quæ exponit ꝓprio iure. s. concesso ab eo, qui ius dandi habuerit, vt principe, vel senatu, secundum ꝙ legitur, & hr in ꝑdicta l. quominus. de flum. & per hoc non ob. primũ motiuum: qm̃ loquitur, quando inferior vult admitti absq; principis concessione in damnũ superioris, qui iam dudum ꝓoccupauerat: quo casu in pari causa melior est conditio occupantis. Præterea tunc demum inferior ꝓhibetur per superiorẽ iure præoccupationis, quando aufert damnũ asserendo vsum superioris. secus quando minuit cõmodum fortassis: qa tot gentes non vadunt ad superius molendinum: vt d. l. 1. §. sunt qui putant. & plenè legitur & no. per Bart. in d. l. quominus. Improbè igitur cõmun: Claraschi conqueritur, ex quo pons eius nõ impeditur ex actu vectigalis, nec à transeuntib. ad suum portũ: sed dumtaxat commodum, & eius vtilitas minuitur. Et ex his etiam tollitur vltima allegatio, quæ ꝓcedit tantũmodo in eo, qui vtitur solo iure publico gentium, velut eo iure vsuarius tantum aliquid noui operis in ripa fluminis ędificaret, ꝙ non licet, ꝓpterea nõ condecens alterando formã loci. Sed secus in ꝓposita quæstione, vbi principis vice ripaticum dicti fluminis tanegri pertineret domino Ant. ꝓprio iure ex imperiali concessione: quasi princeps non videtur in alia ripa ædificare, qm̃ & facimus & c. vt C. de iure vet. enucl. l. 2. §. omnia. maxime quia fit ex causa. s. portus. ar. ff. de iurisd. om. iud. l. 2. Et ꝓpterea consuetudine cõmunis Claraschi vetustate tanto tẽpore continuata, cuius principij nõ est memoria, quæsitum est sibi ius portizandi in suo territorio tantum, & non vltra. Igitur etiam ex hoc capite frustra vendicat sibi ius ꝓhibendi in alio territorio comitatus Polentij præfati do. Antonij: quæritur quid iuris. Et breuiter ex allegatis pro secunda parte, quæ rectè concludunt, & in oppositum allegata tollunt: dico, & consulo, do. Anto. comitem Polenti. habere ius portum habendi, & tenendi: vt ꝓponitur in flumine tanegri ab vtraq; parte: neq; posse ꝓhiberi per homines, & cõmune Claraschi: ac in testimonium ꝓmissorum, Ego Christophorus de Castelliono legum doctor me subscripsi, sigillumq; meum imprimi iussi.

CONSILIVM CCLV.

1 *Vsurarius condito testamento cum debita cautione iterum vsuras exercuit, tale testamentum non valet ettam ad pias causas. & nu. 7. & 8.*

2 *Vsurarij qui videantur hæretici, & qui non.*

3 *Testa. vsurarij manifesti non valet non præstita cautione: secus si sit occultus, quod sit possit de prauitate vsuraria conuinci.*

4 *Si vsurarius publicè exercuit vsuras cum P. cum Ioan. autem occulte, & postea restituit vsuras. Ioan. vero non: eius testamen, non præstita cautione non valet.*

5 *Occulta qualitas famosi ex aliis furtis nata reliqua furta aggrauat.*

6 *Vsurarius manifestus, qui solenniter cauit, & testatus est, si post recognalescentiam vsuras sibi promissas, & sponte datas recepit, testamentum eius rumpitur.*

9 *Si pater iure institu. relinquat filio 5. & filie alia 5. hæredẽ vniuersali instituto quadã hospitali: & dicta 5. filia relicta, instit deuenire ad quandam societatem Virginis Mariæ: an si mortuo testatore hospitale repudiet, & filius, vel filia aduenerint ab intestato, si filia moriatur, an dicta 5. debeantur societati Virginis Mariæ.*

1 In Christi nomine. † Quidam fœneratór volens condere testamentum fecit cautionem, demum fecit testamentum, tandem exercuit vsuras, & decessit testamento nõ mutato. quæritur, an ex tali testamento possit succedi, vel legata deberi, vel petisaltem ad pias causas, nec ne. Et hic aliqua tractabo de testamento vsurariorum, & soluam ꝓpositas quæstiones. Sciendum est
2 autẽ, ꝙ quidam sunt † vsurarij hæretici, vt illi, qui fœnus exercent credendo, ꝙ fœnerari non sit peccatum: qa enim nõ credunt legi euãgelicæ, hæretici sunt: vt in c. 1. §. fanè. extra de vsur. in cle. & horum testamenta non valent: qa sunt excõmunicati à canone tanꝙ hæretici: vt C. de hæret. auth. cedentes. Quidam sunt vsurarij, non tamen hæretici: qa credunt euangelio, ꝙ fœnerari sit peccatum: tamen ducti auaritiæ cæcitate fœnus exercent, & tunc aut sunt vsurarij manifesti, aut occulti: si quidem
3 sunt manifesti: & † horum testamenta non valent, nisi solenniter caueant. c. quanquã. §. nullus. extra de vsur lib. 6. si verò sunt occulti, in quod vix de vsuraria prauitate possint conuinci, eorum testamenta valent: quia nullo iure ciuili, vel canonico testari prohibentur. ff. de prob. l. ab ea parte. & d. §. nullus.
4 à contrario sensu. † Sed hic dubitatur: pone, vsurarius exercuit vsuras publice cum Petro: cum Ioanne autem occulte: restituit vsuras Petro: Ioanni autem non restituit, neq, cauit: an valeat eius testamentum. & videtur, quod sic, quia satisfaciendo Petro desinit esse vsurarius manifestus: quia peccatum dimittitur, si ablatum restituitur: vt d. §. nullus. in verbo, satisfecerint. purgato enim vitio videtur ei testandi habilitas restitui. C. de nup. l. imperialis. & solutione eius, quod debetur, infamia aboletur. ff. de procura. l. si reus paratus. Contrarium dico, nam iste nec plene satisfecit, nec cauit: nõ enim potest quis ex parte pœnitere: sed oportet, vt fiat mundus totus: quia salus indiuisibilis est, vnde tex. supposito quod sit vsurarius manifestus, exigit de vsuris caueri indefinite, id est, tam de manifestis, ibi dum dicit, de vsuris. Ista enim indefinita æquipollet vniuersali. ff. de pign. act. l. si necessarias. §. si annua. & est simile de ea, quæ publice quæstum fecerit: nam infamia est perennis: ff. de ritu nupt. l. palã. & de fure famoso, qui furca suspendatur;
5 etiam pp vnum furtum non famosum, sed occultum. † Qualitas enim famosi ex alijs furtis nata reliqua furta aggrauat. ff. de pœnis. l. capitalium. §. famosos & tanꝙ lepra inficit. Item dubi-
6 tatur, pone, ꝙ vsurarius † manifestus solenniter cauit, & testatus est: sed post testamentũ conualuit, & vsuras ante sibi promissas exegit, vel recepit à sponte soluente: an testamentum sit ruptum. Et vr, ꝙ non: qa istud contigit ex quadam cõsequentia prioris contractus. ff. de mino. l. 3. §. licio. Contrarium dico: quia non prodest ei cauisse, qui postea contra suam cautionẽ venit: non enim debet cõmodum consequi ex eo, ꝙ nixus extitit impugnare, vt in regula iuris, & ar. extra de vsu. c. qa frustra. ff. de mino. l. auxilium. in fin. C. de vsu. l. acceptam. §. fi. His præmissis
7 venio ad quæsitum, videlicet: vsurarius † post cautionẽ, & testamentũ iterato fœnus exercuit, an valeat suum testamentum: & si quidẽ fœnerauit postea publice, certum est non valere: qa dato, ꝙ prius non exercuisset vsuras, tamen nouissimo fœnore contracto fieret intestabilis. hoc tenet Paul. de Leaz. in c. 1. de vsu. in cle. cum autẽ in testatore requiratur, ꝙ de iure sit testabilis tempore testandi, & mortis: & iste tẽpore mortis est suo delicto intestabilis: ergo testamentũ non valet vt leg. & not. in l. 1. §. exigit. de leg. præstan. Si autẽ post testamentum fœnerauit occulte, & non publice, ista est quæstio egregij doctoris do. Federici de Se. in suo opere cons. 7. ꝙ incip. quæstio talis est, vsurarius &c. & determinat, ꝙ testamentum sit ruptum: qa vitium non apparet esse purgatum pp crimen quasi continuatum, ex quo etiam præsumitur pœnitentia, & econuerso simulata, arg. in c. accusatus. §. r. de hær. lib. 6. de sent. ex com. c. sacro. eo. ti. c. cos. lib. 6. Sic non dr curata infirmitas, quæ recidiuauit: vt no. ff. loc. l. maritus, nec dr plene diuertisse, quę redijt: vt ff. de diuor. l. 3. 1. respon. non enim se emendauit, qui iterũ delinquere non cessauit. C. de epis. aud. l. 3. in fi. indulgentia enim non datur, nisi correctis. C. de sent. passis. l. in quæstione testamenti. Præterea habilitas testandi restituitur in vim cautionis, quę dẽt esse integralis, & plena non ex parte, sed quo ad futura. ista cautio nedũ est plena, sed nulla. ff. de ver. ob. l. cũ stipulamur. & l. si à colono. & si expresse loqueret de vsuris futuris restituẽdis esset

inuali

inualida, & inepta. v.g. promitto soluere extortas, & extorquendas. nam apparet, ꝙ non habeo animū rectum, nec pœnitentem: & ideo talis cautio non sufficeret ad habilitatē testandi, ar. ff. de le. i. l. seruo alieno ita. §. ineptas. quāuis ergo de per se nō inualidet testamentū occultum vitium vsurarium: tamen ex adiuncto vitio publico, velo quodam ꝓpter cautionem velato: nunc autē discooperto per actum contrarium: Dicendum
8 est, testamentū † non valere, etiam ad pias causas: qa persona inhabilis ad pias causas testari non potest: vt no. in l. i. C. de sacrosancc. eccl. ꝓsertim quando inhabilitas ꝓcedit de iure canonico: & sic patet solutio quæstionū propositarum ꝙ non valet hæredis institutio, vel legata ad pias causas. † Subsequenter quæritur. quidā Petrus filio relinquit iure institutionis 5. & filiæ alia 5. & instituit hæredem, quoddam hospitale, & 5. relicta filiæ post mortem filiæ iussit deuenire ad societatē Virginis Mariæ: mortuo testatore hospitale repudiauit hæreditatem. filius
9 vero, vel filia eam ab intestato adiuerūt: deinde mortua est filia, quæritur, vtrū dicta societas debeat habere dicta 5. & videtur, ꝙ non. C. de fideic. l. eam, quam. & l. si nemo. de reg. iur. In contrarium videtur, nam si in testō est clausula codicillaris, debētur iure codicillorum: si non est ibi clausula codicillaris, debentur ex edicto, si qs omissa causa testamenti: qa cum possent filius & filia adire ex testō per ius accrescendi: vt notant doct. in auth. nouissi. de inof. test. maluerunt ab intestato succedere. Præterea fauore piæ causæ, vbi nō desideratur aditio hæreditatis: vt tangit in d. l. eam, quā. in gl. Sed hic posset responderi, ꝙ corpus societatis est ꝓfanum, non pium, cum sit collegium laicorum. Solutio, si testator erat habilis ad testandum, dico illa 5. deberi: alias non. Et ita soluo hanc quæstionē: oportet tamen prius debita testatoris soluiri vt C. de leg. l. si vniuersæ. legitima etiam debet esse salua hæredibus istius filiæ, si bona deducto ære alieno non sufficerent ob integram præstationem istarum quinque. Ego Baldus.

CASVS.

Quæritur à vestra immensa scientia, quod dignemini super instrumentis dubijs vestrū sanum cōsilium edere cum iuribus, & allegationib. facientib. ad illa. in primis: an tutor, cui à principio accepto tutelæ nō fuit per iudicē salarium constitutū: nec per tutorē petitur constitui pro ipsa tutela gerenda, possit finita ipsa tutela petere salarium. & ꝓsupponitur, ꝙ hic tutor erat patruus pupillorū. secundo ꝓsupponitur, ꝙ pater pupillorum tempore suę vitę fuit vsq; ad tēpus mortis mercator pannorum coloratorū, & fundicū. & stationē tenuit, & cōtraxit alias mercationes: modo tutor ꝓdictus frater dicti mercatoris cōficit inuentarium, in quo pupillorū bona descripsit: & inter alias postas, quæ in dicto inuentario apparent, sunt ista, videlicet. Item quatuor saccos de frumēto. Item vnū saccum canabatij, in quo erant sex linteamina à familia. Itē triginta saccos lini hic. Item vnum sacchetū lanæ. Modo pro parte pupillorū dicitur, ꝙ supradicti triginta sacchi lini debēt intelligi, ꝙ erant pleni lino sentētialiter: ꝙ sacchetus vnus lanæ supra nominatus erat plenus lana: & pro parte tutoris, & hæredū suorum dī. ꝙ debet intelligi, ꝙ dicti triginta sacchi erant cōpositi de materia lini, & nō pleni: & similiter dicunt de sacchetto lanæ. tertiò q̄ritur pro parte pupillorū, cum ipsi habitauerint cum eorū tutore spacio temporis, videlicet vnus 25. annorū: & alter pupillus 22. annorum, & famulabantur eidem tutori eorum patruo ad aptandos equos, & alia multa seruitia in domo: & associando ipsum tam pedester, quā equester, & tam in ciuitate, quā extra, an possint petere pro eorum mercede pro dictis operib. sic impensis saltim à decimoquarto anno citra aliquid, & quid ab hæredibus dicti tutoris.

CONSILIVM CCLVI.

1 *Tutor patruus non potest petere salarium pro obsequijs præstitis pupillis, nec econtra, & nu. 5.*
2 *Saccus quid sit, & quot modis sumatur.*
3 *Veges imi quando ꝙ ponitur, vt comprehendat sinum: quando ꝙ pro simplici mensura.*
4 *Tessera quid sit.*

In Christi nomine.

Super primo puncto dicendum est, ꝙ † salarium petere non potest, vt leg. & no. ff. de admi. tut. l. tutoribus. §. pe. tamen cum ꝓficiscitur pro negotijs pupilli, debetur expensis pupilli. ff. mand. l. idem q;. §. idem Labeo. & ibi no. Su-
2 per secundo puncto dicendum est, quod † saccus quandoq; ponitur pro materia, quandoq; pro contento. ff. de furt. l. qui saccum. ff. depositi. l. i. §. si pecuniam in sacculo. ff. de vsufr. l. adhuc. §. i. in verbo, in saccolo. ff. de contrah. empt. l. qui fundū. §. fundi. in verbo, ex facto saccularij. & de sacculo, & perā no. ff. quæ
3 in frau. cred. l. fi. in. fi. Similiter videō, ꝙ † veges vini quandoq; ponitur, vt cōprehendat vinum: quandoq; pro simplici mensura. ff. de vino leg. l. 2. si centum amphoræ. ff. de contrah. emp.
4 l. cōprehensum. & l. q. sæpe. §. in his. † Similiter de tessera frumenti. ff. de iudi. l. sed & si fuscepering. §. liberris. ff. de leg. 2. l. Titia Seio tesserā. quo ergo intelligitur saccus lini. Respondeo, contra tutorē interpretabor: qa obscurè fecit inuentarium, & stabitur iuro aduersarij. l. tutor, qui repertorium. in princ. ff. de admi. tut. & qa cōmunis vsus loquendi est in hoc sensu, vt ff. de vino lega. l. si cui vero, §. sed qa credibile. & q̄ ex qualitate per-
5 sonæ. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. mensæ. † Super tertia quæstione dicendū est nil peti posse nomine salarij: qa inter tales personas obsequia debent esse gratuita, facit. ff. manda. l. salarium. & l. i. in fi. de varijs, & extraord. cog. Et ita dico, & consulo ego Bal.

CONSILIVM CCLVII.

1 *Pater non potest cogi soluere de bonis suis legitimam pro condemnatione filij.*
2 *Filius grauente patre non habet legitimam.*
3 *Filio condemnato an possit filius petere datem matris, in qua pater habet vsumfructum.*

In Christi nomine.

Quæritur, vtrum filio-
1 fa. de † homicidio condemnato fiscus possit à patre petere legitimā filij, & veritas est, ꝙ non: qa viuente patre filius nullam habet legitimā, vt no. in auth. de hær. & fal. §. si qs autem non implens. in gl. ord. & plenè per Cy. & Gul. & alios in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui, vel
2 alie. iu. † Iste enim filius censetur mortuus viuo patre, & ideo
3 nullam legitimā habet. l. i. in fi. ff. de contratab. † Quid in dote matris præmortuæ? dico, ꝙ pater habet vsumfructum, donec viuit, & ideo in præiudicium vsusfructus paterni fiscus non potest occupare. ff. ꝙ quisq; iur. l. 3. §. si filius. Ego Baldus.

De successionibus ab intestato. Capitulum 46.

CASVS.

Item statuimus, & ordinamus, quod si quis ab intestato decesserit, si quidē pater, mater, auus, auia, proauus, proauia, vel alij ascendentes, succedant tali descendenti masculi descēdentes ex eo per lineam masculinā. fœminæ vero descendentes, si sunt dotatæ superstitibus masculis descendentib. ex tali ascendenti ab intestato per lineam masculinā, vel aliqua ipsorum in aliquo non succedant. si vero dotatæ non existant, dotentur de bonis, de cuius hęreditate agitur arbitrio duorū magis idoneorum consanguineorū: aut succedant in portione hæreditatis sibi de iure cōpetentis: & hoc sit in electione dictorū masculorum superstitū. si vero supersunt tantū fœminæ descendentes, vel masculi descendentes ex fœminis, vel vna simul succedant omnes dotatæ, & non dotatæ, & filij, vel nepotes earum secundum formā iuris: dum tamen dotes conferantur earū, vel illārum, in quarū loco succedant, si ex eo fuerit filius, vel filia, nepos. vel neptis, pronepos vel proneptis, vel alia persona descendens, qui, vel quæ decesserit ab intestato, & qui, vel quæ nō habuerunt descendentes, succedant ascendentes per lineam masculinā vna cum fratrib. defuncti, vel filijs fratrū masculis, si supersunt, sororib. exclusis. si vero fuerit frater, vel soror, qui, vel quæ decesserit ab intestato non superuiuentibus descendentibus, vel ascendentib. valentib. succedere, vt si succedunt fratres masculi, & filij masculi fratrū vtrinq; coniuncti, si sunt, & si non sunt, succedant fratres masculi consanguinei, & filij masculi dictorum fratrum consanguineorū tantum: & si non supersunt, succedunt patrui, filij masculi patruorū exclusis sororibus, & matre, & auo materno, & auia paterna, & omnib. alijs attinentibus. si tali decedenti non supersunt descendentes, vel ascendentes, vel collaterales ꝓdicti, vt dictum est, succedant alij attinentes secundum formā iuris cōmunis declarantes, ꝙ quo ad prædicta fœmina intelligatur dotata, siue dos fuerit pro ea soluta, vel promissa, vel eidem in testō, vel alias legitima voluntate assignata ab aliquo prædictorum. Quidam ab intestato decessit superstitibus sibi matre, fratribus vterinis, amita, vel patruo

patruo eius magno. quęritur, quis prædictorum succedat vigore dicti statuti.

CONSILIVM CCLVIII.

1 *Patrui appellatione quis contineatur, & quid si sit additum, magnus.*
2 *Patruus an excludat matrem.*
3 *Quando est dubium de intellectu l. vel hominis, in dubio sententiandum est pro matre.*

In Christi nomine.

Appellatione † patrui
1 simpliciter continetur ille patruus, qui est prior, & potiōr patruus in successione: cum autē additur magnus, est quædam dīa: ꝙ autē sine dīa dicitur, non debet cum dīa intelligi. cum igitur text. dicat, patruus est frater patris: vt instit. de gradib. §. patruus. ergo non includitur
2 patruus magnus. † secundū hoc ergo patruus magnus nō excludit matrē: & per cōsequens multo minus filius patrui magni: qa à quo remouetur prius, remouetur posterius, vt C. de hatu. libe. l. fi. nam si hoc vocabulū extendimus, ergo ꝓpatruus excludet matrē, amplius & eorum filij: quo nil absurdius. cum enim syllaba accedit dictioni, alterat significationē eius, & ꝙ simpliciter dicitur, nō videtur dici de eo, ꝙ est alteratū, cōmutatum, vel transfusum. ff. de lega. 3. l. hoc legatū. & l. seruus legatus. §. si ex officio. itē debemus extendere successionē matris, non restringere, iuxta no. insti. de succ. agn. §. fi. & insti. de bon. posl. §. adhuc. etiam racitus intellectus nō admittitur contra matrē, vt
3 C. de impu. & alijs. l. precibus. vnde quando † est dubium de intellectu legis, vel hominis, in dubio sententiandū est pro matre: licèt statutū dicat patrui. non intelligitur multiplicare gradus, sed personas. nam potest qs habere multos patruos, vnde est indefinita numeri, non graduum, ꝙ quanto magis ex transuerso ascendunt, tanto magis elongātur à linea, & minus attinent, & debilitatur virtus successionis: qa magis distantium remotior est effectus, & in lege, & in natura: vt in auth. de sanctō. In contrarium videtur, ꝙ intentio statuti sit latior, & nō strictior, nam si comprehendit filium patrui, qui est in gradu quarto, ergo nomine patrui intellexit vsq; ad quartū gradū secundum ius ciuile, ꝓp identitatē gradus: ꝓp identitatē rationis, ꝓp indefinitatē locutionis, & ꝓp pluralitatē sermonis: qa dicit patrui. ff. de leg. prætan. l. i. §. generaliter. ff. de testa. mil. l. in fraudē. §. fin. Solutio. patruus in vulgari dr̄zius, ex parte patris, vt in auth. de hær. ab intes. §. per consequens. & ideo si secundū vulgarem loquutionem illius loci huiusmodi patrui magni vocantur zij, ex latere patris, excludit matrē: qa sensus statuti est sensus ciuium, & cōmunis intellectus, quē sequi debemus: alias nō extendam. ff. sol. mat. l. si vero. §. de vito. & hoc etiam patet per statutū ibi, & prædicto prędecedenti &c. taxatæ enim sunt personæ excludentes matrē, & quasi nominatæ. si igitur apparet, & de vulgari accepto limitare secundū vulgare: nec dē statutum extendi, sed declarari, si hoc nō apparet, tunc ad ius ciuile recurrendum est. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLIX.

1 *Ex debito defuncti, vt hæres patiatur missionem in possessionem, & quot requirantur.*
2 *Quæ, & quot requirantur in interpositione secundi decreti.*

In Christi nomine.

Viso dicto puncto, & inspectis actis, & acti-
1 tatis veteribus, & nouis: in primis sciendum est, ꝙ † ex debito defuncti hæres necessario patitur constito de debito, & constito ꝙ sit hæres, & constito de eius contumacia, primū decretū, cōstans primo, ꝙ est debitū à defuncto contractū, nam ex persona defuncti hæres ius meritur. C. de hæreditarijs act. l. pro hæredi. ff. de ver. obl. l. 2. §. ex his. ff. quibus ex cau. in poss. eatur. l. apud Iul. & in auth. de exhib. reis. §. si vero etiam quidam. Secundum principale dico, ꝙ est, ꝙ ille, qui conuenitur, sit hęres, nam si non est hæres, non patitur missionē, præsertim in bonis proprijs ipsius hæredis, vt C. de transac. l. nec intentio, & no. ff. sol. mat. l. si cum dotē. §. transgrediamur. tamen si citatus tanq̄ hæres non respondet, patitur ex contumacia ista primū decretum. Hinc est, ꝙ etiam hic pupillus, qui non defenditur, patitur primū decretum, & absens causa reipublicæ, d. l. apud Iulia. & C. de restitu. mil. l. ignorare. & l. si finita. §. si forte. de dam. infe. & dicitur non cōparere etiam ille, qui legitimè non cōparet: qa bonus vir non reputat cōparuisse eum, qui vitiosè cōparuit, vt not. in l. 2. quib. ex caus. in poss. eat. per Bart. sufficitq; in isto primo decreto debitum allegari, & per iuramentum calumniæ probari: quia parum generat præiudicium, & per cōparitionem cum refect. expensarū, & satisfactione reducitur quodam modo ad quandā cōminationem, & debet reuocati. C. de bon. autho. iud. poss. auth. ei, qui iurat. Tertium principale est, ꝙ iudex sit certus de contumacia vera, vel præsumpta, de quo debet certificari per acta causæ. est enim hoc de substantia ordinis, & ꝓcessus. ff. quib. ex cau. in pos. ea. l. hæc autē, §. i. ff. iud. sol.
2 l. 3. in fi. C. de iud. l. ꝓperandum. §. fin autē reus. ad † secundū autem decretū requiritur, ꝙ iudex non solum sit informatus de debito per iuramētum agentis, sed ꝙ de substantia debiti constet sibi facta, & de hoc certa fide: qa tractatur de pleno præiudicio, & de re insolutū danda pro mensura debiti: vt in legib. allegatis. nam q; oportet ei constare, ꝙ res, quæ datur in solutum, sit debitoris, si per debitorē possidetur, vt C. ne vxor pro mar. l. ob maritorum. C. de priuil. fisci. l. etiam. de re iud. l. à diuo. §. si super. & ff. de noxa. l. generaliter. ff. de acq. posse. l. Pomponius. §. si iussu. & indubitanter si esset hic probata hæreditatis aditio, omnia contra hæredem essent solenniter acta: quia processus iste habet originem super ea, not. tamen dubium est, quia non constat de aditione hæreditatis Nerij, in cuius persona cantat debitum. dubium ergo stat in hoc, vtrum si re vera est hæres: tamen iudici hoc non liquebat, nisi per locum à cōmuniter accidentibus: qa cōmuniter accidit, ꝙ fratre defuncto sine liberis alter frater omnia possidet, & sic pro hærede se gerit, vt ff. de acq. hære. l. duo fratres, an teneat secundum decretū, an vero si nullum ipso iure: qa non constat, ꝙ obligatio etiam conueti sit per successionē derivata, nec ꝙ ipse sit debitor. ille enim qui negat se hæredē, non cogitur pati hæreditarias actiones. ff. de inrerrog. actio. l. i. & dicendū est, ꝙ secundum decretū, tunc est nullum, quando est obreptū prętori allegata falsa causa: non quando est vera causa. ff. de fideicōm. liber. l. cum vero. §. subuenitur. l. i. §. hæc vero. ne vis fiat ei. si non est allegatum, ꝙ est hęres: & non est tunc obreptum ꝓtori: qa non dicitur obreptum sed indiscussum: qa sententia cum veritate concordat: licèt iudiciorum vigor probationem desideret. C. de edendo. l. qui accusare. sed hoc esset longum discurrere, & ideo ad alia transeo, & certum est quod per secundum decretum facta executione, facti tamen fit positio. ff. de acquiren. possess. l. qui vniuersas. §. item cum prætor. in qua tuendus est missus, donec iudex reuocet. & l. si quis missum. ne vis fiat ei. & ff. si mulier ventris nomine. l. i. §. 1. nec licet contumaci sua authoritate resistere ꝓtori, sed compareat coram eo, & causas, quibus strangulatur, nominatim exponat, vt l. i. C. de prædijs curia. libro 10. & idem est in eo, qui à reo causam prætendit, vt d. §. fin autem reus, & ideo quo ad probandum possessionem sufficit probare missionē ex secundo decreto. & est not. quod licèt secundum decretū non teneat: tamen dicta domina, licèt refutauit, & cum sit in præiudicium eius, & suorum successorum, standum est pacto. ff. de iureiur. l. sed & si possessori. §. i. & legitur, & not. in l. 2. C. cōm. vtriusq; iud. ex quibus concluditur missum iuxta formā suæ petitionis, esse in possessione reponendū amoto quolibet illicito detentore: quāuis dicta do. haberet titulū etiam per plures manus ambulantem, vt d. l. si quis iussum. Et ita dico ego Baldus.

CONSILIVM CCLX.

1 *Laicus condemnatus per episcopum, an possit iterum conueniri coram iudice seculari, vel an obstet exceptio rei iudicatæ.*
2 *Iudex secularis an teneatur stare in criminalibus processibus iudicis ecclesiastici.*
Adde in sexta parte cons. incip. in prædictis duo sunt considerandā.

In Christi nomine.

Facta per episcopum
1 inquisitio contra laicum de coniunctione cuiusdā monialis, qui laicus cōparuit, & negauit maleficium: & qa non fuit ꝓbatum, iste laicus fuit absolutus diffinitiuè per episcopū. † quæritur, vtrū iudex secularis possit de nouo procedere contra eum, inuentū culpabilem punire: an vero obstet exceptio rei iudicatæ. & videtur, ꝙ obstet exceptio rei iudicatæ, primo per text. & gl. ord. in c. vlt. de excep. li. 6. secundo per rationem: qa non debet de dicto eiusdem hominis sæpius quæri. l. licèt. §. possumus. ff. nau. cau. sta. ex diuersis legibus: vt ff. de accus. l. senatus censuit. & not. per Inn. extra de coll. c. fi. de æta. & qual. c. accepimus. de ele. c. cum dilectus. itē episcopus maior est, quā potestas. vt no. ff. de postul. l. ex eā cri-

ea. ergo inferior iudex non potest prontinciare contrarium eius, quod ꝓnunciauit superior. ff. de minor. l. minor autem magistratus. item sententia episcopi non debet ludibilis esse. ff. de iudi. l. si ꝓtor. & no. in c. si sæpius. de in integ. rest. ff. de post. in l. si. itē in sacrilegio episcopus habet iurisdictionē principalem, vt extra de foro comp. c. cum sit generale. item laicus nō potest cognoscere de dicta monacha, cū sit spiritualis, extra de ordi. cogni. c. tuam. sed debet redire ad episcopū: sed episcopus non debet amodo interponere partes suas: quia iam absoluit, igitur ꝓclusa via est iudicij secularis, vt in auth. vt clerici apud prop. episcopos. in fin. C. vbi sena. vel cla. l. quoties. no. ff. de reg. iur. l. nemo, §. qui condemnare. sed si esset condēnatus ab episcopo, & satisfeciſſet, non posset vlterius inquiri, licèt diuetsa esset pœna fori temporalis, & ecclesiastici: quia cum quælibet pœna tendat ad vindictam, sufficit vnam pœnam exactam esse, vt ff. de iniur. l. ꝙ senatus. & absolutoria æquiparatur condemnatoriæ facta solutione. ff. de excep. rei iud. l. si quis cum totum. §. planè. & not. ff. ad legem Aquil. l. ex morte. & ff. de iure patr. l. diuus Vespasianus. in fine. In contrarium videtur: ꝙ episcopus non potest auferre iudici seculari suam iurisdictionē, nec ei mandare, ne suo iure vtatur: vt not. Inn. in c. dilecto. de sent. excōm. & idem in omnibus iudicib. ff. de accusa. l. si cui. §. cum sacrilegium. & not. per Archid. 11. q. 1. c. de persona. præterea est expressum, quod cognitio istius criminis non potest per solum episcopum auferri iudici seculari, in auth. de mand. princi. §. si
2 vero canonicum. col. 3. & † alibi est expressum, ꝙ in casibus criminalibus iudex secularis non tenetur stare processui iudicis ecclesiastici: sed ipse per se debet examinare crimen, in auth. de sanctiſ. episc. §. si vero crimen. collat. 8. de hoc pet Gul. ff. de iurisdi. omn. iudi. l. magistratibus. item cōstitutio episcopi non arctat iudicem secularē, vt no. in c. dispendiosam. de iudi. in clemen. ergo nec sententia eius: cum omnis sententia à iurisdictione pendeat, ad hoc optimè facit, ꝙ not. Bart. in l. diuus. ff. de custo. reorum. & ibi ad literam quæstionē determinat, licèt exemplum, ꝙ ibi posuerat de hæresi, reprobet: quia illud crimen soli ecclesiæ reseruatum est iudicandum: ꝙ est contra fidem catholicā, & pertiner dum taxat ad forum ecclesiæ. vnde quodcunq; ecclesia ligat, ligatum est: & quencunq; absoluit, absolutus est. & idem in omnib. ad solum forum ecclesiæ spectantibus no. 11. q. 1. in summa. dico igitur, ꝙ episcopus absoluendo delinquentē secularem fisco imperij, vel ciuitatis ꝓiudicare, & impedire nō potest: & per consequens nec impedire processum criminalē iudicis secularis. nam quilibet in suo foro maior est, vt no. ff. de manu. l. apud eū. de iure ciuili ista est veritas: sed de iure can. satis videtur ꝓbabiliter dici, ꝙ de delicto commisso in clericum, vel monachū episcopus possit cognoscere, & plenè absoluere, per d. c. vlt. de excep. lib. 6. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXI.

Lex noua de cogendis debitoribus. Rubrica.

In Nomine Domini.

vt creditores sibi debitum faciliter consequantur, presenti statuto, quod appellari volumus legem nouam, in perpetuum valituram firmamus, ꝙ si de debito apparuerit publicum instrumentū, iudex præcipiat, vel ꝑcipi faciat per baiulum debitori dictum, ꝙ debitum soluat infra tertiam diem sub pœna 30. librarum, ꝙ si non soluerit, ex tunc ipse debitor cogatur realiter, & personaliter ad voluntatē creditoris ad debitum persoluendum; & ad nullam defensionē ex tunc admittatur, quo minus soluat, nisi solutionis, vel quietationis, vel termini prorogationis, quæ ꝓbentur tantū per publicum instrumentū, vel instrumentum debiti cancellatū &c. volumus tamen, ꝙ prædictus modus procedendi, vel exequendi nō habeat locum pro non subiectis cōmunis Eugubij contra subiectos eiusdem cōmunis. Cionus Francisci ciuis Eugubij promisit restituere monasterio S. Claræ Eugubien. diœcesis florenos 30. quos ab ipsis monialibus confessus fuit habuisse, & recepisse in depositum submittens se dictus Cionus pro ꝑdictis attendendis, & obseruandis coactioni reali, & personali, ac censuræ cuiuscunq; statuti, & legis municipalis cuiuscunq; loci, ex quibus facilior, & expeditior exactio ꝑdictorū fieri posset, & quæ magis fauorabilia dicto creditori existant: & renunciauit omni exceptioni sibi competenti, & iurauit prædicta seruare, & non contrauenire & c. modo syndicus dicti monasterij petit execūtionem dicti instrumenti sibi fieri secundum formā dicti statuti legis nouæ: asserens dictum statutum etiam sibi magis fauorabile, quod ex eo expeditior sit executio. nunc quæritur, nunquid in dicto instrumento dispositio dicti statuti vendicet sibi locum.

CONSILIVM CCLXII.

1 *Statutum licet non posſit tollere eccle. ius, quod habent de iure communi vel per pacta, posset tamen disponere, quod beneficium statuti non prosit ecclesiis.*

2 *Pacto fieri non potest, quod contra actus habeat executionem paratam.*

In Christi nomine.

† Licèt statutum non possit tollere ecclesijs ius suum, ꝙ habent de iure cōmuni, vel per pacta: tamen bene posset sic disponere, ꝙ beneficia statuti nō prosint ecclesijs, vel clericis, vt notant doct. in auth. cassa. & ideo videtur, ꝙ cum ecclesia, & clerici non sint subiecti de iure, & absq; pœna, & præiudicio statuentium, ꝙ generaliter intelligi potest, generaliter intelligendū est, vt l. de precio. cum tota sua materia brocardica: ad hoc facit, ꝙ no. Iac. But. in auth. statuimus. C. de epis. & cler. in l. noua. nec etiam habet beneficium pacti ꝙ pactum refert se ad statutum, & debet secundum statutum intelligi. vnde submittens se statuto intelligitur se submittere in casu incluso in statuto, non in alio casu. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. testamen-
2 to. & ita dico ego Bal. Quod † contractus habeat executionem paratam istud non potest fieri per pactum, quia non potest renunciari ordini iudiciorū, vt in auth. offeratur. C. de litis contest. & in c. de causis. de offi. del. & in c. 1. de libel. obl. oportet ergo, ꝙ fiat per legem, lex autem, cuius prouidentia est limitata, suos terminos non transcendit. Ego Baldus.

CONSILIVM CCLXIII.

1 *Confessio testatoris præcipientis vsuras restitui, an probet, & an ex ea iudicetur vsurarius, & an iudex possit compellere hæredem, quod restituat, & an teneatur in foro conscientiæ.*

In Christi nomine.

Suadeo hæredi, quod agnoscat bonā fidem, & conscientiam non damnet, quam ego ipse seruarē, si factum tangeret me: sed an iudex fori iudicialis possit hoc hæredi præcipere, vel si cum cōmune agat condemnare, est magna quæstio, & sunt opiniones. Petr. dicit hæredem damnandū, etiam si testator reuocet. alij dicunt hęredē ita demum damnandum, si testator perseuerauit in ista voluntate: secus si eam reuocauit. modo videamus rationes pro, & contra. & pro opi. ꝓpter quam refert Cyn. C. de non num. pe. l. generaliter. in 12. q. faciunt ibi rationes. & primò facit ratio generalis iustitię, nam non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatū, vt in c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. Secundò facit ratio iuris ciuilis, nam ista confessio probationē inducit, vt ostendam, ergo &c. ꝙ autem inducat ꝓbationem, patet plurib. rationibus. prima vero est ista, non est minor fauor animæ, quā fauor liberationis: vt C. de sacros. eccl. l. sancimus. sed fauore liberationis confessio facta inter absentes valet, vt no. ff. de interro. act. l. 1. etiam si fiat in nuda voluntate, vt not. ff. de lib. leg. l. non solum. §. si liberationis verba. ad idem facit, ꝙ not. C. de pact. l. postquā liti. ergo multo fortius valet talis cōfessio fauore animæ. Præterea ista confessio tendit ad liberandum animam à peccato, ergo standum tali confessioni. Præterea testator confitetur aliquid esse, etiam licitè apud se, ergo illud est hæredi extorquendum tanquā turpe lucrum. ff. de calum. in l. in hæredē. Præterea, quando quis confitetur se deliquisse, ex tali confessione ꝓbatur, siue inducit indicium. ff. de ædil. edi. l. quæro. §. fi. ex quo cum alijs adminiculis potest saltē aduersario deferri juramētum in defectum probationum: vt ff. de iureiur. l. si duo patroni. in princ. per Gul. sed non dubium in eo, qui confitetur se criminosum. Præterea ista cōfessio facta coram tot testibus, & tabellione probat eum esse vsurarium manifestum, vt in c. quanq̄. de vsuris, lib. 6. vnde legatum, ꝙ facit, non valet iure legati: sed valet tanq̄ quoddam mandatum post mortem collatum. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. Mœuius. seu vt donatio, imo verius restitutio post mortem collata, ꝙ etiam pet vsurarium manifestum fieri potest. Præterea, licet in cōtractibus inter absentes requiratur nuncius, vel epistola. ff. depositi. l. Publia. in fi. tamen in vltimis voluntatibus hoc non requiritur, vt ff. de leg. 2. l. cum pater. §. donatis. Præterea spi-

ea spirituale est in odium fœneratorum pro domestica scripturā facta absente parte, vt in c. 1. de vsu. in clem. præterea fiscus. & commune dicitur præsens vbiq;, vt not. C. de quadri. præscr. l. 1. Præterea licet pactum sit communis actus duorum, & ablenti fieri non possit, vt valeat iure pacti, vt ff. de pac. l. idem in duob. tamen confessio est solius cōtentis actus, & videtur fieri posse, etiam inter absentes, vt extra de succeſſ. ab intesta. c. cum dilectus. & ff. de neg. gest. l. Pomponius. & l. Nesennius Apollinaris. ff. de pollici. l. pactum. sic etiam testamentum. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. furdo. quibus rationibus videtur apertè concludi, ꝙ dicta confessio probationem inducat, & stādum sit omnimodo. In contrarium probatur pluribus fortissimis rationibus. & primò: quia confessio facta in testamento non probatur præcessisse contractum inter viuos, nisi sit iurata. ff. de leg. 3. l. cum quis decedens. §. codicillis. & in auth. de iureiur. à mor. præst. in rubro & nigro. sed ista confessio non fuit iurata, ergo non pro-
1 bat. † Secundò sic: si ista cōfessio probaret, non valeret legatū: quia creditori legari non potest, nisi aliquis auferret ei emolumentum. ff. de leg. 1. l. si creditori. sed istud est falsum: quia imo valet legatum. ff. de do. præleg. per totum. & C. de fal. ca. ad. leg. l. 1. & l. si non designata. & ff. de leg. 2. l. cum pater. §. fidei tuæ. Præterea lex expressa est, ꝙ ex tali confessione aperta causa non probatur. ff. de lib. le. l. Aurelio. §. fin. nec aliquis facit hic fauor animæ, cum nullus illam concessionem acceperit pro absente, vt no. C. de sacrosan. eccl. l. illud. non obstant arg. in contrarium facta: quia loquuntur, quando cōfessio emanauit per modum. in hac conclusione resident Bart. in d. §. codicillis. qa aut ista confessio probat debitum, & non valet legatum: aut non probat, & tunc valet legatum, sed lex dicit valere legatum: ergo non probatur debitum. ista opi. Bart. præsupponit, ꝙ per illam confessionem non probetur vsurarius manifestus, nam si probaretur manifestus vsurarius, ergo legatū nullum, sed Fed. de Se. in suis consi. sensit, ꝙ talis confessio certa faciat, & ꝓbet eum vsurariū manifestū, saltē de æquitate canonica, q̄ vbi de salute animarū agitur, de iuris ciuilis apicib. nō patiē disputari, sed de rigore iuris ciuilis, opi. Bar. est vera: cui ēt Cy. applaudet, licet nō audeat determinare cōtra Per. de Vella Per. non tū nego, qn ista cōfessio faciat magnū indicium, etiam de stricto iure ciuili. Ego Bal. Vide in consilio sequenti.

CONSILIVM CCLXIII.

1 *Occidenti rebellem, vel hostem patriæ an sit licitum pecuniam accipere, & à quo possit dari.*

Pro

Ioanne de Luce † de Panzano per tam laudabile opus, quale fuit Thomasinum eius patruelem rebellē communis Floren. & inimicū, & hostē reipublicæ, & Deo, & mundo odibilem, & in profundo scelerum, & peccatorum positum, accensus gladio diuinæ vltionis, & sperans pro tam grandi fructu, & beneficio ciuitati suæ conferendis cōmune Flor. erga eū gratum fore: pecunia sibi ordinata per officium bailiæ super ea re recepta à camerario ex eorum mandato: an ipsam pecuniam ex iusta causa habitam sibi retinere possit, neq; habeat reddere. Fundamentum habet pro se iuris communis. nam constat licere administratorib. reipublicæ ob iustas causas, qualis illa fuit, imo iustissima, & merito amplè interpretanda, de pecunia publica, & fiscali expendere, & decreta facta, quæ vtilitati reipub. consona sit, neque ex ea causa solutum, vel ꝙ sine causa, vel ob non causam, vel vt indebitum per ipsum commune repetitioni suppositā est, secundum ea, quæ solent haberi, ff. de iust. & iu. l. 1. de consti. pe. l. 1. §. planè. de relig. & sump. fu. l. minimè. & l. ap. §. planè. quod vi aut clam. C. de serui. qui pro præmi. liber. meru. de decre. ab ord. fac. l. 3. cum multis simil. qua ergo trepidatione viuit iste Ioannes, qui propriam carnem pro redemptione mundi cruci submisit, & salutem toti ciuitati attulit, ne habeat reddere tantillum præmium, quod placuit principib. sibi elargiri facere. certè istud valde vituperabile, iniquum, & iniustum: sicut (vt præmisi) opus suū summè fuit laudabile. istud ergo si attentaretur fieri, valde foret reprehensibile, & ideo æstimo nō curandū, & vendere posse. Habito ergo hoc fundamento videamus, quæ possent huic opinioni, & contra eam de iure dici. certè leuis est oppositio. Diceret aliquis, nam nos non sumus in prato cōmunis iuris, sed legum, & reformationū cōmunis Florentiæ, secūm quas duo millia sunt promissa solui: & si soluta sunt, de quorum ptātis authoritate & efficacia, est quęren-
dum & examinandū. & quia à verbis, & forma earū nō est recedendum, videamus ergo, si dictarum reformationū dispositio tueatur eū, an offendat. & videretur expressè cōtra ipsum facere, tum quia regula prodita contra tales rebelles, & eorū persecutionem, & exterminium, & facultatē expendendum, & c. manifestè excipiuntur coniuncti illorū: tū quia ipsis coniunctis imponitur necessitas psequendi, aliàs efficiuntur & ipsi rebelles: itaq; vltra nō veniunt, sed sui iuris intuitu cōpulsi, vt pœnam euitent. Itē qa speciali præmio ipsi prēmiantur: & qa leges generales posteriores determinantur p priores, vnde ptās expēdendi, licet largè data de mense Septemb. &c. debet restringi ad nō prohibitos. item quia qñ ob eandē causam speciale, & generale præmiū vel cōmodum tribuit, &c. vt l. alimenta. §. basilicæ. & l. libertū. cum materia sua. certè si ista essent vera, non expediret laborare: malè fuisset, ꝓmissum, malè recepisses, reddere haberes: sed ista sunt somnia pp plura. Primo, qa non accepit Ioānes vigore illius ꝓmissionis, quę conuentos reddit inhabiles & eis interminatur pœna, &c. sed alterius posterioris, quæ nullā personam accipiunt. & quia totū illud fundamentū est sublatum, & recessum ab illis, & introducta diuisio, & sublata coniunctio, ita ꝙ Ioānes fuit, & est habilis ad recipiendū: & dñi octo petentes ad disponendum, quib. summa, potens, & ampla bailia cōis Floren. super ea re, & circa eā cum facultate libera expendendi ad eorū beneplacitū, quale alij hactenus octo super guerra habuerunt in exterminium, & pro cura dictorū rebellium, & inimicorum cōmunis Florentiæ. habet ergo Ioannes pro se vltra ius cōmune, de quo nō curo, bailiam amplissimā illorū, qui sibi de præmio duorum milliū prouiderunt: & decreta eorum conformia, & vnus vocatus est, ergo à dicta repetitione. vnum solū est videre in eo, qđ potest sibi opponi, puisiones. ex quibus nititur Ioannes habere determinatam, expressam, singularē, & taxatam causam cum ꝓbatione adiecta, ne in aliā directè vel indirectè: videlicet pro exterminio, & ꝓsecutione rebellium. habēt ergo vigilare in exterminando, prosequendo, & destruendo ad posse inimicos, & rebelles ꝓdictos, & eorum occasione ꝓuidere, & expedire, & c. data est bailia exigēdi: ergo illa priuati sunt. constat autē, ꝙ aliud est posse dare, siue expēdere ꝙ aliquid fiat: aliud dare pro remuneratione iam facta. vnum respicit futurā causam, aliud ptātem, sed tpe ꝓmissionis de dando Ioanni duo millia Thomasius iam erat interfectus, & exterminatus: in cuius persona non cadebat persecutio, vel exterminatio: quia hęc non dñabantur amplius sibi. quomodo ergo, qua authoritate, cum sit alius casus à cōprehēsis, q̄ bailia: quia remunerat factū, non prouidet, si postea fiat, & separatorum separata sit ratio, & casus omissus non capit rationē iuris cōmunis, & non sit nostrū legem extēdere: & maximè talem q̄ de salario, & pecunia publica eroganda disponit, & quia à verbis legis & constitutionib. nō licet recedere. & lex, quæ aliquid in futurum indulget, in præteritum vetat. ista talia, & huiusmodi determinara bailia in causam de futuro, non facultas & remuneratio ꝓteriti prima fronte sibi obesse viderentur: non quia prohibitus, vel coniunctus, vt quidam dicunt. certè ad hoc respondeo consul. cui facile erit visis prouisionibus missis, licet longis, & malè ordinatis, sed pro aliquali declaratiõe huius passus videtur mihi; licet ad præsens multum occupato, ꝙ ex verbis, & sententia promissionis tolerari posit talis remuneratio in causa, & pro causa, & occasione tanti hostis & inimici: licet ꝓcedentis tempore dictæ liberationis, tñ sequutæ tpe concessionis bailiæ, & post ipsam cōcessionem & remuneratione super ea re iusta. nunc quia si iam facta foret occasio, remunerare occasione sub verbis cōprehendi posset cōtra voluntatē in exterminiū, & pro exterminio: intelligo fieri, vel fiendi. item quia talis ꝓuiso concernit futuros casus, nam & dum hunc remunerant, alios incitant ad similes operationes quod constat licere. amplius hæc causa non ex tali, imo illa, vel saltem non prorsus eiusdem causæ, & eiusdem naturæ, & bene eiusdem placiti præsumpti. item similis est expressio, & illud credendum est cōmune Floren. disposuisse & in mandatis concessisse, si cogitasset. & quia pet eandē causam procedit dispositio, ergo in casu vno disposita, & in alio per eandem rationē disposita esse videntur. & quia iura non consistunt in verbis, sed in radicum ratione. & dictū, ꝙ expendant in exterminio, satis includitur, ꝙ possint remunerare exterminantem, & etiā si exterminatio præcessisset: & maximè quia non videtur postea

factum, quod prędordinatū erat primò fieri: & quia ipsi dñi octo putauerunt suum decretum his prouisionib. adiuuari, non debet ergo nullum reddi vel annullari, quasi in alienā causam prouidissent: sed tñ nō est stare in effectu, vt supra dixi. Ex his sic ordinariè tactis, & sine legibus, quia scio, q̄ sapienti loquor, cui iurā se exhibent, ego concludo pro Ioanne, ne habeat reddere illud leue prēmium, tanto operi dignum, maiore attento periculo, pensata naturali æquitate, contra quam pugnauit, & fructu resurgente, & talis rebellis intentione; quod si secus per infortunium suum contingeret, æstimo, q̄ Ioannes ipse se ipsum fecisset rebellem cōmunis: quia nō posset reddere, cum etiam illud in veritate non receperit, licet cōfessus fuerit se pecuniam habuisse. oporteret, q̄ nudus exularet. Sit ergo vobis recōmendatus, & parcatis scribenti: quia calamus plus debito traxit, & de verborum forma modicum curo.

CONSILIVM CCLXIIII.

1 *Occidens inimicum, hostemq̄, reipublicæ an puniatur, an præmietur.*
2 *Præmiare interficientem hostem reipublicæ quis possit.*
3 *Clausula, prout ea videbitur, quid importat.*
4 *Dictio, pro, quid denotet.*

1 In Christi nomine. †Qui feruore publicæ charitatis, p̄ tutela naturalis patriæ accensus cruentissimum eiusdem patriæ hostem occidit, non dicitur fratricida, sed pugnās pro patria nuncupatur opus diuinum faciens plenum laudis, si quidē conuenit hostiles beluas mactare, & fit sacrificium creatori, dum vniuersali consulitur creaturæ, rebelles eradicantur, & patria cōquiescit, nec contra fidem sanguinis iste facit: quia cum sit pro patria, vt ff. de capi. dimi. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. ad l. Corn. de sica. l. 3. §. transfugas. & ff. de re mil. l. proditores. in fi. hunc cognatio non retinet, sed abhoret: consumato enim statu, & iura cognationis consumpta sunt, vt ff. de bon. posſ. l. edicto. & ff. de contrab. l. 1. in fi. ff. de reb. dub. l. si cognatis. ff. de libe. & posth. l. Gallus. §. & quid si tantum. est etiā præcisus à republica, q̄m est putridum membrum, vt ff. de relig. l. minimè. cui est obuiādum gladio vltore. C. quādo lic. se sine iudi. vindi. l. 1. & 2. præmio ergo dignus existit: merces enim eximij laboris appellanda est, vt ff. de don. l. si pater. Sed contra hoc faceret, quod no. Bart. ff. de adul. l. si adulterium cum incest. §. liberto. sed refert inter hostē ex crimine læsæ maiestatis, vt hic: & alium hostem, qui est diffidatus: quia offendit principaliter priuatam personam, & secundariò offendit rempublicā, de quo hoste, cui ciuitas est hostis,
2 sed non ipse ciuitati, loquitur Bar. †Sed vidēdum est solummodo, vtrum illi, qui remunerauerunt, potuerint remunerare. & videtur, q̄ non: quia ei soli, qui principatum tenet, permissum est erogare de publico, vt C. de quadri. præscr. l. omnes. & l. bene à Zenone. ff. qd vi aut clam. l. prohibere. §. planè. C. de præb. sala. l. 1. lib. 10. ad hoc de pactis. l. pactum curatoris. C. de transac. l. præses. ff. de pac. l. contra iuris ciuilis regulas. §. fi. C. de sacrosſ. eccl. l. iubemus. ff. de dona. l. filius. de suo. n. quisq; alium remunerare potest, sed de alieno nequaquā. ff. qui & à quibus. l. semper. ff. si quid in fraud pat. l. vnius libertus. quinimo species furti est de alieno largiri citra domini voluntatē, vt ff. de furt. l. si pignore. §. 1. non. n. loco administratoris legitimi habetur: quia dñm spoliat, ff. pro empto. l. qui fundum. §. si tutor. & fines diligenter custodiendi sunt. C. de neg. gest. l. tutori. & hæc omnia sunt vera, nisi habeat mandatū à dño. d. l. filius. vel à lege, vt not. ff. de pœ. l. item magnum. ff. quod cuiusque vniuer. no. l. nulli. & ideo ista quæstio stat in hoc, an isti remuneratores habuerint ad hoc mandatum, nec ne, vel potestatem remunerandi. verba legis dicunt, ad persequendum, & circa exterminium, & pro prędictis, & quolibet prædictorum perficiendum. quę omnia non cadūt in corpore iam exanimato: quia vltimum terribilium facto est expertus, nec amplius potest id experiri: quia mortuus non moritur amplius. vnica. n. tantùm vita hic viuimus, tanquā vnica forma substantiali in nobis existēte, vt no. ff. de manu. test. l. quiduos. §. 1. verba igitur quæ in futurum exterminabile conferuntur, iam facta non includunt, vt ff. de cond. & dem. & l. si iam facta. porrò morte desijt esse hostis, licet memoria damnata sit. Præterea iste nō meretur prēmium: quia perpetrauit coactus formidine pœnæ, non sponte. ff. ad Silla. l. si quis in graui. §. cæterùm autem. Præterea infamis videtur, qui hoc modo patiē se honorari, vt not. ff. de postulan. l. 1. §. bestias. sed infamis non meretur præmium, sed indignationem grauium virorum. ff. si quis omiss. cau. test. nam & si iure occidit, non tñ tanquā legitima persona, vt not. C. quod met. cau. l. accusationis. in gl. ordin. item nulla est virtus, quam denigrat pecuniæ turpitudo, l. idem est. §. si tibi. de condi. ob turp. caus. & ibi no. in ambiguo est, quamente id fecerit: vtrum consulto pro repub. an speciali odio, & priuato. ff. de except. dol. l. apud Celsum. Si igitur dicis prēmiari potuisse, legem pone mihi domine. Præterea in arbitrio dato, isti de ista familia nominatiuè exceptuati sunt tāquam odibiles: vnde ad eos non potest extendi potentia largitiua, quæ est specialiter ablata. ff. de leg. 2. l. Lucius. §. Lucius Titius Damam. & ff. de manu. testa. l. testamēto Centurio. Præterea arbitrium sub certis finibus datum est stricti iuris, & extendi non potest, ff. de neg. gest. Præterea etiam si latum detur arbitrium, non est effusè interpretandum: sed cum moderamine arctandum. ff. manda. l. creditor. §. Lucius. ff. de leg. 2. l. cum filius. §. pater cum filia.
3 Sed his non obstantibus, quia verba legis † dicunt, prout ipsis videbitur expedire, pro prædictis, & quolibet prædictorum. & ipsi iudicant reipublicæ expedire in exemplum omnium prædictorum, vt C. de dilatoribus. l. fi. lib. 10. ad exterminandum viuentes rebelles, præmiare exempli causa homines habent, vt alijs detur animus, & occasio similia faciendi. satis videtur posse sustineri, quòd dictum prēmium tribui poterit, quia dictio,
4 † pro, non solùm notat causam finalē, sed causam excitatiuam, vt no. Archidiac. q. 1. c. ordinationes. & nō solùm denotat finē, sed ordinem ad finem. ff. de adult. l. nec in ea. §. fi. Item qui pro republica perpetuò sumpsit arma, non debet armis macerari omnibus diebus vitæ suæ, & in paupertate semper viuere. & q̄ nobiliras concedentium, & illustris ciuitatis Florentię hoc suadet, vt d. l. filius. versic. quid ergo. & versi. nonnunquam. ad hoc. ff. de euictio. l. Lucius. ff. de captiuis. l. mulier in opus salinarum. Et si de hoc statuentes dilucidius cogitassent, verbis, vt reor, expressissent. ff. de pactis. l. tale pactum. §. fi. cū iustius præmietur, quàm ad hoc cōducatur. ff. de re mil. l. nō omnes. §. fi. iustius iste labor præmiatur, quàm venditur. Et ita dico, & cōsulo ego Baldus de Perusio.

CONSILIVM CCLXV.

1 *Inuentarium hæredis quæ requirat.*
2 *Inuentarium, in cuius confectione aliqui sunt citati, aliqui verò non, an non citatus præiudicet.*
3 *Executores an sint in confectione inuentarij citandi.*

1 In Christi nomine. Inuentarium hæredis† multa requirit, quæ omnia legislator introduxit, ne hæredes in subtrahendis, vel in supprimendis rebus hæreditarijs, præsertim mobilibus, quarū facilis est occultatio, possent aliquam malignitatem committere: vt in auth. de hęr. & fal. in §. sancimus. col. 1. inter has solennitates est citatio eorum, qui lædi possunt ex rerum occultatione: sicut fiunt creditores, vel legatarij, nisi patrimonium est
2 tenue. ponamus ergo, q̄ †aliqui sint citati, aliqui non, nunquid citatis præiudicet inuentarium. & videtur, quòd non: q̄ cum de solennitatibus aliquid omittitur, totum vitiatur. ff. de reg. iur. l. & si. ff. de transact. l. cum hi. §. si prætor. C. de author. præstan. l. fin. item intelligitur in inuentario decretum iudicis: & decretum, & sententia non potest pro parte valere, pro parte alia non valere. ff. famil. ercisc. l. in hoc iudicio. Contrarium est veritas: quia citatio citato semper præiudicat, non citatis nō præiudicat. ff. si cui plusquam. per l. Falcid. l. 1. §. cum dicitur. ff. de iudic. l. non incerto. nam quò ad citatos omnia sunt solenniter acta. C. si propter publ. pen. l. si deserta. de re iudic. l. de vno quo-
3 que. ff. de minor. l. 2. §. fin. Item quæritur, an † sint citandi executores. & videtur quòd non: quia ipsi non sunt legatarij, nec creditores. ff. de leg. 2. l. si quis Titio. In contrarium videtur; quia rem gerunt legatariorum, præsertim incertorum, vt pauperum. C. de episc. & cler. l. nulli. & l. si quis ad declinandam. ergo sunt citandi. d. §. sancimus. in authen. quosdam pro eis agentes. C. de procur. cumque res agit hæredum. ff. de adimen. lega. l. 3. tamen licet non sint citati pauperes, vel ecclesia, nunquam exigunt: nisi vsque ad vires hæreditarias, quæ sunt in veritate, non in verificatione: vt not. doct. in cap. quanquam. de vsur. lib. 6. item requiritur, quòd tertij creditores superadditur loco absentium. Nunquid ergo si scriptura dicit eos adhibitos loco creditorum absentium, intelligatur, quòd fuerint adhibiti etiā loco legatariorum. Videtur, q̄ non: qa non ponuntur vt diuersa. contrarij dici pōt: nam post aditā hæreditatē legatarij sunt creditores hæredis. ff. ad l. Fal. l. pater filium. facit l. 1. ff. si cer. per. scripta non dicitur loco creditoris testōris, sed loco creditorum simpliciter. ad hoc ff. de iudi. l. si quis intentione ambigua. item requiritur generale proclama, hoc est, vt præiudicet incertis: tñ valet quo ad certos citatos, C. si vt se ab hæreditate abstine. auth. si oēs, de maio. & obe. c. humilis. per Inn. extra, qui matrimoniū accusa. posſ. c. cum in tua. itē requiritur, q̄ nuncius primò referat se citasse, q̄ iudex decretum interponat, vt l. hoc aūt. §. 1. quib. ex cau. in posſ. eat. & de cond. & dem. l. multū. certè nulla lex dicit, q̄ requiratur decretū, licet requiratur, q̄ in summario inuentarij coram iudice facta sit. C. qui admit. ad bonorum posſ. possunt. l. fi. C. de testa. l. omniū. & posito, q̄ decretum exigatur accessorium complementi, & conclusionis inuentarij: tñ sufficit, q̄ in protocollo appareat de proprietate relationis: quia protocollo principaliter fidem adhibere debemus, vt in auth. de tabel. §. fi. Et ita dico, & consulo ego Bald.

CONSILIVM CCLXVI.

1 *Stantibus pactis, de quibus hic inter ciuitatem, & castrum sibi subiectum, castrum non tenetur dare syndicos ad denunciandum maleficia vicario ciuitatis, cum in d. ciuitate sit cognoscendum de maleficijs.*

1 In Christi nomine. †Tria consideranda occurrūt, videlicet: pacta vetera tempore Papæ Martini, secundū quæ proculdubio communе Selani non tenetur dare syndicos ad denunciandum maleficia vicario ciuitatis Spoleti, & est ratio: q̄a secundū illa pacta de talib. maleficijs debet cognosci in castro Selani, & nō in castro Spoleti, considerata prima causa, illud enim castrum habet per se potestatē, & territorium distinctū, ad illum potestatem tantum cognitio pertinebat, & si coram alio fieret determinatio, fieret coram iudice incōpetenti, quod fieri non posſet, nec enim debet quis trahi ad vetitū, & incongruum examen, vt C. de iur. om. iud. l. in criminali. Duo consideranda occurrunt: pacta noua facta tpe Do. Gomerij, & posito etiā pro constanti, q̄ cōe Spoleti haberet iurisdictionē in quatuor casib. ibi expressis. in homicidio, furto, & robaria, & violatore mulierum. Tñ etiā in illis casib. cōmune Selani non tenetur dare syndicos ad referenda maleficia statuta vicario ciuitatis Spoleti, & est ratio: quia licet denūciatio veniat in consequentiā iurisdictionis cognoscendi, & de maleficijs puniendi, & præueniat etiā accusatio officium iudicis inquirentis, vt ff. de cust. reor. l. diuus. & l. 1. C. de accu. l. ea quidem. tñ quia in stipulatione non venit, nisi id, quod verbis exprimitur, vt ff. de ver. obl. l. quicq̄d astringendæ. vel quod tacite intelligitur ab vtraq; parte. l. cum quid. ff. si cer. pe. Sed istud non est nedū verbis expressum, sed etiā in contrarium est prouisum p contrahētes: quia expresè fuit actum, & conuentum inter partes, q̄ cōe Selani ad nullū onus reale, & personale teneatur. ff. de mun. & hono. l. munerū igitur defensores. & per accidēs posset esse reale. Nam si cōmune Selani teneretur dare syndicos, & si non daret, posset mulctari. ff. si quis dic. non ob. l. 1. item quia expresè reseruatum est castro Selani in nouissimis pactis ius, iurisdictio, & eorū immunitas cōsueta, quæ reseruatio valet & omnimodo standū est non solùm; quia ius antiquum est, sed nouissimum est. C. de pac. l. pacta nouissima. ff. si quis cau. l. eum. in prin. ff. fam. erc. l. item Labeo. cum si. ex qui. verè & euidenter cōcluditur, datiū cōmune castri Selani de iure non teneri ad dādum syndicum sæpe dictum. Tertiò est consideranda consuetudo, & quia aliàs dari non consueuit, dictum cōmune Selani tali consuetudine fretum dare vltatenus non tenetur: quia minimè sunt mutanda, q̄ certam consuetudinem semper habuerunt, vt ff. de legi. l. minimè. ff. de ædil. edic. l. quod si nolit. §. quia assidua. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXVII.

1 *Possessioni acquirendæ, qua requirantur.*
2 *Per nuncium, & etiam sine nuncio potest dari licentia absenti apprehendendi possessionem sua authoritate.*

In Christi nomine. In causa Petri de Missa non deficit ius: quia verè secundum Deum, & cōscientiam habet ius pro dominabus, pro quibus agit, videlicet in vna parte, & dimidia de quinq; partib. sed est videndum, an deficiat ei probatio, vel officiat in con-
1 trariū facta probatio. †& videtur, q̄ nihil sit probatum pro parte Petri, nec eius possessio, nec per aduersarium facta spoliatio. & hoc sic ostenditur. Nam requirit animum, & corpus apprehendentis eam, vel alterius pro eo. ff. de acqui. posſ. l. 3. in princ. requiritur etiā, q̄ si alius tunc erat in possessione, q̄ ille q̄ tradiderit, vel quasi tradiderit possessionem, vel q̄ prætor soleniter eum possessorem constituerit. ff. de acqui. posſ. l. clā possidere. & l. si ex stipulatione. C. vnde vi. l. meminerint. sed hic nō apparet, q̄ Blasius istam possessionem vnquā tradiderit. posito, quod mi fillet nuncium, quod Pet. mitteret ad accipiendum possessionem. ff. de acq. posſ. l. qui absenti. §. si quis. Præterea cum Blasius semper possederit, non pōt dici spoliator. ille. n. qui continuat veterem possessionem, non dr̄ inuasor. c. licet cām. de probat. Præterea per aduersarium probata est continuata insolidū possessio. quia testes Blasij dicunt, q̄ ipse insolidum possedit, ergo alius non possedit, de cā posſ. c. cum ecclesia Iutrina. ff. commodati. l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. vti posſ. l. si duo. ff. de acq. posſ. l. 3. §. ex cōtrario. Præterea Petrus debuit, pbare de possessione certi tpis. s. tēpore nouitatis. s. Frācisci, sed testes de iure tpis dicūt se nescire, seu nō recordari, ergo nō probāt illud tps. q̄ est fundamentum petitionis, ideoq̄, reus debet absolui. ff. de vi & arm. l. 1. §. interdictum aūt hoc nullum. Præterea si Petrus tpe dictæ nouitatis possedisset, deberet censeri clādestinus, vel violentus possessor, & interdicto restitutorio cogeretur restituere possessionem Blasio tanquam antiquiori possessori, & ideo dolo facit; quia petit, quod restituere deberet; si posſideret cū hic non intentetur interdictum, vnde vi, sed condō ex municipali prouisione, vt plene legitur, & no. ff. de iudi. l. si de vi. In cōtrarium arguitur sic: certum est, q̄ Blasius misit nuncium Petro,
2 †Item certum est, q̄ per nuncium, & etiam sine nuncio potest dari absenti licentia apprehendendi possessionem sua authoritate. ff. de leg. 2. l. Titia cum testō. §. 1. cum igitur Petrus apprehendit possessionem per filios, ergo factus est infans possessor. Præterea licet Blasius inter absentes possessionem tradere non potuerit: tamen animum suum declarare potuit, q̄ ipse confitebatur tenere q̄ Petro. Apparet. n. q̄ ex tunc Blasius non tenebat pro suo, vt ff. q̄ suo. l. si ancillam. Præterea possessio perditur solo animo. ff. de acq. posſ. l. non quemadmodum. sed Blasius nolebat per se possidere, ergo possessionē perdit. Præterea gl. dicit, q̄ ille, qui confitetur pro alio possidere, si postea tenet, vel tunc qñ confitetur, facit illum possessorē, pro quo se tenere fatetur, vt no. ff. de pac. l. ab emptione. Præterea iste Blasius sic detinendo gessit negocia Petri, vnde ratihabitione sequuta acquirit Petro. ff. de neg. ge. l. si ego. ff. de q̄cu. l. per procuratorē non semp. & si dicatur non esse probatum de tpe nouitatis: Respondeo, q̄ imò egregiè est probatum per argumenta Legistarū: quia amicus. i. Blasius, vel gestor negociorū nō potuit interuertere possessionem. C. de acq. posſ. l. fi. C. de præscr. 30. an. l. male agitur. & si interuenit, dolo fecit, & ei non prodest. l. in pari. ff. de re. iu. Præterea animi possessio, quæ nobilior est, & potentior est, cōtinuata psumit, vt no. in c. sine possessione. per Dy. & c. 1. de ser. fug. l. 1. cū si. Ex quib. p Petro concludo: quia est pœna, & habet veritatem amicā rōnem. & idem in si. dico pśertim considerato arbitrio D. capitanei concesso ad hoc solum, vt sequatur veritatem, & æquitatem facti, vt no. per Bart. ff. de don. le. filius. Et ita dico, & consulo ego Baldus.

CONSILIVM CCLXVIII.

1 *Simulationis excepto qua dicatur.*
2 *Simulatum instrumentum quando dicatur.*
3 *Debitor non dicitur suspectus, vbi noua causa post contractum emerserit.*

1 In Christi nomine. †Sciendum est, q̄ illa dicitur exceptio simulationis, qñ promissio est facta simulate ob causam non veram vel non iustam. ita loquitur totus titulus, plus valere quod agitur. † sed quādo debitū est in veritate ex vna causa, licet in nouo
2 instrumento adiiciatur alia causa interueniente stipulatione, potest ex ipsa stipulatione agi, nec dicitur instrumentum simulatum. vt C. si cert. pe. l. ex pretio. Et si vnus primo contraxit, & nouus homo illius obligationem in se transtulit, facit nouationem, vel non. C. de transf. l. nec intentio. vnde in casu nō distinguendum est, an præcesserit debitū in persona alicuius, & tūc instrm non est simulatum, an non præcesserit, & tunc instrm dr̄ iniustum, aut dubitatur, & tunc pśumitur confessio vera. ff. deposi. le. Publica. in fi. & plene nō. p Bar. ff. si cer. pe. le. singularia.

3 Super alio puncto dicendum est, †ꝙ debitor non dicitur suspectus, vbi noua causa post cõtractũ emerserit, vt ff. de priui. cred. l. creditores. facit, quod no. per Dy. in l. si constante. in princ. ff. so. ma. de materia etiam primi puncti no. de postul. l. sub specie. ad id autem, quod dicitur, ꝙ de tali nouatione debet expressa mentio fieri in instrumento, vt C. de noua. l. si. dico, quòd aliud est tractare de nouatione, aliud de secũdę obligationis substantia seu causa, nam quoties ipsa causa est substantialis, & vera, tenet obligatio, sed vna solutione vtraque perimitur, & ideo ex actis apparet veritas causæ, necessario infertur substantia obligationis nouissimæ.

CONSILIVM CCLXIX.

1 *Confessio iniuriosa an probet.*
2 *Filius fororis non est consanguineus auunculi.*

1 **In Christi nomine.** † Si cõsideramus confessionẽ rei, ex ea non probatur de necessitate contra eum: quia pót hęc verba protulisse suam progeniem famando, non alienam infamando, tamẽ ex eo conuictus satis præsumitur alienam infamando, vt l. item quid. §. cõuictum. ff. de iureiu. nam quandoq; palam, quandoq; dolo quis profert verba iniuriosa. C. de postul. l. quisquis. sed videndũ est, an sit probatio, quam statutum requirit esse, & per consequens requirit probatum esse. Et certè statutum est satis obscurum: quia primò loquitur de iniuriante improperãdo iniuriam suam, & antecessorum, & iste nõ est casus noster. Secundò loquitur de improperãte iniuriam: quam recepit frater carnalis, vel nepos ex fratre carnali, & iste est casus noster. Tertiò loquitur de improperante iniuriã attinentiũ vsq; ad secundum gradum. & istud facit ad quæstionem nostrã: quia videtur capitulum ampliatiuũ, & generale, tamen in eo, in quo loquitur de
2 homicidio, videtur loqui ab inimico illato. † Quartò loquitur de improperãte mortem illatam per iudicem, vel aliàs iustè, & istud capitulum est, super quo fundatur inquisitio, & quia filius sororis propriè loquendo non est consanguineus auunculi. & istud verbum in pęnalibus sano modo debet intelligi: quia hoc non est probatum, absolutoria ferri debet. item non est probata necessariò, & euidenter ipsa attinentia personarum, quæ debet in maleficijs, vbi habet dare esse maleficio, dilucidè probari, & maximè non est probatum matrimonium, quod potuisset dilucidè probari, licet aliud sit in filiatione quò ad patrem. ff. de cond. & demonst. l. Lucius.

CONSILIVM CCLXX.

1 *Per statutum laicorum an possit dispon̄, quòd beneficium statuti non prosit ecclesijs vel clericis.*

1 **In Christi nomine.** Licet statutum † laicorum non possit tollere ecclesijs ius suum quod habẽt de iure cõmuni, vel per pacta: tñ bene potest sic disponere, ꝙ beneficium statuti non prosit ecclesijs, vel clericis, vt no. doc. in auth. cassa. C. de sacrosan. eccle. ꝙ cum ecclesia, & clerici sint non subiecti, ꝙ non habent beneficium dicti statuti: quia cum multa sint genera non subiectorum, verbũ, quod de iure, & absq; præiudicio, & pœna statuentium generaliter intelligi potest, generaliter intelligẽdum est. l. de precio. cum tota sua materia brocardica. ad hoc facit, quod no. Iac. Bu. in auth. statuimus. C. de epis. & cle. in litera noua. nec etiam habet beneficium pacti, quia pactum refert se ad statutũ, & debet secundum statutum intelligi.

CONSILIVM CCLXXI.

1 *Substitutio fideicommissaria facta pluribus an habeat locum in persona vnius tantùm, an requiratur, quod omnium persona existat.*

1 **In Christi nomine.** † Substitutio fideicommissaria quãdoq; fit pluribus simpliciter, & tunc videtur facta singula singulis. vnde tũc non est dubium, ꝙ pluralis loquutio geminat singularẽ significationem, & habet locũ, & vim suam substitutio, in cuiuscunq; persona existat conditio, vt ff. ad Treb. l. Lucius. §. Caio. quandoq; fit adiuncto signo, & conditione vniuersali, & cõplexiua, & tunc aut loquimur secdm corticem verborum, & requiritur, ꝙ in omniũ persona existat conditio: quia ad veritatem ordinis vniuersalis requiritur veritas particularium de virtute sermonis. ff. de reb. dub. l. si is, qui. §. verum. aut loquimur secdm interpretationem iuris, & tunc sufficit, ꝙ existat conditio in persona vltimi moriẽtis quò ad portionem ipsius. ff. ad Treb. l. hæredes mei. §. cum ita. sed hoc limitat Bar. dicens hoc tunc esse verum, qñ non extat persona talis, quę ex præsumpta voluntate defuncti excludat substitutum. hoc aũt sciri potest ex charitate naturaliter ordinata, arg. in l. Gallus. §. quidã rectè. ff. de lib. & posth. si igitur extat proximior in gradu, & substitutus est remotior, excluditur substitutus, sed si substitutus est par: quia ordo nõ est inter paria, sic nec gradus fit à pari, non excluditur substitutus, vt in §. cum ita. in casu ergo nostro transuersales nepotes ex altero venientes excludunt substitutum, secdm Bart. hic considera, quando signũ vniuerso apponitur substitutioni, aut directæ, & oportet in personis omnium existere ꝓp conseruandum ius legitimarum hæreditatum. C. de imp. & alijs substi. l. pen. Aut fideicommissariæ, & tunc, aut superuixit aliquis succedens iudicio testatoris, puta si superuixit vnus ex institutis, vel vnus ex primis substitutis, & non habet locum substitutio postrema, vt no. ff. ad l. Fal. l. pater filium. §. si duob. Aut superuiuens non venit iudicio testatoris, & non videt excludere substitutum, vt in §. cum ita. Sed certè vñr satis ex voto testatoris succedere filij in conditionẽ positi, licet eis re vera non sit relictum, vt ff. de hære. inst. l. Lucius. & hoc verum, si huiusmodi excludentes succedunt vltimo moriẽti, aliàs nõ dicitur æquitas naturalis, nec præsumpta voluntas testatoris, ꝙ excludant substitutum, si ipsi nihil sint habituri. vnde si vltimus moriens alium hæredem instituit, & istos prærerijt, videtur substitutus vocari: quia nõ succedens habet pro nullo, vt no. ff. de leg. 1. l. filij. §. cum quis. Tamẽ illam gl. reprehendit Dy. & tenet aliam, quæ est. ff. ad Treb. l. ex facto. §. fi. sed respondeo, Dy. loquitur, qñ liberi excludunt ex vi verborum. gl. quando ex tacita interpretatione iuris. ar. C. de fideic. l. cum acutissimi. in fi. & tunc ergo excludunt substitutum, quando ei præferuntur in succedendo: alias non, ar. ff. de pac. l. tale pactum. §. fi. & d. l. Lucius. in fi. cessante. n. causa finali exclusiõis substituti cessare debet exclusio, vt ff. de cõratab. l. si post mortem. §. liberi. & ff. ad Treb. l. 2. §. si mater. cum ibi. n. prælatio, &c. nisi dicatur, ꝙ aliud sit in prouisione legis, q̃ debet prouidere oẽs casus: sed testator plerunq; improuisos casus omittit. tñ mihi videt, ꝙ opi. & distinctio ꝑdicta sit amicior æquitati. Cy. tñ secdm Pe. in l. 1. C. de cond. infer. tenet, ꝙ persona, quæ ex ꝑsumpta voluntate defuncti aliũ excludet, excludat illum, siue ipse succedat, siue nõ. Et ita tenet Bar. & hoc est verius de rigore iuris. Et ita dico & cõsulo ego Bald. de Perusio I. V. D. & ad fidem me subscripsi, & sigillo mei nominis signaui.

CONSILIVM CCLXXII.

1 *Appellatio à sententia lata super communi diuidundo, vbi sine strepitu, & figura iudicij agitur, si appellatum sit viua voce eadem die iudice non sedente in loco consueto, sed alibi existente, an dicta appellatio procedat, vel non.*

1 **In Dei nomine.** † A sententia lata super communi diuidundo, vbi sine strepitu, & figura agitur, est appellatum voce eadem die iudice non sedente in loco consueto, sed alibi existente. Quæritur, an dicta appellatio procedit. & dicitur, ꝙ sic: cum sit remota omnis iuris solennitas, per c. fæpe. in cle. de verb. sig. & in extraua. ad repri. in gl. super verbo, figura. & per casum c. dispẽdiosam. in cle. de iu. tñ quia appellatio est incidẽs in causa, vt tenet Cy. in l. inuitus. in 3. q. & est eadẽ cum persona, vt ff. an per alium cau. appel. l. 1. & l. ita demum. & Cyn. in d. l. inuitus. in 14. q. tum quia est defensio appellatio, & sic eiusdem naturæ cẽsetur, cuius & persona, c. cum inter. extra de exce. Bart. in l. si expressim. item siue diceremus præparatorium eiusdem iuris esse, quod de principali. l. ad rem. & l. ad legatum. siue dicamus, quid tangẽs causam primã, idẽ est, vt d. c. dispẽdiosam, siue dicamus accessoriũ, & de iure est, vt reg. cũ principalis. ergo cõcluditur, dictã appellationem procedere, cũ sint remotæ solennitates iuris, & solùm ius naturale attenditur: ita ꝙ non est necessaria nisi facti expositio, quantumcunq; inepta, dummodo appareat de intẽtione exponentis, vt dictis iuribus. Rarissimè hucusq; voluit acceptare pp honorem vestrum. credo. n. ꝙ licet de pleno, & summariè procedatur: tamen circa formam appellationis Apostolorũ & fatalia ista verba de plano nihil operentur. vnde in beneficialibus causis, in quibus summariè, & de plano proceditur, tamen appellatio ex interuallo in scriptis fieri debet. vester Bal. hic nõ solùm de plano, sed sine figura iudicij proceditur, quo casu omnia pertinẽtia, & antecedentia, & tangẽtia causam regulãtur eisdẽ regulis,

regulis, & eodẽ modo in esse deducuntur. & pro d. decis. Dyn. & gl. dum ponit de sponsalib. & alijs requisitis in glo. & æquitatis ratio diuersum dicere non patitur: tum quia causa productiua appellatur, est ipsum negatium, & ius principale, & iniquitas sententiæ, ergo eiusdẽ naturæ est ipsa appellatio causata: tum ꝙa ipsa causa, & instantia, & modus ad vnum terminũ tendunt. sed sententiã, & vna est sententia ferenda in causa appellationis: tñ cum regula q̃ritur extincta per appellationẽ, & totum est vnum fructum, ergo vni naturæ & substantiæ, vel saltim per locum à cõiugatis debet clientula nostra iustitiam fouere vel cũ sit causa prima maior, & plus vertatur: quia totum ius, & totum negocium, & tñ sine strepitu, & figura terminatur, multo fortius in ista interpositione appellationis; quod est minus, & quid incidens, quo casu ratione immixtionis perdit suã naturã, & efficitur & trahitur ad naturã maiorẽ. & plura possunt dici, quæ dominationi vestræ non expediunt narrare, & allegare. nescio videre, quomodo d. D. M. licet habeat iustitiã, & quia magis sint solennitates iuris interpositis appellationibus, quàm in prima causa, à qua terminatur & causatur, & quã instantia appellationis, ad quem terminum ipsa tẽdit: quia imo quilibet terminus, & à quo, & ad quem, est vna, & eadem causa, licet non penitus habita prima, ꝙ quædam versantur in vna, quæ nõ in alia, s. persona ad quem, & in persona à quo, tamẽ in substantia idem. Rogo, quòd iuuetis istam partem, vester ser Ayme.

CONSILIVM CCLXXIII.

1 *Molendinum habens ab antiquo non potest ædificari ad̃te turbari.*

1 **In Christi nomine.** † Habens superius molendinũ in flumine publico ab antiquo, cuius contrarij memoria non existit, vel aliàs iure licito, non potest per nouum ædificantem in vsu molendini turbari, nec restagnari sibi aqua, vt not. ff. de flum. l. quo minus. C. de ser. l. aqua. l. si manifestè. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. si initium tabularum. Et hoc casu contra nouum ædificantem iudex æquitatem debet seruare, & competẽtem ei formã dare. ff. de varijs, & extraor. cri. l. de vsu. aqua. l. quatenus clusa inferior nocet, & restagnat, nisi eatenus tollatur & deprimat. hoc aũt petitis in huiusmodi cõmittetur, in auth. de non alie. §. quod autẽ. cum sim. Et ita dico in q̃stione, q̃ nunc est Calij, visis rescriptis D. Comitis, & iure communi, & statuto terræ Calij.

CONSILIVM CCLXXIIII.

1 *Sententia quatuor modis nulla esse potest.*
2 *Sententia falsẽ interlocutoria nõ valet, vbicunq; est ita manifesta iniquitas, quòd ex ipsa inspectione sententiæ appareat de ipsa iniquitate.*
3 *Executio facta per tex. iniquæ sententiæ debet reuocari, quatenus de facto processit.*

In Christi nomine. Quia de sola nullitate agitur in quęstione nostra, quã quæstionẽ nullitatis iudex in sua interlocutoria reseruauit: ideo solummodo super articulo nullitatis loquemur. Et ad euidentiam præmitto, ꝙ inter cæteros modos, ex quib. sen-
1 tentia est nulla: † Sunt quatuor modi nullitatis. vnus modus ex ratione substantialis ordinis prætermissi: siue ordo sit statutus à iure cõmuni, siue ab alio, qui potest ius statuere. C. de senten. & interlo. l. prolatam. & extra de rescri. c. cum dilecta. & ibi per Inn. Secundus est ratione erroris expressi, vt ff. de appel. l. si expressim. & quæ sententię sine appe. l. 1. §. item qui contra sacras. Tertius est ratiõe impossibilitatis: nã impossibilis sententia ipso iure est nulla, vt ff. q̃ sententiæ sine app. resci. l. Paulus. impossibilis aũt dicit sententia multis modis. l. de natura, vt cũ iudex aliquid fecerit, quod natura non patit, vt si mandat mortuũ exhiberi in iudicio, vt ff. q̃ satisf. co. l. si decesserit. & de facto, vt si iudex mandat ei, q̃ est Perusij, ꝙ hodie cõpareat Capuę, vt inst. de ver. obl. §. loca. vel ꝙ det monte aureũ, vt ff. de stat. li. l. cũ habes. §. 1. & de iure, vt homini legitimæ ætatis det tutorẽ, vt ff. de tu. & cu. da. ab his. l. Seiæ egressæ. Itẽ quarto modo est impossibilis secundũ bonos mores, vt ff. de arbi. l. si cũ dies. §. si arbiter. sunt & mihi alij modi partim rõne tpis, rõne obreptionis, loquẽdo de interlocutoria. ff. ne vis fiat ei. l. 1. §. hæc verba. & ff. de fideic. libe. l. cũ verò. §. subuen. non ob. l. seruo inuito. §. cum prætor. ad
2 Treb. quia loquitur in diffinitiua. † Itẽ est notandũ, ꝙ vbicunq; **est ista manifesta iniquitas, ꝙ ex ipsa inspectione sententiæ appa-reat de ipsa iniquitate snię, snia saltim interlocutoria non valet,** vt extra de sen. excom. c. ꝓ tuas. de confir. vtili vel inu. ca. examinata. & extra de re iud. c. dũ inter vos. & no. in Spe. de sent. §. iusta. ver. itẽ est nulla ratione manifestę iniquitatis, licet de rigore iuris ciuilis vñr taliter sentẽtiã valere, nisi esset error expressus, vt ff. de pecu. l. eo tpe. & ff. fam. ercis. l. cum putarẽ. & ne dictum Spec. illi tex. contradicat, ita debet intelligi Spec. s. qñ iniquitas est expressa, non si error expressus vitiat, multo fortius dolus iu dicis, vel lata culpa euidenter apparens per inspectionem legũ, q̃ est in iudice ignorãte iura. ff. de ori. iur. l. 2. §. Seruius autẽ Sulpitius. Secũdò præmitto, ꝙ impossibile est deuenire, ꝙ nõ præcedente causa exequibili fiat executio: nec potest facere index, quod incipiatur ab executione, vt ff. de re iud. l. si cum nulla. factũm. n. prætoris iuri derogare nõ potest circa appellationem,
3 igitur sententia infirmabitur, vt ff. de fer. l. 1. in fi. prin. † imò etiã si esset facta executio totalis, deberet renocari, quarenus de facto processit, vt extra de purg. vulg. c. 2. facit, quod not. ff. de iureiur. l. 1. in prin. considerato igitur, quòd nimis properè fuit petita executio, & ꝙ officium iudicis ad id non competebat, & ꝙ hoc apparet euidenter per inspectionẽ ipsius scripturæ, de qua in snia fit mẽtio, & per inspectionẽ statuti, & considerato, ꝙ ista sententia est cõtra ius commune, vt l. nimis propere. C. de execu. rei iudic. & C. de pac. l. si pacto, quo pœnam. in fi. vbi dicit, circa solennem ordinem frustra deprecatur. & extra de acc. ca. qualiter, & qñ. el 1. ibi dum dicit, ex his, quæ in ordinarẽ sint acta, non pót aliq̃d ordinabilitatis agi. Dico, & consulo ego Franciscus D. Baldi inter aduocatos Perusinos minimus, dictã pronunciationem super executione dictæ scripturæ latã tanquam inordinatè factam, & tanquã iuri contrariã, & impossibilem de iure, nec non etiam ex erroris euidentia fuisse, & esse ipso iure nullam, & nullius efficaciæ, vel mouẽti. Et ita teneo saluo iudicio, & consilio saniori, vt l. Claudius Felix. ff. qui potio. in pig. hab.

CONSILIVM CCLXXV.

1 *Scripturæ priuatæ an faciat semiplenam probationem.*
2 *Sententia, in qua est expressus error, an sit nulla.*

Factum tale est, Quidã campsor nomine d. Agabeti mutuauit 10. D. Gabriellæ, & ita scripsit in libro suo. s. qũo de mandato & nomine D. Agabeti mutuauerit. modò D. Agabetus: ꝙa d. D. Gabriella Sibilla 10. nõ restituebat, fecit illam scripturã libri approbari per auditores Cambij. Et ea approbata fuit ad iudicem capitanei, & obtulit petitionẽ suã, in qua narrauit dictam scripturã habere vim instrũmẽti confessionati, & ideo petebat eam mandari executioni secdm formã statutis: iudex verò pronunciauit eam scripturã exequendam, & executioni mandandã contra d. D. Gabriellã, à qua interlocutoria dicta dña appellauit, & in appellatione sua duo dixit. s. causam nullitatis, & iniquitatis, vt apparet ex libello appellatorio, quẽ scripsi inter alios libellos. iudex appellationis ex eo: quia decretum non fuit colla. infra 20. dies, vt requirit statutum: pronunciauit dictam appellationẽ fore desertam, reseruato iure super nullitate d. D. Gabriellę. modò D. Agabetus petebat sibi dictam sententiã mandari executioni, ecõtra verò procurator dictæ dñæ dicebat, ꝙ non debeat executioni mandari; quia nulla, vt l. si feriatis. ff. de fer. & pro parte sua allegabat tria principalia. Primò, quia scriptura priuata sine legitimo numero testium non facit fidem, nec de iure cõmuni, nec de iure municipali. Secundò: quia de prædicto mutuo non fuit soluta gabella, & ordinamẽta istorum publicanorum volunt, ꝙ de quolibet contractu, vel ꝓmissione, ex quo alteri ius acquiritur, debeat solui gabella: aliàs sit ipso iure nullus, & nullius valoris, & efficaciæ, &c. Tertiò, ꝙa ista snia iudicis à quo est nulla ratione ordinis ꝑtermissi, vt l. prolatam. & l. nimis ꝓpere. nam primò q̃ pererertur quantitas, & lis super quantitate petita cõtestaretur, & antequam peteretur super dicta quantitate, & nullis factis
1 probationibus fuit petita executio, & sic inordinatè actum, & promissum, & nimis properè sententia executiua lata. † Ad primũ de priuata scriptura dic, ꝙ scriptura priuata vnius boni viri, vt cõsors, facit semiplenã probationem, vt l. nuda. ff. de don. & ibi ꝑ Bar. primò ista scriptura fuit approbata ꝑ auditores, igitur habetur ꝓ vera: ꝙa causa approbata habet pro vera, vt instr. qui manu. nõ possunt. §. semel. & ff. de manu. l. vindictã. Ad secdm de
2 gabellis respice ordinationem eorum. Ad tertium, † ꝙ ista snia sit nulla eo, quia in ea est expressus error, nam pronũciauit eam executioni mandandã, & sic contra ius cõstitutionis: ꝙa lex prohibet incipi ab executione, vt l. 1. C. de execu. rei iudi. Et sic tam

ratione ordinis prætermissi, quàm ratiõe erroris expressi, nulla est: quod verum esset, si elegisset viam iuris cõis, sed elegit viam statuti. Sed ad hoc rñdet aduersa pars, q̃ statutum non loquitur de talib. scripturis, & sic elegit viã, quæ non est, & si dicat, narrauit in petitione mea istã scripturã habere vires instri cõfessionati: etiã aduersarius negauit, & iudex super primo dubio pronũciauit, etiã super q̃stione facti: ergo valet snia. & cum te dico, q̃ imo vtrum debeat fieri executio, vel non, est q̃stio iuris, & nõ facti, vt patet ex no. per Cy. in l. Aretusa. ff. de stat. ho. dũ dicitur ibi, q̃ Iurisconsultus ad quæstionẽ facti non respondet. ibi enim ipse ponit, quæ sit quæstio facti, & q̃ iuris, & quæ sit interlocutoria facti, & quæ iuris, & ideo ibi omnino vide. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXXVI.

1 *Verba statutorum sunt ponderanda, & in primis ea, quæ actus exordium præbent.*

2 *Mulier secundò nubens superstitibus filijs primi matrimonij quantum potest in dotem secundo viro dare, & sciamus, quantum possit secundus vir lucrari ex dicta dote. & nu. 3.*

4 *Vir quos fructus lucratur ex dote, & an lucretur fructus rerum paraphernalium.*

1 In Christi nomine. Verba statutorum ponderanda sunt, † & in primis ea, quæ principiũ & exordium præbent actui. hinc est, q̃ in primis videndum est, quantum mulier secundò nubens ex primo matrimonio superstitib. filijs possit in dotem dare, vt pro-
2 inde sciamus quantitatẽ lucri dotalis. † Et præmittã ad euidentiam ius cõmune, & deinde ad ius municipale descendã. de iure aũt cõmuni aut mulier dat in dotẽ corpora æstimata iuxta æstimationem, quæ facit venditionẽ, & talis venditio proculdubio vãlet. ipsa autem quantitas in dote manet, & hoc verũ, nisi probetur fraus, vel simulatio, quæ in dubio non præsumitur: imo præsumitur pro vtilitate vtriusq; partis, negociũ gestum, vt legitur & no. ff. de don. inter vir. & vxo. l. si sponsus. §. si circa venditionem. & l. quod autẽ. §. si maritus. & C. de secun. nupt. l. hac edictali. in fi. prin. in gl. parua, quæ incipit, cum fingat. lex enim hac edictali. solummodo cõmercia rescindit, non autẽ onerosa, vt ibi patet, & in auth. de nup. §. optimè. col. 4. Et ideo constante matrimonio tenet dotis constitutio: quia eo constante est titulus onerosus, soluto aũt matrimonio si incipit vergere ex pacto, vel ex consuetudine ad titulum lucratiuum, & tunc ille titulus defalcatur, per l. hac edictali. vt hęc probãtur. ff. de iu. dot. l. mulier bona. & l. ita constante. & l. fi. C. de iu. do. l. nulla. C. de inoff. do. l. i. de liber. lega. de iure ergo cõmuni maritus ipse retinet sibi hæreditatia corpora emptionis titulo, suppleto vero pretio, si minor æstimatio fuit facta animo donandi, aliàs non oportet suppleri, vt no. in d. §. si maritus. & ff. de iu. do. l. plerun-
3 que. §. si ante. tu autẽ adde l. si res. §. si mulier. eo. ti. † Item lucratur dimidiam partem dotis. i. æstimationis ex vi consuetudinis, vel statutitalia dimidia pertinet vnico filio primi matrimonij ex prouidentia legis hac edictali. capitq̃; eam non tanq̃ hæres, sed tanq̃ filius, vt §. optimè. & ar. ff. de adop. l. si arrogator. §. sed an impuberi. & ff. de sepul. vio. §. quæsitum. Vnde etiã si hæres habeat extraneũ ex testamẽto matris, nõ tñ hoc lucrũ partitur cũ eo, ergo non tanq̃ hæres habet illud, vt ff. de ope. li. l. vt iure. §. si liberi, & de acq. hære. l. pro hærede. §. 1. & fi. sed de iure municipali non sic videtur dicendũ. Nam mulier prohibetur vendere vel alienare vltra quartã bonorum in prudicium filiorũ, sed darè res æstimatas est vendere, & est vera venditio. l. plerunq;. §. si ante. ff. de iu. do. & sic habet locũ statutũ, in quo verba sunt propriè seruanda. item alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur, vt l. 1. C. de fund. do. sed per dotem dominiũ transfertur. C. de rei ven. l. doce ancillam. & no. C. de iu. do. §. l. in reb. & ff. eo. l. vbi. tñ hic est aduertendum, q̃ dum viuit mater, filij nullum ius habent in bonis matris viuentis: quia successio filiorum incipit demum à morte parentum. C. de pac. l. fi. ff. de lib. agn. l. 1. ff. de his, quib. vt ind. l. 1. C. de sacrosan. eccles. auth. si qua mulier. & ea viuente valet, quod actum est. ff. de leg. 2. l. pe-
4 to. §. prædium, † & iste titulus rapit secũ fructus, vt vir lucretur pro onerib. matrimonij, neq; restituat etiã extãtes, quos pleno iure facit suos. ff. de rei ven. l. ex diuerso. ff. de iure do. l. dotis fructus. §. si vsusfructus. ff. ad Treb. l. si mulier. §. si hæres. mortua verò matre rescinditur, quod est gestum, vt non noceat filio primi matrimonij, nisi quatenus ratio iuris municipalis permittit, vt ff. de pignor. l. lex vectigali. quia resoluta potestate datoris resoluitur ius acceptoris. d. l. prædium. & ff. loca. l. si quis domũ. §. & hic subiungi potest. Considera, hic sunt duę causæ, quarum vna metitur alteram, & euellit de corpore alterius: nam de corpore seu substantia dotis euellitur lucrum dimidiæ partis. esse ergo debet dos, vt sit lucrum dotis: quia ergo in præiudicium filij mater non potest alienare, nec in dotem dare vltra quartã partem totius sui patrimonij: apparet, q̃ lucrum dotis potest ascendere vsq; ad dimidiam illius quartæ, & non vltra executionem duarum legum municipalium. ff. de liber. & posth. l. Gallus. §. ille casus. sequitur videre, quid iuris de fructib. perceptis, anteq̃ dictæ res essent datæ in dotem. & secũdum quosdam vxor præsumitur bona fua tacitè viro fuo in dotem dare: fed hoc non est verum: vt no. in d. l. mulier bona. istud ergo matrimonium interim fuit fine dote: tamen pro recompensatione onerum matrimonij præsumitur, q̃ vxor cõcesserit viro fructus: & ideo repeti non possunt per hæredes mulieris à viro. ff. de don. inter vir. & vxo. l. si id, quod. §. si quis. & hoc dico, vbicunq; matrimonium est sine dote, q̃ vir in recompensatione onerũ matrimonij præsumatur percipere fructus rerum paraphernalũ. nec habet vir fructus istos ex causa lucrativa, sed onerosa, vt dixi. si autẽ esset mulier dotata cõpetenter ad onera supportanda ex dote: tunc q̃d iuris esset de fructib. sunt opi. quidã dicunt, virũ lucrari consumptos cum vxore, & restituere extantes: alij nil restituendũ, primi verius dicunt. de hoc no. C. de iure do. l. vbi adhuc. C. de pac. conuen. l. fi. cũ ergo maritus non sit dñs, ergo vxor est dña: & sic extantes sunt vxoris: nec alia ratione vir consumit, nisi qa de voluntate vxoris consumit, arg. ff. de fur. l. si seruus. §. locaui. in ratione literæ. q. istam disputauit Martinus, & Bar. consuluit: tñ ipsi indistincte in paraphernalib. indicauerũt, q̃ viro. ego dixi, & dico, q̃ fructus rerũ distinctarũ per se à dote, si sunt in honorẽ matrimonij, vel obtẽtu cõmuniũ liberorũ cõsumpti, non repetuntur: qa nõ videt ex hoc vir locupletior esse, sed honorabilius vixisse, sed extãtes, vel in acquisituras negotiationes q̃ virũ cõuersi debẽt restitui mulieri. vt ff. de do. inter vir. & vxo. l. si stipu. §. si vxor annum. & ff. ad l. fal. l. maritus. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXXVII.

1 *Fama tam de iure communi, quàm de constitutione an probet.*

2 *Emere fructus ante tempus, qui possent tempore quo recolliguntur, valere plus, vel minus, non dicitur vsura.*

In Christi nomine. Inquisitio formata contra Bracorem Brameti de ciuitate Nuceri non est probata, nec per famam, nec per testes singulares, & ideo dictus Bracor debet absolui ab inquisi-
1 tione: † de iure cõmuni non est dubium, q̃ sola fama nõ sufficit, nec etiã testes singulares, vt ff. de testi. l. 3. §. idem diuus. & ff. de quæst. l. de minore. §. tormenta. ergo restat videre, an per famã constitutionis episcopalis sit probatũ. Et dico, q̃ non: quia verba constitutionis dicunt, q̃ sufficiat publica fama, vel minoris partis hominum loci, vel vicinię: sed nullus testis in causa scientiæ hoc dicit, q̃ audierit à maiori parte hominum loci, vel viciniæ: licet dicant, q̃ audierint à pluribus & plurib. nam plures & plures sunt quatuor, sed non sequitur, nec est verum, sunt quatuor, ergo sunt maior pars. qua pp nullus testis probat famam, maximè eam, de qua loquitur constitutio: quia probationes debent concludere de necessitate, extra de prob. c. in præsentia. cũ ergo auditus non concludat, & testis dicat se tm̃ scire: manifestũ est, q̃ licet postea per modũ dicti deponat famã esse, nõ probat. C. de testi. l. solam. & hoc liquidò constat, q̃ non est probata fama, maximè illa, de qua loquitur constitutio, dico etiam, q̃, dictum Bracorem exercuisse vsuras, nõ est probatũ per tres testes
2 singulares. & primò non est probatũ per dñm Vannẽ: † qa emere fructus ante tẽpus, qui possent illo tẽpore, quo recolligũtur, valere plus & minus, non est vsura, nec testis dicit, nec causam scientiæ reddit: quia esset verisimile plus valere tpe recollectionis, quam tẽpore contractus: & idẽ non probat contractũ vsurarium, vt extra de vsu. c. in ciuitate. & c. nauiganti. §. ille quoq;. Dñicus Raynerij non probat vsuram: quia licitum fuisset venditori illud accipere pro suo interesse. l. curabit. C. de act. emp. & quia non est curandũ de vno. l. 2. ff. de dolo. Angelus Pagnoli licet nitatur probare: tamen nihil valet dictum suum, quia vox vnius vox nullius. C. de testi. l. iurisuran. & ideo concluditur sequitur dictum inquisitum absolui debere: aliàs iudex incideret in pœnam. c. cum æterni. extra, de re iudi. lib. 6.

CONSI-

CONSILIVM CCLXXVIII.

Punctus quæstionum vertentiũ inter Mascolũ Petrutioli de Spello ex vna parte agentẽ, & Aliam vxorẽ olim Petrilæ Otioli, & nunc vxor. Perrilæ magistri Petri de dicto loco, talis est, videlicet: q̃ visa petitione dicti Mascoli producta corã domino Guadanisco iudice communis Spelli, & postea producta corã arbitro in scriptis, & visis exceptionibus productis contra dictam petitionẽ, tam corã dicto iudice, quã etiam corã dicto arbitro: & visis articulis corã dicto arbitro pro parte dicti Mascoli productis, & visis responsionibus factis super dictis articulis per dictã Aliam: & visis dictis, & attestationibus testiũ examinatorũ pro parte dicti Mascoli in di. causa: & visis exceptionibus dictę Aliæ productis corã dicto arbitro tam cõtra dictos testes, quàm eorũ dicta. & visa sententia, & laudo lato in di. causa per dictũ arbitrum cõtra dictã Aliam, nullo termino dato dictæ Aliæ per dictũ arbitrum ad allegandum de suo iure, antequã esset lata dicta sententia: prout de iure requiritur. nec etiã fuit conclusum per dictas partes in dicta causa. & cõsideraro, q̃ arbiter in dicta snia fecit mentionẽ de quodã Bastardello scripto manu Ser Marini Masarli no. de introitibus pedagij, ipso Ser Marino ad describendũ de introitu non electo per dictã Aliam, & alios consocios dicti pedagij, de quo quidẽ Bastardello, & ipsius productis facta per ipsum Mascolũ corã dicto arbitro: & ad ipsam, productionẽ nõ citatã, & nõ præsentatã, nec sibi dato termino ad accipiendũ copiã, & ad ponendũ cõtra dictũ Bastardellũ. Modò quæritur, vtrum dicta sententia, & laudũ latũ, & dat. p dictũ arbitrũ cõtra dictã Aliã in 14. flor. & pro expen. sit lat. & dat. de iure, nec ne: quamuis dictus arbiter habuerit arbitriũ in compromisso laud. & sententiandi de iure tantũ.

1 *Hæres socij non requisitus à socijs an teneatur stare relationi collectoris per alios socios deputati, vel priuatæ scripturæ factæ sine scientia hæredis.*

In Christi nomine. Licèt credendum sit, q̃ bonus vir bene iudicet, & q̃ sine causa nõ condemnet aliquẽ, tñ nõ debet à iuris tramite deuiare, vt extra de prob. c. licèt causam. & in hoc primo processu considerandũ est, vtrũ sit probata determinati anni societas. & certè nõ est, q̃ bata: si quis testis diligentèr consideret. sed quia hæc est contra conscientiã, præsuppono, q̃ sit proba. & ideo in hoc nõ insisto, procedo vlterius, & certũ est, q̃ ista socie-
1 tas vectigaliũ transit ad hæredes. † sed an hæres nõ requisitus à socijs teneatur stare relationi collectoris per alios socios deputati, vel priuatæ scripturæ factæ non de scientia hæredis, nec eo mandante, nec ratificante. & dicendũ est, q̃ non tenetur stare, nec cõtra eum probat. vt legit, & no. in l. chirographis. in princ. ff. de admin. tut. requirere emi etiã socius sociũ debet, cum sine mandato socij aliquid alteri prædiciale facit, q̃ nõ est ei commissum. nã in re cõmuni nullus ex proprio arbitrio aliquid facere in solidũ debet, sed cõmunicato cõsilio, & q̃ omnes tangit, & c. vt l. fi. de auth. præstan. & l. nã ita diuus, & C. res inter alios acta. per totũ. & l. Sabinus. cum materia sua. & l. qui admittitur. ff. pro soc. & l. si ex duab. de neg. gest. cum sim. & ideo ista mulier nõ tunc dicit stare illi Bastardello. item non est probatũ per testes euidenter de quantitate damni. Si videre instrm societatis, & pactũ in eo insertũ, dicere standũ esse instro, sed hic nõ videt interccssisse instrm cessi, finaliter dico veritatẽ sequendã in omnibus reb. tam socij, vel gerentis, & q̃ debitis horis steterit ad eligendũ, vnde pt negligentia collectoris ab alijs præpositis accedisse, vt in §. si tutores. sed certè mulier ista recepit, ergo ratificauit, sed ista probatio est incerta: quia non est de quanto. finaliter dico non esse plenè probatam damni quantitatẽ contra dictam dominã, nec ei præiudicare dictã priuatam scripturam dicti Bastardelli: loquor de iure tantum. Ser Martinus emi non dicit se interfuisse exactionibus pedagij, sed se scripsisse: quod non sufficit ad probandum hoc, de quo quæritur. pro anima tamen istorum melius esset componere: tamen de iure est, vt dixi, facit C. de sec. nup. l. hac edictali. §. his illud. Bald.

CASVS.

In Christi nomine. Factum sic proponitur, Baptista vendidit Martino quandã domum habitã in dotem inæstimatã ab vxore, & domina Lella hærede vx. promisit eidẽ emptori legitimè defendere, authorizare, & distrigare, &c. sub obligatione suorum bonorum. nunc mota lite de dictare vendita dom. Martino, & nulla facta denunciatione de dicta dote, vel venditori, vel eius hæredi: agit dictus emptor hypothecaria contra extraneũ possessorem, qui possidet quædã bona, quæ dictus venditor habebat tempore dictæ venditionis: & petijt dicta bona sibi relaxari pro defensione dictæ domus.

CONSILIVM CCLXXIX.

1 *Emptor litem contra se motam denunciare debet suo venditori, an teneatur euincatur, aliàs non tenetur venditor; nec contra eum, nec eius hæredem potest agi hypothecaria.*

Excipitur pro parte rei, q̃ dicto actori nõ competit ius agendi, & q̃ eius petitio nõ procedit
1 istis iuribus, & rationib. videlicet: q̃ † hanc litem primò debuit denũciare authori suo, vel eius hæredi, & hoc p. l. emptor fundi. & l. si controuersiã. C. de euict. & l. i. de peri. & cõmo. rei ven. & quia ante rem euictã emptor actorẽ suum conuenire nõ pt, ẽt si facta fuisset denunciatio, vt l. qui rem emit. C. eo. tit. de eui. & l. Herennius. ff. de euic. Ex quo repellitur agens, si nõ denunciauit actori tempestiuè, vt defendat rem, cum potuit, vt ff. de euic. l. si rem, quã. §. vlt. & l. si rem præsentẽ. & d. l. Herenn. Item alia ratione: qa agit super incerto, videlicet: petit rem, p̃ defensione sibi relaxari, nec dixit sua interesse, vel quanti sua interfit aut velit dicere, q̃ ipsa res ipsum defendat in cõtumaciã auctoris sui, qui cõtumax dici nõ pt ante denũciationẽ. Replicatur, p̃ actore, q̃ dictæ leges tũc habent locũ, cũ de euictione agit, sed in, p̃posito non agit de euictione sed de hypothecaria, p̃ defensione rei. Itẽ dixit hoc posse intentare vigore statuti dantis modũ, & formã procedendi. si. q̃ portecta petitione, vel exposita facti narratione, &c. Itẽ vigore alterius statuti, quo cauet, q̃ possit agi hypothecaria cõtra extraneũ possessorẽ: non obstante, q̃ personalis actio nõ sit intentata, vel facta nõ sit excussio bonorũ. Itẽ vigore alterius statuti, quo cauet, q̃ in omnib. causis, p̃cedat simpliciter, & de plano sine strepitu, & figura iudicij, & nõ vitiet, p̃cessus, & cõtingat in eo solẽnitates iuris, vel ordinẽ non interuenire. Itẽ dr̃, p̃ eius parte, q̃ nõ reperiq̃s velit esse his vẽditoris: quare dr̃ denũciationẽ necessariã nõ fuisse. Respondẽ, p̃ parte rei, q̃ oia di. statuta nõ obstãt: qa tũc demũ habẽt locũ di. statuta, q̃ qs possit agere hypothecaria, qñ agẽti possit cõpetere actio p̃sonalis: sed di. Martino nõ cõpetere actio personalis, ẽt si res foret euicta nõ facta denũciatione: multominus realis, quæ accessoria est. Nõ obst. q̃ dr̃, q̃ nõ reperitur, quis velit esse hæres: quia hoc nõ est verũ: quia hoc nõ probauit. Et posito, q̃ nõ reperiretur hæres, tunc ad defensionem rei, nemo esset obligatus: & per cõsequens pro defensione hypothecaria nõ põt cõpetere: qa nemo fuit in mora. Itẽ nõ obst. si dicat, q̃ reus fuit conuentus sine voca. respondetur si possidebat rem obligatã: & sic sciuerit litẽ moram. quare nõ pt ignorantiã allegare, nec fuit alia denũciatio necessaria: qa extraneus possessor cõuentus, nõ erat obligatus ad rẽ defendendã, neq; tenebat se liti offerre. Itẽ nõ obst. si dicat, q̃ cõtra libellũ nõ fuit aliquid oppositũ, quia, p̃ parte rei fuit negata petitio, & etiã fuerunt negata narrata, prout narrãtur in petit. vera esse, & petita fieri debere: & quia reus non habet aliquid probare contra petit. q̃ perita fieri non debeant, cum appareat ex ipsa peti. ideo nõ fuit necesse aliud opponere, sed tunc peti. fuit per iudicem dentibus laceranda. Modò quæritur, nunquid dicta petitio procedat, vel non visa dicta peti. & visis allegationibus partium. Ego Bald.

Adidem. CONSILIVM CCLXXX.

In Christi nomine. Nisi esset notoriũ excus. fieri non posse, dic. domina non potest hypothecaria conueniri. C. de pign. auth. præsente. Quò ad punctum de fructibus dico, q̃ vsq; ad alimenta dotis valet pactum: exinde supra non valet: quia vsura est. ff. sol. matr. l. in insulam. §. vsuras. per doct. propter factum autem ita potest agi hypothecaria, sicut pro datione, quia hypotheca omni obligationi accedit tam dandi, quàm faciendi. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio Vtriusq; Iuris Doctor. & ad fidem me subscripsi, & sign. mei nominis sign.

Punctus quæstionis talis est, do. Abb. Bart. Abb. monasterij S. Christophani de Durã. per se, & suos successores de consensu do. Benedicti Monachi dicti monasterij ibidẽ p̃sentis dedit, cõsensit, & renouauit, p̃ canone nõ soluto domino Guidoni olim can. tut. Francisci, & Dy. filiorũ quondã Ser Colæ, & Bartoli filij olim Ser Nardi stipulãti, & recipiẽti pro dictis do. Francisco,

& Bart. & pro eorũ filijs, & nepotib. vsq; in eorũ tertiã generationẽ completã: ita ꝙ pars morientiũ in superuiuẽtes deueniat, & accrescat certas petitas in instrumẽto contentas. Tractu tpis mortuo dicto tutore dicti Francisc. Dy. & Bar. fecerũt diuisionẽ dictarũ rerum, & dicti Dy. & Franc. de eorũ parte eis cõtingente fuerunt à di. monasterio renouati: & di. Bar. de eius parte similiter renouatus fuit à monasterio supradicto: nec apparet in instrumentis secundæ renouationis factæ Bar. Dy. & Franc. cõsensisse, quarũ rerum quiliber prædictorũ tenuerunt, & possederunt pro diuiso eorũ partem per 10. annos, & vltra. Asseritur ẽt, ꝙ di. Bar. scdò fuit renouatus de dicta parte de di. monasterio vnà cum dña Iacoba eius vxore ignorantib. dictis Dy. & Franc. Anno verò præterito decessit di. Bar. superuiuente dicto Fran. & relicto Nardo eius filio. mortuo verò di. Bart. dictus Nardus eius filius de dicta parte fuit vltimò renouatus à monasterio supradicto: & ipso decedente sine filijs dicta pars deueniret ad dictã dñam Iacobã eius matrẽ & ad Ang. Salueri consobrinũ dictæ dñæ Iacobæ. Mortuo dicto Nardo filio dicti Bar. do. Franc. vigore primæ renouationis factæ dicto eius tutori iurauit possessionẽ dictæ partis, antequã dicta dña Iac. & Ang. cuiusdã rei possessionẽ apprehẽderet. Deinde dicta dña Iac. Ang. similiter dictã possessionẽ iurauerũt sine volũtate dic. Franc. Et inuicẽ se turbarũt, & turbant in possessione prædicta, asserendo se quilibet potiorẽ in dñio, & possessione. Nũc verò ad petitionẽ dom. Fran. facta fuit sequestratio fructuũ dictæ partis, & datus est terminus partib. ad docendũ de iure suo. Allegat pro parte dñæ Iacobæ, & Ang. ꝙ di. dña Iacoba, & Ang. sunt in potiori iure. primò pp diuisionẽ factã inter dictos Franc. Dy. & Bar. Scdò pp renouationẽ vltimam factã dict. Nardo, & dictis dñæ Iac. & Ang. & quia debent dictã partem possidere, pro parte dicti Franc. dicitur, ꝙ dictus Fran. est in dicta parte Bar. potior in dñio, & possessione vigore instrumẽti dicti tutori facta, & pactis ex eo initis, quibus portio deficientis accrescit superuiuenti. nec obstat diuisio, & remissio iuris contenti in instrumẽto diuisioni factæ inter dictos Franc. Dy. & Bar. quia res emphyteutica nõ ꝑt diuidi, & Dy. & Franc. remittendo ius cõpetens eis in parte dicti Bart. diuidendo nõ potuerunt tale ius ab eis abdicare. nec ẽt obstant renouationes factæ postea per Bar. & dic. Nardũ eius filiũ. quia nõ potuerũt fieri in præiudiciũ dic. Fran. & eius iuris ipso Fran. ignorante, & nõ consentiente. Ex quo sequi videt, ꝙ occasione partis ius accreuerit Fran. prædicto, & potior sit in possessione, & Dyn. exclusis dic. D. Iac. & Ang. supradictis. Qui Ang. & dña Iac. vẽ, ꝙ inciderunt in pœnã ex molestatione prædicta, & per consequens fructus sunt di. Fran. restituendi. Quib. visis quæritur, quis sit potior in dicta re, & cui fructus sint adiudicandi.

CONSILIVM CCLXXXI.

1 *Emphyteusis, qua sumpsit originem in persona vnius, derivata tandem in plures quibusdam eorum mortuis, an pertineat ad superuiuentes, an ad ecclesiam.*
2 *Ius accrescendi in contractibus an habeat locum.*
3 *Emphyteusis in suo stipite diuisa dividitur etiam in processu.*
4 *Emphyt. ecclesiastica quinq; requirit ad hoc, vt transeat ad hæred.*
5 *Filius repudians hæreditatem patris, an habebit emphyteusim ecclesiasticam.*
6 *Si emphyt. diuidunt inter se emphyteusim ecclesiasticam, an tunc portio vnius reuertatur ad alterum.*
7 *Si vnus emphyteuta renunciat alteri, an ista renunciatio intelligetur facta fauore ecclesiæ, vel sibi ipsi.*
8 *Ecclesia non potest infirmare, vel rem locare in præiudicium iuris accrescendi.*
9 *Antiquior emphyt. est præferendus.*

In Christi nomine. Ad euidentiã præmittenda sunt aliqua. † in primis tractandũ est, qualiter emphyteusis, quæ sumpsit originem in persona vnius, deriuata tandem in plures, quibusdã eorum mortuis, pertineat ad superuiuentes, an ad ecclesiã reuertatur. Et proponitur, ꝙ fuit concessa vsq; in tertiã generationẽ, vel in generationẽ imperpetuũ: sup. quo dicendũ est, ꝙ aliquib. mortuis, qui supersunt, totũ accipiũt, & si vnus solus supereset, ille solus totum accipit, & iure caduci reuertitur ad ecclesiam. & hoc probatur. 10. rationibus & prima ratio est, ꝙ ille, qui superest, insolidum representat stipitem, & tenet imaginem sui auctoris, id est primi emphyteutæ, & in locũ eius subrogatur. Vnde hoc contingit ex natura subrogationis. Et ex vi representatiua: iste est casus in ca. 1. §. cum verò Corradus, qui feu. da. post. colla. 10. Secunda ratio est: quia generatio mortis causa capit aliter non captura, sed in mortis causa capione habet locum ius accrescendi, vt ff. de fideic. lib. l. Thais ancillam. §. Stichus seruus. Tertia ratio est: quia dictio, vsq;, est dictio repetitiua, & substantiua, vt ff. de euict. l. si rem. §. fi. & ff. quib. mod. vsusfruct. amit. l. si cum in annos. Quarta ratio est: quia quoties ex vno deuenitur ad plures, & randẽ ex illis pluribus reditur ad vnum, totum ius recidit in ipso, & maximè in collectiuis nominibus sicut est nomen agnationis, & nomen familiæ, quæ nomina similia sunt vniuersitati, quæ seruatur in vno omnibus alijs circumscriptis, vt ff. quod cuiusq; vniuer. l. sicut. §. fi. hoc etiã ostendit primus pater noster Adam, in quo totum genus humanũ claudebatur, vt patet Genes. 2. cap. Quintò probatur: quia ratione coniunctionis ciuilis, & naturalis fit quædã consolidatio, vt C. de rei vx. act. l. 1. §. videamus. Sextò probatur ex vi tacitæ ordinationis. nam qñ familiæ relinquitur, vel conceditur, ita ꝙ non alienetur extra familiam, sicut est ex natura emphyteusis, vt no. in l. etiam. §. 1. ff. fol. mat. tunc inter seipsos videntur illi de familia substituti in locis morientiũ, vt ff. de le. 2. l. Titia Seio. §. Seia. qui. §. decidit istam quæstionẽ. Septimum probatur: quia sufficit vnũ de liberis extare ad hoc, vt conditio deficientiũ liberorum videatur esse defecta, vt ff. de cond. & dem. l. pater Seuerinam. §. 1. Cum igitur nõ reuertatur ad ecclesiã, nisi sub cõditione deficientiũ liberorum: quandiu aliquis extat, ad ecclesiam nõ reuertitur vllo modo, vt ff. de pac. dot. l. inter socerũ. §. cum inter patrẽ. vt l. Bebius Marcellus. Octauò probatur, ꝙ ille, qui recipit pro se, & sua generatione, expressè prouidit cuilibet de generatione, & magis cogitauit de generatione, quã de ecclesia, & ideo quilibet de generatione excludit ecclesiam, vt C. de impub. & alijs substi. l. pen. ff. ad Treb. l. hæredes mei. §. cum ita. supereset eã persona, quæ ex præsumpta intentione cõtrahentium repellit ecclesiã, vt ff. de prob. l. si pactum. §. fi. Nonò probatur per simile: quia patronatus ecclesiæ, licet non diuidatur in substantia: tamẽ diuiditur in vocib. & ideo dicimus, talis habet dimidiam vocem, vt in c. 1. de iure patr. in cle. Pone ergo, ꝙ patronus decessit relictis duob. filijs: deinde vnus decessit sine hærede: nunquid ergo superstes habebit dimidiã vocem. certè imo habebit totã, & integram, & nihil libertatis redit ad ecclesiam. 16. q. 7. c. considerandũ, & ff. de assignan. libe. l. vtrum. ff. de iureiur. l. si duo patroni. Decimò probatur per id, quod habet in feudis. 10. coll. an filius vel agnatus. c. 1. & de gradi. succ. in feu. ca. 1. & confirmatur naturali exemplo arboris habentis pullos. Nam omnibus cõputatis vno excepto tota virtus stipitis influit in illo. hanc opinionem tenent cõmuniter omnes, & maximè Bart. ff. de verb. obl. l. si mihi, & Titio. † Sed cõtra hoc opponit, quia in cõtractib. nõ habet locum ius accrescendi nisi in vsufr. vt ff. de vsufr. accref. l. 1. §. interdũ. & d. l. si mihi, & Titio. sed respondeo. Istud est verum, nisi in expressa, vel tacita conuentione partium, vt ff. de contrah. emp. l. fundus ille. nam in contractibus licèt cesset ius accrescendi legale, tamen nõ cessat ius accrescendi conuentionale, sed probatũ est superius euidenter, ꝙ tacitè videtur hoc actum. Præterea illud est verũ in meris cõtractibus inter vinos, secus in donatione causa mortis, vel mortis causa capione: vt C. de cad. tol. l. 1. in fi. & quod pater recepit pro filijs, videtur vltimum iudiciũ, ergo habet locum ius accrescendi. vt C. fam. erc. l. filiæ cuius. apparet igitur superstitem totum consolidari lege legis, & lege significationis, & complexiuæ orationis, accedit etiam lex naturæ, ar. ff. de vulg. substi. l. cohæredi. §. qui discretas, & hoc est ipsas veritas. Secundò premittendum est, † ꝙ quando emphyteusis in suo stipite est diuisa, dividitur etiam in processu: vnde si fuit ab initio cõcessa duobus fratribus de generatione vnius, nil accrescit generationi alterius, sed suo stipiti, siue columnello duntaxat, vt 10. col. de duobus fratrib. de nouo beneficio inue. c. 1. nimirũ: quia quilibet suo generi prospexit, vt in Auth. de non alie. §. emphyteusi. col. 2. nisi esset expresè dictũ, ꝙ de vno reuertereretur in alterũ. hoc eñ pactũ valet, vt no. ff. de do. in magna gl. & ff. de posi. l. Publia. & ẽt de do. quæ sub modo. l. quoties. Tertiò est præmittendũ, † ꝙ emphyteusis ecclesię quinq; requirit, ꝙ sint descendẽtes, & hẽdes, ita ꝙ nõ transit, nisi sint hẽdes, qñ requirit ius hẽditariũ, sed super hoc est respicienda forma contractus emphyteusis. † Et isto casu etiã repudiata hæreditate paterna succedũt posteriores in emphyteusi, vt C. de inoff. testa. auth. vnde si parens. & de hoc

de hoc no. per Bar. in l. vt iusurandi. § si liberi. de ope. lib. & per Cy. in l. liberti, libertæq;. & p gl. in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pac. Et hic posset dubitari, quid si repudiat hẽditatẽ patris, & nõ fratris. sed hoc dubiũ soluit per l. qui se patris. C. vñ liberi. Quartò est præmittendũ, † ꝙ licèt diuidant emphyteutica inter se, per hoc nõ tollitur, quin de vno ad alterũ reuertatur portio caduc. Ista enim diuisio, quæ fit nascitur ab illa intellectuali diuisione, quæ fit ipso iure inter hẽdes, & est eius executio, nec mutat naturã rei, vt ff. de act. emp. l. Iul. §. Celsus. Quintò est præmittendum, † ꝙ licet in ipsa diuisione vnus renunciauerit alteri, tñ ista renunciatio causatiua, & nõ absoluta nõ intelligit facta fauore ecclesiæ, sed fauore fratris. vñ quò ad ecclesiã nihil operatur, vt C. ad Velle. l. iubemus. & est expressum in 10. col. si de feudo defuncti controuersia fuerit c. fi. ꝙ incipit Titius. vbi est tex. valde notabilis. Vltimò præmittendũ est, † ꝙ ecclesia nõ ꝑt cõfirmare, vel relocare in præiudiciũ dicti iuris accrescendi, vt ff. de aq. plu. arc. l. in cõcedẽdo. & l. in diẽ. in fi. vbi est tex. no. maximè qa ꝙ subiacet mortis cã capioni, vt subiacere vltimæ voluntati, & ideo nõ ꝑt alienari, vt C. cõia de leg. auth. res quæ. & est expressum in c. 1. qui successores teneant, col. 10. Ex prædictis igit̃ apparet, † ꝙ antiquior in emphyteusi ꝑferẽdus est: qa nouissimus nõ hẽt naturalẽ inuestituraꝫ, vt ff. de publicia. l. finaũt. §. si duob. & C. de do. ante nup. l. fi. ante. C. de pig. l. si superatus. & ponderaꝫ dico, qa nõ inuenies ita pfectè, & ita verè alibi. & ꝙ dixi de inuestitura antiqua præferenda nõ obstante diuisione, & inuestitura noua, probat notabiliter, & expresè. 10. col. de susc. fe. cap. 1. §. hoc quoq;. Et ita dico & consulo. Ego Bald. de Perus. V. I. D. & ad fidem me subscripsi, & signo mei nominis sign. Et idem quod supra consultũ est, dico, & consulo ego Honofrius de Perusi. legum doct. & ad fidẽ me subscrip. & sig. mei nominis sigillari feci. Et ita & illud, quod ẽ consultum est per præfatum dominum Bal. & dominũ Honofrium ita & illud idem dico, & consulo ego Iul. Vini de Per. legum doct. in quorũ testimoniũ prædictis me subscripsi, & meo solito sigillo sigillaui.

CONSILIVM CCLXXXII.

1 *Maritus instituto ab vxore quantum debeat habere attento testamento patris dicta vxoris, in quo substituit per fideicomm. præmorienti sine liberis, &c.*
2 *Substitutio in dote an fieri possit.*
3 *Dos non venit in fideicommisso, nisi fiat expresè mentio de dote.*

Adde consilium sequens.

In Christi nomine. Quidam Ser Cola habens 1800. in bonis. Et habens duas filias legitimas & naturales videlicet Hermiliam, & Paulutiam, & vnã neptem ex filio præmortuo, videlicet Nicolutiã, veniens ad mortẽ fecit testamentũ, in quo dictæ Hermiliæ, & dictæ suæ nepti prælegauit 600. quæ cuilibet prædictarũ pro dote dederat, dictæ verò Paulutiæ prælegauit 40. quę pro dote sua dederat Daniello suo marito. Item vt esset æqualis dicta Paulutia cum prędictis Hermilia, & Nicolutia reliquit, & iudicauit de bonis suis eisdẽ Paulutiæ 200. lib. dena. Et in prædictis relictis, & prælegatis eas omnes scilicet Hermiliã, & Paulutiam, & Nicolutiã sibi hæredes instituit, iubens esse tacitas, & contentas, & ꝙ plus petere, &c. In omnib. alijs bonis suis mobilib. & c. prædictas suas filias, & neptes hæredes vniuersales æquis portionib. instituit, atq; fecit. & si aliqua, vel aliquæ earum sine filijs legitimis morientur, substituit sibi superuiuentem, & superuiuentes etiã ea adinuicẽ instituit, & substituit. Modò accidit casus, ꝙ mortuo testatore decessit vna ex dictis filiabus scilicet Paulutia sine filijs cõdito testaméto, in quo sibi hæredem vniuersalem instituit maritũ. Quæritur ergo, quid, & quantum vigore talis testamenti debeatur marito de bonis dotalibus dictæ filiæ prædefunctæ, attento testamento paterno, in quo superuiuentes substituit per fideicommissum prærnorienti sine liberis: & præsuppositio, ꝙ ipsa Paulutia agnouerit iudiciũ præ-1 dictũ, acceptando legatũ 200. librarum, & hæreditatis. † Et videtur primò, ꝙ maritus hæres institutus ab vxore in omnibus eius bonis succedat. nam tres sunt casus, nam aliquando pater dotans filiã stipulatur eam sibi soli reddi, & tunc gl. in l. C. de rei vx. ac. §. videamus. dicit, ꝙ mortuo patre etiam tali casu actio de dote consolidatur filiæ, quã gl. tenent quidã doct. & quidã alij reprobant. & quia non est casus noster, dic, vt d. §. videamus. per Cy. & per Bar. in l. post dotem. ff. fol. mat. Interdũ pater dotans nullã adhibet stipulationem de dote restituenda sibi, vel filiæ: & tunc succedit iuris cõmunis dispositio, quę vult, ꝙ cum actio de dote sit communis patris, & filiæ, patre præmortuo actio filiæ consolidetur, vt ff. fol. mat. l. 2. vers. ꝙ si in patris. & iste etiam non est casus noster. Interdũ pater dotans stipulatur sibi, & filiæ dotem reddi: vt est in casu nostro, vt apparet ex instrumento dotali, & tunc sine dubio patre mortuo dos consolidatur filiæ, & eius propria fit, vt d. §. ꝙ si in patris & ff. de leg. 3. l. uxorem. §. filiæ. & ibi per Bart. ergo nõ venit in fideicommisso: quia bona propria hæredis non veniunt in fideicommisso vniuersali. ff. de vulg. substi. l. cohæredi. §. cum filiæ. In contrarium, ꝙ non de tota, sed solùm de dimidia potuerit testari, sic probatur: filiæ de restituendo grauatus, aut grauatur purè, aut sub conditione, si sine liberis. primo casu detrahit vnam quartã tantum, & quatenus est plus in altera. secùndo casu est opinio inter doct. iuris ciuilis: vtrum detrahat duas quartas, vel vnam tantũ. & communiter tenetur, ꝙ duas, cum non incidant in idem tempus detractionis, vt no. C. ad l. fal. l. quanquam. & ff. de inoff. test. l. Pap. §. meminisse. in Auth. de retti. & ea, quæ parit. §. quamobrem. in Auth. de hær. & fal. §. si quis autem non implens. & in l. filium, quem habent rem. fam. erc. sed de iure canonico est expeditum, ꝙ detrahit duas quartas, vt extra de testamentis. c. si pater. lib. 6. & eo. tit. c. Raynut. & c. Raynald. & vsus mundi stat in hac parte canonibus: nam Papa potest interpretari leges, cum interdum Papa vacante Imperio possit condere iura ciuilia vice Imperatoris, argumento, extra de re iud. c. pastoralis. in fi. in cle. vnde sẽm opin. doctorum debent cedere authoritati Beati Pet. & non præcedere. sequimur ergo in hoc decretales prædictas. Ex quibus apparet, ꝙ cum prædicta filia fuerit grauata sub conditione, si sine liberis decesserit, si conditio extiterit, ꝙ non potuit testari de dote, nisi vsq; ad dimidium per iura prędicta. nam cum pro dote fuerit ei dicta quantitas 600. librarum prælegata, & postea grauata, tale prælegatũ venit in fideicommisso. ad Trebel. l. Marcellus. §. quidam liberis. & de fideicommissis. l. 2 cum virum. cum sim. † Nec obst. si dicatur, in dote non potest substitui, vt ff. ad Trebel. l. Lucius. §. marirus. quia aut tu quæris, vtrum possit substitui vulgariter: & dico, ꝙ sic, cum in eius potestate sit, vtrum velit, vel nolit. C. de hæredi. inst. l. cum proponas. Aut vtrum possit substitui per fideicommissum. & dico, ꝙ non: nisi quatenus est supra legitimam, vt d. §. videamus. per Cyn. & d. §. maritus. per Bart. nam fideicommissaria substitutio est grauamen, vt l. ex tribus. C. de inoff. testamento. & de legitima omne grauamen ipso iure amouetur. C. de inoff. testamen. l. quoniam in prioribus cum ergo dos prædicta computato liberorum numero sit vltra legitimam: ergo quatenus est vltra, tenuit substitutio: tamẽ de illo, quod est vltra, deducitur quarta Trebellianica, cum substitutio fuerit fideicommissaria. potuit ergo filia prædicta de dicta dote testari vsq; ad legitimam, & quattam residui, à legitima supra, & sic vsq; ad dimidiam dotis prædictæ facta computatione, cum ab intestato esset habitura tantum, quantũ fuit dos sibi data, cum essent duæ filiæ, & vna neptis, & in bonis 1800. Et hæc vera sunt, si prædicta filia agnouit iudiciũ patris, acceptando hæreditatẽ, & lega. 200. librarum. sed si nõ agnouit hæreditatẽ, seu repudiauit, nõ potuit ei substitui in dote data, quæ dos exinerat de bonis paternis. C. de inoff. test. auth. vnde si parens. si dicta dos habetur ærisalieni loco: vt l. vlt. ff. de coll. dot. nam in dote data non ꝑt apponi grauamen per patrẽ, nisi consentiente filia, vt l. quoties. ff. sol. mat. si ergo ista filia agnoscẽdo iudicium patris consentit, valet substitutio, quatenus dictum est: aliàs non. & si dicatur, quomodo institutus in re certa detrahit Trebel. Resp. quia illa institutio ex re certa confusa est in institutione vniuersali per additionem he-3 reditatis: vt ff. de leg. 1. l. ab omnib. §. si à Titio. † Sed Bart. tenet, ꝙ dos nõ veniat in fideicõmisso, nisi fiat expresè mentio de dote: vt ipse no. in d. §. maritus. & ideo dñs Bal. circa hoc aliter dicit, vt patet in consilio sequenti. Ego Franciscus, &c.

CONSILIVM CCLXXXIII.

1 *Substitutio an in dote possit fieri, & venit in fideicommisso.*

In Christi nomine. Pater habens tres filias dotauit vnã, dando pro ea viro eius 40. in dotem. & tandem veniens ad mortem reliquit ei 200. pro augmẽto, & adæquatione dotis. Itẽ alijs duabꝰ filiab. reliquit 600. s. cuilibet ipsarũ pro dote. & postea in eodẽ testamen-

testamento hæredes vniuersales ipsas easdē instituit, & ei, quæ sine liberis moreret, substituit superuiuentes. decessit dicta nu-
1 pta à patre. † Quærit, an aliquid de dictis 600. libris eidem pro parte datis, pro parte relictis, veniant in dicto fideicōmisso vniuersali. & vī, q nō: qa dos nō venit in fideicōmisso, nisi testator hoc dicat expresse, vt ff. ad l. fal. l. pater filiā in prin. & ff. ad Tre. l. à filia. & C. cōia de leg. Auth. res, quæ. nā dos est nō prælegata. & hoc vī tenere Bar. ff. ad Treb. l. Luc. §. maritus. Et pro hoc ratio: qa ista dos est loco æris alieni, vñ filia tanquā creditrix pt vti iure retentionis, vt. ff. de coll. do. l. fi. & l. q liberos. de ritu nup. Sedō vī dicendū, q dos quatenus fuit data, non veniat in fideicōmisso, vt dictis legib. sed quatenus fuit prelegata sic. Et est ratio: qa quatenus fuit data, exinit de bonis patris, & factū est p priū patrimoniū filiæ. ff. de min. l. deniq; §. sed verum. Sed in fideicōmisso vniuersali non veniunt propria bona hæredis, ergo nec data dos. ff. de vulg. subst. l. cohæredi. §. cum filię. Sed illa ducenta, quæ fuerunt prælegata, bene vīr venire in fideicōmisso: quia sunt in bonis patris: nā & dos ad patrē reuersa veniret in fi-
deicōmisso, vt no. in l. pater filiā. Item quia primò prælegauit, & postea rogauit. ff. ad Treb. l. Marcell. §. quidā. C. de fideic. l. cū virū. Item quia iam erat nupta, & dotata, potest minuere fideicōmissum pro augmento dotis. ff. de act. & obl. l. obligamur. §. lege. quia pater iam functus erat nubendi necessitate, & pietate dotandi. Sextò videtur dicendū, vt æqualitas seruetur inter liberos. C. de coll. l. illud. C. cōmunia vtriusq; iud. l. fi. Quod aūt omnia sexcenta veniant, quatenus sunt s legitimā, aut nihil, absurdum est enim dicere, q in persona alterius. ff. de vulg. subst. l. Lucius. nam si aliæ filiæ non nupte essent prius mortuæ, ista nupta debet admitti ex substitutione, etiā in prælegatis. & ideo videtur dicendum, q testator videatur de toto sensisse: quia charitas liberorū hoc suadet: & quia in testamento testator dotauit: tamē quatenus est s legitimā, non debet restitui. Item si abstinet ab hæreditate, non tenet. C. de inoff. test. auth. vnde si parens. quia non tenetur ad fideicōmissum vniuersale ille, qui repudiat hæreditatē, & nō est compulsus adire eam. ff. ad Treb. l. quia poterat. Sed ad ducentas libras prælegatas forte tenebitur per dictum. §. quidam liberis. ff. de leg. 2. l. miles. §. 1. ff. de leg. 1. l. & quid tot. Quia excedunt legitimā, & potuit in eis grauari. ff. fol. mat. l. si cum dote. §. si pater. Non obst. l. à filia: quia ibi dos exiuerat de bonis patris, hic istæ ducentæ libræ erant in bonis patris. Item hic in præfationibus fuit facta mentio dotis, ibi nō, & sic non obstat. Et ita dico, & consulo. Ego Bal.

CONSILIVM CCLXXXIIII.

In Christi nomine.

D. Raynutius condito testamento solenni, in quo amitas hæredes instituit coram 7. testibus. Agens postea in extremis, sanus tamen, vt dicitur, mente, & habens deliberandi potentiam, corā 5. testib. quatuor masculis, & vna fœmina, deductus ad considerationem, & q ipse erat, & domus sua tentus, & tenta in statu per dominum Cathalanum fratrem suum patruelē, interrogatus, an reliquerat bona sua dicto domino Cathalano. Quæritur, supposita sana mente testant. & dicto relicto pro vero. Ita quod non sit aliud dubium, nisi de solennitate propter minorem numerum testium: an dictus D. Cathalanus habeat ius, nec ne: & in quanta portione.

Ad idem.

1 *Testamentum coram quinq; testibus, an valeat de iure canonico, ciuili, vel diuino.*
2 *Dictio, alis qualis, quid importet.*
3 *Consuetudo quid sit.*
4 *Statuta cuitatis regalium valent, sicut statuta totius prouinciæ.*
5 *Legatum, quod non valet iure institutionis, an valeat alio modo per clausulam codicillarem.*

In Christi nomine.

In libro Esdræ dī, q fortis est mulier, fortis est Rex, forte est vinum, sed omnia vincit veritas. lex dicit, vbi constat de veritate non curamus de solennitate. C. de fideic. l. quæstionem. & iusti. de fideic. hær. §. fi. Et Christus in Euang. Ioan. dicit, duorum hominū testimoniū verum est, & lex Mosaica dicit. In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum. & Papa dicit, q valeat † testamentū coram duobus testibus idoneis, & approba. extra de testamentis. c. cum esses. c. relatum. doct. & gl. aūt q illa capitula. c. cū esses. & c. relatū, loquūtur tm ad pias causas. & patet, q illud capitulū, relat. restringit capitulū, cum
2 esses. ad pias causas, ibi dum dicit, aliqua causa talis. † Nā dictio, talis, est dictio restrictiua ad similia, & dissimiliū exclusiua. nam istæ dictiones, talis qualis, sunt dictiones consonantes, vt in diuina scriptura ibi: qualis pater, talis filius. ff. si cer. pet. l. cū quid. Alij dīt in terris, & foris ecclesiæ seruandū capitulū. cum esses. & ideo corā episcopis hītib. ab ecclesia tpalē iurisdictionē non esse necessariū numerum, nisi binarium. Sed in alijs foris distinguūt: aut ad pias causas, & idem fauore illius, & pauperū: aut in alijs, & tunc seruandū ius ciuile, & ita fertur Inn. quartū pronūciasse in publico cōsistorio. Nunc ergo est videndū de minoribus ciuitatis illius, & de statutis: vtrū regantur legibus, an canonib. an tertio quodam, & proprio iure scilicet municipali. ff. de iusti. & iur. l. oēs populi. Cōsueta eñ sunt quodā modo iura nata-
3 turalia in loco illo, vnde Arist. † dicit, q cōsuetudo est altera natura. ad q facit insti. de rerū diui. §. paūonum. & in l. 1. §. bestias. ff. de postu. Et decretū dicit, quelibet prouincia in suo sensu abundat. & quædā ciuitates hñr instar prouinciæ, vt no. C. de præ-
4 scr. lon. temp. l. fi. † Vñ statuta regaliū ciuitatum valent, sicut statuta totius prouinciæ, q est no. In cōtrariū vī: qa amitæ fuerunt solenniter institutæ, sed D. Cathalanus nō fuit institutus solenniter, nec erat ab intestato successurus, ergo dictū relictum factum D. Cathalano fuit nullū. ff. de leg 3. l. si mater. C. de testamentis. l. hac cōsultissima. §. pe. & in Auth. de testamētis imperfect. §. 1. Nec ob. capitulū cum esses. & c. Ray. & c. relatū, qa nō loquūtur in hær. insti. sed in legatis, & in fideicōmissis deuolutis ad executionē, vel protectionē diœcesanorū: nā nec lex vlt. C. de fideic. quæ veritatē tueť, pt in hæredis institutione intelligi. ff. de adim. leg. l. 3. §. non solū. & l. ex parte. Ex eo eñ hereditas nō pt adiri. l. 1. ff. de iniu. test. l. 1. ff. de test. ideo inutile: & vtile p
5 inutile nō vitiať. † Quod p hoc vī tenendū, q relictū factum D. Cathalano nō valeat iure institutionis. Sed an valeat tanq̄ simplex relictū. Multis eñ modis relinqui pt: vt intelligamus, q sit relictū taliter, q valeat, sed iure codicillorū in fideic. In hoc dicendū est, q aut D. Ray. voluit D. Cathalanū instituere hæredē vniuersalē, & non valet institutio. Aut voluit simpliciter sibi bona relinquere, quoquo relicto titulo, & valet iure fideicōmissi. Aut dubitatur, & idē. ff. de hær. inst. l. his verbis. qa q simpliciter ago, valet, vt valere pt: quia nemo præsumitť elegisse viam ad sua iudicia impugnanda, vt l. 3. ff. de mili. test. & C. de testa. l. non codicillū. nisi essent verba derogatoria in volūtate prima, & non incerta. ff. de leg. 3. l. si quis in prin. testamenti. Et ideo super isto negocio visis, & inspectis dictis testiū non pt dari consiliū, nisi cum distinctione, vt dictū est, & vera sunt. Nā licet veritatē amemus. ff. de cond. & dem. l. cum ita legat. tū ista veritas debet esse cōdita sale sacrarū cōstitutionū. C. de fideic. l. si veritas. nec est peccatū nuda veritate, & inefficaci relicta sequi sacratas cōstitutiones: qa veritas legū adminicula desiderat, aliàs leges essent fatuæ, q est ridiculū, & temerariū sentire, non dico adminicula verborum, sed legum, vt C. si vt se ab hærede absti. l. 1. depositi. l. bona fides. Et ita dico, & consulo. Ego Bal. &c.

CASVS.

In Dei nomine. Factū tale est. Nobilis vir D. Ray. quon. Menecutij Egydei D. Andreæ de Tuderto fuit ad mortem grauiter infirmus in quodā castro nobiliū dominarū D. Gemmæ, & D. Iacobæ filiarum quondā dic. Egydei: ibidemq; in mortis angustia cōstitutus ad instantiā dict. D. Gemmæ interrogatus, si volebat, q dictæ dñæ essent eius hæredes vniuersales, dē respondisse, q sic. indeq; rogatus fuit No. qui instrūm testamenti, & vltimæ voluntatis dicti D. Ray. dicit confecisse in forma cōi corā 7. testib. vt asseritur, rogatis, postquam in mente ad dictum D. Ray. infirmum intrauit vnus ex filijs nobilis militis do. Cathalani. & dixit D. Ray. q ipse mirabatur de dicto testamēto, q debuerat relinquere dict. D. Cathalano, in quo stabat, & pendebat totus status domus eorū, & amicorū suorum. vñ d. D. Ray. respondit, nolo, q dictum testm valeat, sed volo, q bona mea sint D. Cathalani. & hoc fuit pūtib. quatuor testib. masculis, & vna muliere 5. teste, adhibitis ad hoc, cum per potentiā dict. D. Gemmæ plures hñi nō possent, nec intrare ad d. testatorē. Modò quæritť vtrū de iure ciuili, canonico, vel diuino d. D. Cathalanus habeat ius, & cū bona sua cōscientia possit tenere, & hæc bona quō. d. D. Ray. militis creati per illust. Principē D. Stephanum Ducē Bauariæ Sacri Imperij Comitē, qui D. Ray. erat nepos patruelis d. viri Cathalani, & d. dñæ erant dotatæ, & renunciauerunt bonis d. quondam Egydei ante eius conditum testm.

Ad idem. CONSILIVM CCLXXXV.

1 *Testamentum factum coram 5. testibus an valeat de iure ciuili, canonico, & in foro conscientiæ, & an tollat primum factum coram 7. testibus.*

In Christi nomine.

Si quis † iuris ciuilis originē considerat, inueniet, q antiquitus, antequā scriptæ emanarent leges, constitutiones principum, & edicta prætorū, valebant test. licèt 7. testes nō essent adhibiti vno contextu, & rogati. idq; procedebat ex naturali, & libera iusticia, quæ tuebatur substantiā voluntatis vltimæ. hoc erat illo tpe, qñ sola veritas hominib. sanciebat. postea verò hominū prauitate crescente cœperūt esse necessariæ leges, cōstitutiones, & edicta prætorū pp testatorū sinceritatē, vt nulla fraus adhibeaťr, vt inst. de test. §. 1. & C. de fideic. l. quæstionē. & hoc ex authoritate condentiū iura pro bono publico introductū appellatur, & ex eo hēditas aditi nō pt, vt ff. de iniu. test. l. 1. à simplicitate ergo illius rudis, plani, & simplicis seculi recessum est causa extirpandarū falsitatum, vbi per ampliores homines perfectissima veritas reueletur, & malitijs via præcludatur, vt d. l. quæstionē. facit C. qui test. fa. pos. l. hac consultissima. §. fi. & in hoc ēt ius humanū distinguit ius diuinum ex ptāte data Imperatorib. & legislatorib. ab ipso Deo. nam pro vtilitate mundi, & sano regimine vniuersi Deus dedit regib. & Cæsarib. prātē statuendi inter subditos suos, alioquin frustra fecisset eos Vicarios in tpalibus, vt extra de maio. & obe. c. solitæ. C. de leg. l. 1. in fi. sic infero, ex causa, factū superioris emendatur, seu interpretatur. ff. man. l. si hominē. Nec per hoc cōtradicit dño, qa offendit verba, sed nō mentē, id est rationē, seu cām. Porrò in te stamētis ordinandis nō sufficit sola volūtas, sed debet esse volūtas iusta, id est solennis. ff. de test. l. 1. nā iuris authoritas in ea cōprobanda requiriť, aliàs nō valet, vt l. cerdonē. ff. de opc. li. & ff. de hær. inst. l. pater. ff. de leg. 2. l. codic. §. fi. adeo q si notarius cōficiat publicū instrm sine solēni volūtate, tenetur pœna falsi, vt C. de test. l. iubemus. in fi. quia nō fuit legitimè rogatus, vñ non debuit scribere, vt in auth. de tabell. §. fi. coll. 4. nec aliter vī dicendū in foro instīciæ & cōscientiæ: qa vbi lex ciuilis statuit tale statutū ēt in foro canonico causarū, & etiā in foro pniali conscīarū seruandum est, nisi aliàs insit peccatum, & dolus. extra de præscr. c. qñ oēm. sed hic lex statuit nō valere, ergo cum alijs, in quem volūtas dirigitur, nō habeat ius, ille, qui habet ius, tenet absq; pacto, cū de iure alieno non vsurpatur, q non est alterius. Alioquin esset dicere, q vitio legis ciuilis multi essent illaqueati, & damnati, q vī absurdū, cum bona sit lex, & expediens humano gñi, & legis statuta bona excusent conscientiā à peccato, nec habemus rimari rationē, sed cōstitutionē, vt no. Inn. de im. eccl. q pluries. in fi. Nā, p rationē sufficit, q ita scriptū est, vt no. 1. dist. c. ius gñale. De iure aūt ciuili expressum est, q testm solēne nō tollit p minus solenne, nisi adsint quinq; testes, & in scdo sint scripti venientes ab intestato, nō in primo. C. de test. l. hac cōsultissima. §. pe. nā tunc cum valeat scdm iure intestati, oportet, vt ille, cui prodesse dī, sit de venientib. ab intestato. ff. de iniu. test. l. 2. hoc eñ est dictū iure intestati. q inst. in scdo, ex quo non pt adiri hēditas de mero iure ciuili, habeat ius ab intestato. Sed ille nō est casus noster: ergo testm primū solenne perdurat. ff. de testō mili. l. milites codicillis. §. veteranus. & de iure ciuili ista est ipsa veritas. Et ideo cum simus in terra ecclesiæ, vt dī, videamus, quid iuris scdm canones. s. an valeat testm nō solenne, q apud iudiciū ecclesiæ cōstat esse verū, quia fide dignis testib. trib. vel plurib. est probatū. Et in ista materia sunt plures opiniones. quidā dīt, q ad pias causas, vel loca pia valet, alias non. Alij dīt, q in terris ecclesię valet, alibi non. Tertij dīt, q si probatū est p testes duos, & presbyterū, valet, alias nō. Quarti dīt, q si testes sunt fide digni, valet, aliàs nō. & hæc leguntur, & no. extra de testamentis. c. cum esses. & c. relatū. Opin. quæ dicit ad pias causas, vel loca pia valere, ad alia nō valere, probat per c. relatū. ibi dū dicit, aliqua causa tal. nam dictio, talis, est dictio restrictiua, ergo à cōtrario sensu, secus in caulis non talib. Opinio verò, q dicit, aliud in terris eccl. q imperij, probat, qa illa duo capitula loquunť de epis terrarū ecclesiæ, subditis eñ imperij nō pt Papa imponere legē. Opinio verò, q dicit de presbytero, p-
bat signāter in c. cum clles. tex. dicit, corā presbytero. nec mirū, qa presbyteri sunt publicæ, & aut. psonæ, vt. ff. de iust. & iu. l. 1. §. publicū. & sunt iudices animarū, q non minus est, q̄ esse iudicē tpalem, & testm apud iudicē tpalem factum valet cum minori numero testiū. C. de testamentis. l. omniū. & l. sanctimus. nil erago mirum, si decretalis dispōnit idem in presbytero. & ita seruant Veneti, & iure gentiū ita esse vī, q in ore duorum, vel triū testium idoneorū stet omne verbū. ff. de test. mil. l. 1. per Iac. de Are. & Bar. & facit, q no. de iur. & fac. ign. l. si post diuisionē. dgl. & l. cum quis. Quarta autem opinio fundatur, q constito de veritate, non debet curari de solennitate probatoria, vt inst. de fideic. hær. l. fi. & d. l. quæstionē. sed ibi loquiť de fideic. non inst. hær. quæ solennior esse debet, vt no. ff. de adim. leg. 1. 3. §. non solūm. & l. ex parte, & C. de test. l. nostra. Quid dicemus? pondera, q capitulū, cum esses, inducit cōtra ius ciuile tres rationes, sed ius diuinū sanctorum patrum instituta, & generalem ecclesiæ consuetudinē, ex quibus apparet, q non debet dici solennitas etiā extrinseca, sed mera probatio, quę pt fieri p idoneos testes, quorum dictis lux veritatis affulsit. & istæ tres rationes sunt generales, & tota cōstitutio intelligitur generalis. l. regula. §. fi. ff. de m. & fac. ign. ratio enim statuti ampliat statutū, si generalis est. ff. de excu. tu. l. non solùm. §. qui primipilum. sed vbi est ista cōsuetudo gñalis, de qua ibi loquitur, certè in Italia nō est, imò est in contrariū, nisi in quibusdā locis, vt Venetijs, nisi in testis, quæ pertinent ad tuitionem ipsorum, quibus ipsis scribit Papa: sicut sunt testamēta, in quibus relinquitur pro anima. C. de sacrof. eccl. l. 1. in repetitio. Bar. & mea. in c. ad nostrā. 2. de iureiur. p Inn. qa ad pias causas sunt, vt. ff. de leg. 2. l. si quis Titio. Nouellator in d. c. cū esses. sentir, q subtiliter iuris ciuili sit derogatū in terris ecclesiæ, intelligo, q̄ sunt de plena tpali iurisdōne ecclesiæ, & ita q rogantur merè scdm ius canonicum, alias obtineat ius ciuile, & statuta locorū, præsertim si sint p ecclesiam, vel cōstitutiones ecclesiæ approbata, quia huiusmodi sunt de iusticia positiua, & non hīt eandem vim vbiq; locorū, sicut habet ius naturale, vt. C. de testamētis. l. si nō speciali. & l. fi. & no. ff. de cōsti. prin. l. 1. Sed cōtra hoc facit tex. dicti cap. cum esses, qui tollit locales leges, & cōsuetudines, quasi inducant peccatū, & rebel lent iuri diuino, quia instringunt veritatē. Legista habet tenere, q nō valet canonista q valet, scdm eōem opi. canonistarū, quia veritas præualet, & quia cessante præsumptione falsitatis cessat finalis ratio iuris ciuilis, & succedit scda: quia vltima voluntas est seruā. 13. q. 2. c. vltima voluntas & 11. q. 1. c. Silnester. legista aūt militat in foro Iustiniani, canonista aūt triūphat in foro B. Petri. & ideo tributalia distingue in disceptationibus fori cōscientię, aut tractarū cōscientiæ relinquo theologicæ inquisitioni. Multa alia tanguntur in puncto, quæ nō prosequor ad præsens, quæ faciunt pro domino Cathalano. & adde quæ no. Inn. de immu. eccl. c. quia pleriq;. in fi. & s̄ retigi. Et ita dico. & cōsulo sequendo Io. And. ego Bal. de Pera. V. I. D. salua correctione cuiuslibet melius decidentis. & ideo me subter. & sigillo mei noīs signaui. sequendo autē ius ciuile, oportet sequi dictā l. hac consul. §. pe. quia Iustini. in hoc fuit præcisus. C. de fur. l. Ancillæ. sed sequēdo com. opi. canonistarū prævalet veritas, vt plenè dictum est.

CONSILIVM CCLXXXVI.

1 *Processu pronunciato nullo an dicta testium, qui deposuerunt in ipso, & fuerunt publicata, valeant in alio iudicio.*
2 *Indefinito sensus folij an intelligatur repetita in fol. seq.*
3 *Instrumentum sine inductione est nullum: potest tamen per statutum statutis contrarium.*
4 *Legatū factū, quando nupserit, an debeatur mulieri mortua ante nuptias.*
5 *Euenientę casu fideic. subst. restituto fideic. est.*
6 *Præscripto statuario interrumpitur per citationem.*
7 *Stante statuto, quod in dote non currat præscriptio, an currat in legato dotis.*
8 *Præscriptio, qua non currit in dotibus mulierum vigore statuti, an currat hæreditibus mulierum.*

In Christi nomine.

Super primo puncto, quo quæritur, an processu pronunciato nullo dicta testiū, qui deposuerūt in ipso, & fuerūt publicata, valeant in alio iudicio. dicendū, q si causa pronūciationis, & forma eius respicit totū processum, puta: qa fuit inordinatè processum, tūc qa testes nō fuerunt rité recepti, non valent eorū depositiones in aliquo iudicio, vt in c. Pisanis. extra de test. spol. & c. testib. de testi. in cle. quia quod in iudicio sic si-
2 ne ordine, ipso iure non tenet, vt l. prolatam. † Super secundo puncto, vtrū indictio vnius folij intelligat repetita in fol. seq. dicendum,

cendū, ꝙ si p cōsequentiā literarū folia sunt cōiuncta, & contigua, & intelligit repeti: aliàs nō. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. si initium tabularū. siue descripta in foliis sit inter easdē
3 personas, siue inter diuersas. † Illud est certū, ꝙ de iure cōi instrumentū pub. est nullum, si non est indictio. ꝓt tñ ꝑ statutum statui cōtrariū, vt legitur, & no. in Auth. vt prædonatur nomen Imperatoris. & C. de tabul. l. generali. lib. 10. Super tertio puncto, quo quæritꝫ: † vtrū legatū, qñ nupserit, debeat ipsa mortua
4 añ nuptias, vꝝ, ꝙ sic: si erat ætatis nubilis: vt sic ad potentiā nubendi magis, quā ad ista verba referant. ff. de fideic. libertati. l. Thais. §. Splendo forus. ff. de vul. sub. l. qui hēbat. in gl. parua, super verbo, nuberet. In cōtrariū vꝝ expressum. C. de nup. l. sancimus. in Auth. de sanct. epis. §. sed hoc ꝓcedit. ff. de cōd. & demon. l. Titio. §. Titio genero. ver. ante nup. no. Sol. refert, vtrū testator assignet diē nuptiarū, siue matrimonij soluti: an subæ legati. Primo casu transmittit, scdo non: nisi quatenus ratio legitimæ iure naturæ debitæ remoueret istam declarationē. ff. vbi pupil. edu. deb. l. qui filiū, de ali. leg. l. cū vnus. §. fi. de inoff. test. l. qñ in prio rib. C. qñ dī. leg. ced. l. ex his verbis. scdm aūt thema vestrum ꝑs fuit insertū solutioni, nō subæ legati, & ideo fuit facta transmis-
5 sio. † Super quarto ꝓncto dicendū est, ꝙ existente casu fideicōmissariæ substitutionis: qa idem est dictū fideicōmissaria substitutio, & sic natura sui restitutionem desiderat, saluo ꝙ in certis casib. vt. C. ad Treb. l. pe. dicendū est, ꝙ priorib. hospitalis debet restitui hēditas Angeli ex Treb. per hēdes Barthol. & forte etiā sine expressa resti. hēt hospitale vtilē actionē in rē, & in psonā. C. de sacrosā. eccl. l. fi. licèt prima opinio sit turior. & si hospitale acceptat fideicōmissum, tenet, quatenus facultates patiuntur: aliàs cōueniunt hypothecaria priores facta excussione. C. cōia
6 de leg. l. 2. Super quinto puncto † de ꝓscriptione dico, ꝙ ꝓscriptio statutaria cū sit merè odiosa, interrumpit ꝑ citationē rite factā cōtra citatū, nō cōtra aliū, vt no. ff. de vsuc. l. naturaliter. ff. pro emp. l. 2. §. pe. ꝙ Bar. vbi tractat de ꝓscriptione statutaria.
7 † Super sexto puncto, si stat. dicit, ꝙ in dotib. nō currat præscriptio, an currat in legato noīe dotis. & videt, ꝙ sic: qa verba statutorū debent intelligi verè, & ꝓpriè, sed ante matrimonium nō est ꝓpriè dos. C. de don. ante nup. l. fi. In cōtrariū vꝝ, cū mulier dicat dotata, ēt si in testō est dotata. l. cū in plures. §. pe. ff. de admin. tu. vt sic non titulus actionis, sed rei effectus inspiciatur, & fauor prorogatur, ar. ff. de lon. temp. præscr. l. sed si pro dote. ꝙ est æquius. ff. de re. iu. l. in ambig. & ff. fol. mat. l. 1. in gl. magna
8 ibi, nā ante matrimoniū, &c. † Super septimo puncto, & octauo: an ꝑscriptio, q̄ non currit mulieri in dotib. ex forma statuti, currat hæredib. eius. Rñdeo, aut statutū dicit, ꝙ nō currat mulieribus, & nō transit ad hæredē pro tpe futuro: quia est prærogatiua personalis, aut dicit, ꝙ nō currat in dotibus simpliciter, & absolutè: & tunc si cōstat per verba statuti, ꝙ ratio statuti sit personalis, idē est, ac si ipsum esset personale. In dubio aūt: quia titulo dotis priuilegiū dicit, & tituli sunt perpetui, & cū sua causa transmittuntur: eodē iure fungit hæres, quo defunctus. C. de priuil. dot. l. 1. instit. de act. §. fuerat. vel melius considera; quia in præscriptione attenditur origo, qñ incepit, seu qñ inchoata fuit, saltim longissima præscriptio incepit à defuncto, sed perpetuatæ, ergo ipsa vita actionis tanquam substantia actionis sine essentia transit ad hæredes mulieris actiue: quia viuere viuētibus est esse, ar. ff. de ver. obl. l. insulam intra biennium. Certe si quidem quis vult inchoare præscriptionem, quod tempus initiando à defuncto vera sunt prædicta. si aūt ab hærede: tunc quia non priuilegiatus succedit priuilegiato, nō vtitur in tempore futuro priuilegio antecessionis, vt plene no. in auth. quas actiones. per Cy. & scdm thema formatum istud procedit absq; dubio: quia de muliere loquitur, non de hærede. Ego Bald.

CONSILIVM CCLXXXVII.

1 *Defendenti se an liceat repercutere ictum: & qualiter debeant testes deponere de defensione.*
2 *Insultus quid sit.*

Et primò per Ioan. de Vignolo super secundo capitulo, ibi, dum dicit, demū qñ dicit se non posse plus, &c. Scdò per Petrū de Pauesio, ibi dum dicit, qui videns, prout ꝙ dictus Cōradus illum sequebatur hñs suum gladiū in manu, demū simul, &c. vt. ff. si quadr. pau. fe. dica. l. 1. §. cum arietes. Ignoscendū est eī ei, qui nō fecit ſponte. ff. de bonis libertorū. l. qui cū maior. §. si libertus. non enim debebat ſponte patiſe interfici. dicit decretalis, si oporteat te, vel me confundi, eligam potius te confundi. Et certe carnem suā nemo vnquā odio habuit, vt no. in l. 2. ff. in ius voc. vt eant. Et ignoscendū est ei, qui suum sanguinē
1 defendit. l. 1. ff. de bo. eorū qui mortē sibi conſciuerunt. † Tertiò per Franc. Remondini, ibi dū dicit, porrigendo semper gladium ad sui defensionē. nam qñ testis astruit factū ad defensionem, probat: nedum, qñ adijcit verisimilia in redditione causæ, sed ēt non interrogatus de causa, scdm Bar. in cōsilijs. secus si testis diceret, ꝙ nō est culpabilis: tunc nō probaret, nisi dictū suū per causam roboraret, vt no. Bar. in l. 1. §. accusationē. ff. ad turp. Quartò per Pet. de Curuaria, qui aperte dicit, quod fecit ad defensionē, & nō ad offensionē, & reddit causam concludentissimā, quæ non ꝓt melior, nec certior reddi. Ad hoc eī satis adminiculatur Ant. de Sanct. Romulo, qui licet deponat sub credulitate, addit tñ probabilē rationē, quæ auget dictū, si est concludentior eo. Eodē modo adminiculat Barth. de Fisco, & Ambrosius famulus, & facti series & ordo: quia interfectus insultā-
2 uit. probato eī insultu, † qui est motus corporis de loco ad locum cum impetu, & no. C. ad l. Cor. de sicar. l. 2. præsumit insultus fecisse ad defensam simpliciter, vt no. in d. §. tabernarius. & §. cum arietes. In cōtrariū vꝝ esse probatū per Ant. de S. Romulo, qui dicit aperte, ꝙ Pet. primò sequebatur Corr. quā Corr. se reuoluerat, & insequeretur eū. per ꝙ no. ordo aggressuræ. itaq; Pet. fuit primus aggressor: & ideo puniendus ex ordine aggressuræ. d. §. cū arietes. Itē per Pet. de Ceruaria dī, ꝙ Pet. prius percussit in pectore Corradū, & sic Pet. prius offendere incepit: nā licet insultantē percutere, & occidere, vt legi. & no. C. ad l. Cor. de sica. l. si vt allegas. Multo fortius prius percutientē, ordo igit facti ondit Pet. nō fecisse ad defensam simpliciter. ipse eī Per. ꝓ prius duos actus fecerat scilicet insecutionis à tergo Corr. & percussionis in pectore Corr. Si eī Per. sequebat Corr. licitum fuit Corrado se reuoluere, & metu sibi illato continuatiuo, & sine interuallo insequi Pet. si ergo Pet. replicato ictu interfecit Corradum meritò Pet. est puniendus. Dicet aliquis, isti testes sunt singulares, & ideo nō probāt in causa tā ardua. ff. de quæst. l. maritus. Sed ad hoc respondetur, ꝙ non probant plenè, sed faciunt iur. indiciū, vt no. C. ad l. Iul. maie. l. quisquis. Præterea Petrus fuit confessus, vñ standum est cōfessioni, vt no. in c. Romana. §. si aūt, de app. lib. 6. C. quorū app. nō reci. l. 2. ff. de ædi. edic. l. quæro. §. fi. Præterea in defensione requirit animus defendēdi, non vlciscendi. vñ si quis cōfitet de animo suo cōtra se, standum est cōfessioni. extra de accu. c. cum dilecti. Nec possunt testes, qui nō nouerunt animum, & qui ignorant principiū rixæ, enumerare hāc confessionē, nec in animo, nec in facto. ista eī confessio censet vera ex adminiculis suis. nā licet per ea, quæ viderint testes, deponentes ad defensionē Pet. appareat eis factū ad defensam: tñ per ea, q̄ videre nō potuerūt, & tñ in facto vera sunt, cōstat factū ad offensam. Testis eī qui nescit plenè factū, nō ꝓt ipsum plenè ꝓbare, vt no. ff. de in fa. l. Lucius. Præterea defensio dī duo b. modis: vno modo naturaliter, & inseq. & tunc ēt aggressores itinerū, dum colluctant, suā vitā defendunt à cōcertante cū eis. alio modo ciuiliter, & licitè, & hoc modo nō dicunt se defendere. C. qñ liceat vnicuiq; se si. iud. vind. l. 1. C. de epis. & cle. l. si quis in hoc genus. C. de his, qui ad eccl. confugi. l. si seruus. & sic igitur defensio alia est naturalis tm, alia ciuilis, & naturalis. fateor igit, ꝙ testes probāt defensionē primo modo, sed non secundo, & sic nō probant concludenter. simile, actor replicādo dicitur se defendere, tñ ista defensio nō censetur defensio, sed impugnatio, quia ipse prouocat ad causam. ff. sol. ma. l. cū mulier. C. de adult. l. quoniā Alex. Qui igit ictum replicat, non dicitur se defendere: quia fuit princeps delicti, & primaria causa, seu substātia mali operis, & dedit operā rei illicitæ. Cum igitur homicida quod fecit semper expectet, vt l. 3. C. de episc. aud. videtur mihi, ꝙ dictus Pet. veniat perimendus tanquā homicida. malè, & nō libenter consulo in condemnatione, sed iusticia eum condemnat, nō vox mea, & no. ff. de prob. l. cum probatio. & l. palā. ff. de rit. nup. Et ita dico, & consulo. Ego Bald. de Perus. V. I. D. & ad fidē me subscripsi, & signo mei nois signaui.

CONSILIVM CCLXXXVIII.

Factum sic proponit, D. Saluagia filia Donati Ser Iac. de Pa. Ser Angeli vxor Ia. Puciarelli de d. Par. S. Angeli, & Par. S. Luciæ sentiens se graui languore detentam, propter quem timet, vt dicit, mortis euentum, & ꝙ facultatem testandi non habeat, cum sit in potestate patria constituta, per modum donationis causa mortis de bonis suis disposuit in hūc modum, videlicet, qa si cōtingat eā ea infirmitate, quam patit, decedere, cum ꝑsentia, consensu, & voluntate d. Donati sui pris ꝑsentis, & volētis, & consentientis: donauit causa mortis Alex. Georgij de Par. S. Angeli stipulanti, & recipienti pro filio ipsius dominæ, quē peperit nocte elapsa, dotes suas, & omnia sua bona, à 100. libr. dena. s̄ quas 100. libr. voluit dari amore Dei, ꝑ anima sua ad sensum, & voluntatē d. Donati sui patris, cum hac cond. videlicet, ꝙ si dictus suus filius decesserit in infantili, vel pupillari, vel in quacunque ætate sine filiis, ꝙ dictæ suæ dotes à patre de iure dedi. Iac. suo marito in d. dote s̄. & à 100. lib, dena. quas voluit in d. casu deuenire ad d. Iac. suum maritum vltra d. dotem sibi de iure debitam. Et omnia sua bona deueniant ad Bernardum, Baptistam, Gasparem, & Matthæum fratres carnales ipsius dominæ, & filios d. Donati. Et ex nunc in dicto casu mortis d. Alex. recipi. & ſtipu. ꝑ d. Bernardino, Baptista, Gaspare, & Matthęo residuum dictorū suorum bonorum à dicta parte de iure debita d. Iacobo suo marito. Et à dictis 100. libr. quas voluit d. Iacobum habere de bonis suis, vt dictum est supra, omni modo, via, iure, & forma quibus melius potuit, &c. Demum decessit dicta D. Saluagia, superuiuente sibi Christophano suo filio legitimo, & naturali, & filio legitimo & naturali Ia. mariti dictæ dominæ Saluagiæ. Demum d. Christophanus decessit in ætate infantili superuiuente sibi dict. Iacob. suo patre legitimo & naturali. num patri aliqua portio, & quę portio competat dicto Iacobo ex persona dicti Christophani quondam sui filij de bonis concessis in dicta donatione. Quæritur etiam de viribus dictæ donationis.

CONSILIVM CCLXXXIX.

1 *Stante statuto, quod filius familias non possit testari, donare seu contrahere, nisi de consensu patris, an si filius donat causa mortis patri, possit pater pro se consentire? & adde infra eum consilio sequenti.*

In Christi nomine. Quæstio ista est dubia de iure communi, & augetur dubitatio de iure municipali, quo cauetur, ꝙ contractus celebratus à filio fa. non valet, nisi filius fa contraheret cum expressa licentia patris. videamus, vtrum filius fam. posset donare causa mortis ipsi patri per se, vel per interpositā personā recipienti. & gl. firmat, ꝙ non, in l. 1. ff. de auth. tu. & idem tenet Dy. & Bar. & quia iste consensus patris sapit naturam authoritatis, quam quis non potest directe præstare in facto principaliter proprio. Authoritas enim quæ venit ad firmādum consensum alterius, ex illa parte esse debet, non autem debet ei esse relatiue opposita, sicut est dans, & recipiens. pater enim cum authoratur debet fungi persona filij sicut tutor persona pupilli, non autem debet tenere locum aduersarij, vt ff. de pac. l. si plures. ff. pro empt. l. qui fundum. §. si tutor. in mandato enim, quod habet pater à lege, est, vt faciat facta filij, non sua propria. C. de bo. mater. l. 1. ff. mand. l. idemque. §. si tibi. & l. creditor. in fin. non obst. ff. de contrah. empt. l. fistulas. §. fundum. quia ibi loquitur in mera executione obligationis efficaciter contentæ; hic vero loquitur in contractu celebrādo inter patrem & filium authoritate patris. Quod autem consensus, qui adhibetur in re patrię potestatis, dicatur authoritas, patet instit. de inutil. stip. §. furiosus. & no. C. de iure delib. l. si infanti. ff. de verb. obl. l. fin. nam filius non est integer homo, & ideo supplendus est defectus per authoritatis interpositionem, vt no. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. necessitate. In facto ergo proprio authorari non potest secundum Dy. gl. & Bart. & idem videmus in omnibus quibus est attributum aliquid à iure per modum officij, vt C. de sacrosan. eccles. auth. quibuscunq; modis. C. de cond. inde. l. 1. & plene no. in c. si vna. de reb. eccl. nō alie. in cle. ꝑhoc. n. euitat omnis machinatio aui materni contra nepotem. in casu proposito facit. C. de test. mil. l. fi. in ratione sui. & C. de do. l. data. iam pridē. & quod not. in l. 1. q̄ onerādæ. ff. quarum rerū actio nō dat. qa nimia etiā reuerentia, quā habet erga patrē, est cā donationis irritandæ, vt ibi no. In contrariū vꝝ, ꝙ pater possit sua authoritate paterna consentire donationi causa mortis in se à filia factę. Et primò ne patri noceat patria potestas, & ipsum excludat à iure cōmuni, & naturali. patria. n. potestas ad acquirendū ordinata est respectu ipsius patris. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iu. l. 1. & de legi. l. quod fauore. non sic in tutore, & ꝓlato, & magistratu, & œconomo, quorum est nudum officium, seu ministerium in re aliena. Secundò, quia seruata est solennitas: nam pro substantia quantum in patre est, sufficit patris consensus. l. Thais. ff. de do. cau. mor. sed in re sua quis potest consentire. Sed ad hoc respondetur, ꝙ hoc non est verum, quando consensus habet representare duo extrema contraria, s. ſtipulantem & promittentem. Tertio, qa resultat personæ integritas, nam pater influit filio suo integritatem personæ. Sed ad hoc respondetur, ꝙ non potest influere, si se facit aduersarium faciendo se creditorem, & illum debitorem, arg. ff. de procu. l. licet in popularibus. §. penult. Quartò, quia quod adest in themate, est rei æquitas, vt l. dos à patre. C. fol. ma. Quintò, quia ita data est filiæ à iure potestas in dote: sed quod filia possit delegare patri, & patri rationem cedere: cum sui iuris quò ad dotem reputetur. ff. solu. matri. l. 2. & l. quoties. C. de iure dot, de pac. conuen. l. ex morte. C. communia vtriusque iudi. l. fin. & l. Pomp. Phy. ff. famil. erciscun. Sextò recompensandi congruitas, ff. mand. l. si vero non remu. §. idem Pap. Considera, si iste consensus patris est solennitas extrinseca, & non intrinseca, non potest pater fungi his duobus: quia implicat contradictionem; si autem potest esse simul tale non implicat contradictionem, vt ff. de adopt. l. si consul. Quid dicemus, certe Ia. de Ra, & Pe. & aliqui moderni tenent, ꝙ de iure cōmuni filius possit donare patri causa mortis ipso patre præsente, & consentiente: & eadem ratione alij pro patre recipienti ipso patre postea ratificāte, sed hoc secundum falsum est, vt l. receptū. in fi. communia prædiorum. de primo autem sub iudice lis est, vt patet ex prædictis. vnum scias, ꝙ quandocunque in cōtractu apponitur persona, cui imperari potest, semper videtur per interpositam personam factum: & multo magis si sit interposita persona, per quam quæritur. ff. de autho. tut. l. pupillus. §. fi. nūc statutum iuri communi iniungamus. statutum enim loquitur de licentia, & loquitur in contractu, vnde oportet discutere: an cessio actionum sit contractus: secundò an licentia possit dari in facto suo, &c. dic, vt in alio consilio sequenti, quod statim sequitur post istud: nam dominus Bald. latius in sequenti scripsit, vt infra statim patet.

CONSILIVM CCXC.

1 *Hæreditas infantis transmittitur ad patrem exclusa aua.*
2 *Detrahitur de donatione causa mortis legitima, in qua non potest filius gravari, & etiam quilibet hæres detrahit falcidam de dicta dona.*
3 *Filius grauatus detrahit duas quartas, & ita eius hæredes.*
4 *Filia an possit donare dotem profectitiam, vel spem dotis fratribus cum consensu patris.*
5 *Consentire, seu authorizare pro se quis possit*
6 *Licentia accipitur multiplicister.*

In Christi nomine. Hæ ꝙstiones in aliquo passu non habēt dubiū,
1 & in aliquo habent dubium. † Nam certum est, ꝙ mortuo infante hæreditatem maternam delatā infanti pater iure capere potest, & in plenum ius infantis succedere, excluso aūo materno, vt l. si infanti. & in authen. defuncto. † Item certum est, ꝙ
2 de donatione causa mortis detrahitur legitima, in qua filius nō potuit grauari. grauamen enim esset diminutio iuris sui, cum non per donationem inter viuos possit filio in legitima præiudicari, vt C. de inoffic. testa. auth. vnde si parens. & l. quoniam in priorib. amplius quilibet hæres, nedum filius de donatione causa mort. detrahit falcidiam facto inuentario sicut de legatis.
3 C. ad l. fa. l. in donationib. † Et quia iste infans fuit per viam donationis causa mortis grauatus post mortem patet ex persona eius detrahit legitimam, atque falcid. i. dimidiam omnium bonorum, secundum opi. vsu, & canonibus approbatam, vt in c. si pater. c. Raynu. & c. Raynal. & apud intelligentes de istis non est dubium. præsuppositō, ꝙ donatio valuerit secundum suam na-
4 turam. † modò restat dubium: an dicta donatio in aliquo valuerit. Et ista quæstio, hoc, vtrum dotem profectitiam, vel spem dotis filiusfam. possit de licentia, & voluntate patris donare fratribus in eadem potestate constitutis, dicendo, filiis talis: sicut hic dixit, ibi, & filios dicti Donati. Et præmittendum est ad euidentiam, ꝙ Speculator istam formam donandi exponit expresse in Spe. de instru. edit. §. porro. ver. ꝙ si filia. & Io. And. ibidem in addi. tenet, ꝙ consensu patris communis hoc potest fieri: tamen patri nil quæritur. secundū Pet. de Ceruottis: cuius verba
5 refert Io. And. & subdit, † ꝙ aliud est authorizare: & hoc non est licitū in facto proprio, nec in alieno ad proprium cōmodum

tendente, aliud promittere, vel consentire: & hoc est licitum, & validum de iure secundum Ioan. And. & sic tenet contra gl. quæ est in l. 1. ff. de authorit. tutor. quæ dicit, ꝙ si donatur patri, non valet in aliquo: si autem donatur fratri, valet in proprietate, sed non in vsufru. & ita etiam tenet Dy. & Bar. & sic vsufr. esset hæredum donatoris, donec viuit pater: tamen mortuo primo hærede, sicut est in casu nostro: quia decessit puer, videtur vsus fructus consolidatus proprietati. Caue tibi, non est ita: nam vsusfructus formalis à patre in fantis incipit: penes enim infantem erat totalis concreta proprietas iuris, de quo quæritur, & ideo tenendo opin. glo. & Dyn. Bart. donec viuit pater mulieris, fratribus nulla actio competit: quia vsusfructus nominis, id est, commoditas est apud patrem infantis. Ioan. de Rau. Petr. & Gul. de Cu. tenent, quod pater possit etiam authorari inter liberos, argum. ff. de author. tutor. l. accipienris. sicut potest cõcedere peculium eis, per quam confessionem dant eis tacitam licentiam inuicem mutuã di. ff. de condi. indeb. l. frater à fratre. & tamen, quia patri iure patrio, non autem ex vi consensus naturalis obligatio oritur, vt ibi patet, & arg. d. l. 1. de autho. tuto. Sed contra eos facit, quod legi. & no. c. si vna. extr. de reb. eccle. non alie. in cle. in verbo, mensæ suæ. & C. de contractib. iud l. 1. & C. de sac. san. eccle. auth. quibuscunq; modis. Item certũ est, ꝙ patria potestas est officium publicum, sicut tutoris potestas. C. de sententiam passis. l. fi. C. de bo. mat. l. 1. & ex officio, quod quis administrat, non potest quis emere, vel donatarius esse. ff. de contrah. empt. l. si in emptione. §. fi. & sicut non potest per se, ita nec per alium, nam prohibita est fraus de persona ad personam. C. de autho. tut. l. si pupillus. §. fin. maxime quia persona interposita erat talis, cui poterat imperari, & per quam quærebatur. C. de sec. nup. l. hac edictali. de sepulturis. c. dudum. §. verum. in clem. & quia sub commemoratione patris, qui præsumitur commemoratus per modum causæ fi. & acquisitiue, non per modum simplicis demonstrationis corporis demõstrandi: quoniã satis erat demonstrat. per appellatiuum nomen fratris. ff. de condi. & demon. l. filio. C. de iure delib. l. cum aliquis. & sic contẽplatione patris factum videtur, vnde etiam pleno iure ad ipsum redundaret acquisitio. ff. de vulg. subst. l. sed si plures. §. in arrogato. sed hoc est impossibile, & ideo voluntas iuri contraria impedit, arg. ff. de act. & obli. l. non solũ. Præterea statutum requirit licentiam, & duplex est licentia. recta, & reflexa. Recta à patre in filium: reflexa à filio in patrem: quia si filio licet in patrem, patri quæritur, & sic licentia filij ad patrem reuertitur. id est ad eius commodum. Sed hoc est impossibile: quia omne, quod licentiat, ab alio licentiatur, non à seipso, & omne, quod suppletur, ab alio suppletur, & omne, quod habilitatur, ab alio habilitatur, non à seipso, sicut per regulam naturalem patet: ga omne qđ mouet, ab alio mouet, & omne, qđ cõfirmat, ab alio cõfirmatur: & in correlatiuis destructo vno extremo destruitur. quodlibet. sed pater destruitur, qui est persona actiua, ergo filius, qui est persona passiua, id est, reus, siue promissor in isto contractu: quia detrahe personam ab actu, & destruis actum. ff. de iur. codicil. l. quidam. de leg. 1. l. 1. §. si filius. ff. de iur. codicil. l. quidam referunt. ff. de accep. l. fin. ff. de stipu. seru. l. vsusfructus. Institut. de inutil. stipul. post princip. cum infinitis similibus. Ex quibus sequitur, quod licentia tertiam personam desiderat extra promittẽtem, & stipulantem personam. si enim inuicem licentiare non potest: quia est solẽnitas extrinseca, vñ nemo põt habere licentiam à me contrahendi mecum directe, vel per interpositam personam, quia licẽtia dicitur trãsitiue, nõ intrãsitiue, & sic in alterum transire debet, non apud seipsum remanere. ff. de renunciatione. l. nisi cum priorem. §. verum, vt c. post transactionem, §. versus. auth. enim. licentia ab alio datur, abusiua vero, & temeraria à seipso sumitur: non à re effectus, sed ad rei
6 defectum. † Vnde est multiplex licentia. fabusionis, siue præsumptionis. 21. q. 2. c. placuit. licentia dispẽsationis 1. q. 5. c. vlt. licentia occasionis. 27. q. 2. c. si tu abstines. licentia promissionis. 45. dist. c. qui sine. licentia approbationis. 28. distin. c. de his. secundum arg. qui ita not. in c. vlt. de elec. in clem. Istos quinque modos ponunt dictio. istæ. 6. modo dicitur licentia iuris communis expressionis. C. de sacr. san. eccle. l. 1. 7. dicitur licentia ad gradum ascensionis, de neg. gest. l. quæ vtiliter. 8. dicitur licentia translationis. d. c. nisi. nono dicitur licentia quædam iec trias, not. in l. is, qui reus. de public. iud. & punitur licentians, & licentiatus in casu non debito, vt no. in l penult. C. de commeatu. & decimo dicitur licentia concessa personæ habili. C. de bonis, quæ li. cum non solum. §. necessitate. & ita in casu nostro, cum filiusfa. non sit integer homo, ideo exigitur licẽtia ad eum integrãdum. vnde ista licentia redigitur ad instar authoritatis, & sic sequitur conclusio negatiua: quia in instrumento non fit mentio de licentia expressa, & præsentia aliud est, quàm licentia. Item consensus, & voluntas non sunt expressa licentia: debet præcedere enim licentia, voluntas autem, & consensus possunt sequi. no. in c. dudum. extra de reb. eccle. nisi quis dicat. ꝙ consensus differt nomen, sed non substantiam: cum enim substantia sit nomen generis, ponitur pro ea specie, quæ est necessaria ad valorem actus: sed pro authoritate licentia, qua leges imponuntur factis, non verbis. C. communia de le. l. in fi. sicut sufficit, si tutor dicat, consentio: licet non dicat, authorizo: qa authorizare non est aliud, quàm approbare. ff. de auth. tut. l. etiam aduerte. Attenta natura verborum: quia statutum requirit licentiam, quæ significat per modum antecedentis, quæ licentia est collatio libertatis concessæ ei, qui eam non habet ex seipso, vt extra de regulari. c. licet. & verba instrumẽti donationis dicunt, cum consensu, &c. quæ dictio, cum, significat, & in consequentiam, vt l. 4. de fundo instruc. & sic per prius si non erat filius persona habilis, sicut statutũ requirit, posset de subtilitate verborum dici, ꝙ forma statuti non fuerit obseruata. tu autem qui habes iudicare, elige eam in passu glo. q̃ in hoc passu consentiretur, magis placet. In primo autem pũcto de legitima, vel falcidia, quod dixi, asſero, & verum est indubitanter. & tenendo, ꝙ donatio valeat, sequitur etiam de ducentis libris quid iuris sit: tenendo autem, ꝙ non valet quò ad patrem donatricis, similiter apparet, quid iuris: tenendo autem, ꝙ statutum impediat, apparet totum tenorem eius inutilem esse. tu autem elige, quod tibi placet in hac tripartita. Ego Baldus.

CASVS.

Factum tale est, Franciscus Ludouici de Ventioli suum condidit testamentum, in quo inter cætera reliquit dominam Baldam vxorem dominam vsufructuariam, & massariam omnium suorum bonorum, dum caste, & honeste vixerit, & vitã viduale seruauerit. in omnibus autem aliis suis bonis mobilibus, iuribus, & actionibus, vbicunque essent, & inueniri possent fecit, & instituit suos hæredes vniuersales fratres, seu monachos, capitulum, & conuentum ordinis Certosæ, seu Cartusiensis post mortem dictæ dominæ Baldæ, &c. demum suos condidit codicillos, in quibus inter alia indicauit, & reliquit Francisco Polloli. 100. flor. demum dictus Franc. Ludo. decessit sine filiis superstite d. do. Balda, quæ do. Balda tenuit, & possedit bona hæreditaria dicti Franc. & ex eis fructus, redditus, & prouẽtus percepit. Modò quæritur, an dictum legatum debeatur, licet hæreditas non sit adita per dictos fratres: quia adhuc d. do. Balda viuit, & an possit dictum legatum peti, nec ne.

CONSILIVM CCXCI.

1 *Vxor relinquitur domina, vsufructuaria, & massaria omnium bonorum, se tota vidualem, &c. instituto quodã monasterio vniuersali hærede in omnibus aliis bonis post mortem d. vxoris, an dicta vxor in tota sua dicatur hæres, vt legata per testatorem relicta peti possint.*

1 In Christi nomine. Dominus Bar. dicit duo in ista materia. † Primò enim dixit, ꝙ verbum, dominam, nil operatur, nisi quandam præeminentiam, vt ipse no. in l. Titia. §. fi. ff. de leg. 2. & ponit in consiliis suis in consil. 5. quod incipit, Petrus Magioli. & verum dicit, nisi per hunc intellectum vitiarentur legata. Secundo dicit, ꝙ fratres, vel ecclesia debent spectare mortem vxoris, & ante ire non possunt, ita no. ipse ff. de hære. instit. l. hereditas ex die. & sic vsusfructus nunquam erit mulieris: quia ante aditam hæreditatem non, vt C. de cadu. toll. §. exceptio. etiam vsufru. post non, vt ff. de vsu. l. Titium cum morietur. Item viuente vxore nullum legatum debetur, quod est impium, & absurdũ, de hoc tangitur. C. de hære. instit. l. extraneum. Videtur ergo dicẽdum, ꝙ verbum, dominam, ex quo alius non est institutus fauore legatorum, & ne legata intercidãt in vita ipsius vxoris: importet, quod ipsa sit institutus veraciter domina, seu hæres in vita sua, & sic ad tempus, dum caste & honeste vixerit, vt ff. de hæred. instit. l. his verbis. in princip. & dictum Barto. sit verum, quando est alius pure institutus. facit, quod no. Cy. secundũ Dy. Iac. de Are. in l. 1. C.

in l. 1. C. si secundò nup. mulier. ꝓbata ergo aditione, vel gestione pro hærede ipsius dominę Bald. dictum legatum peti potest. sic enim debemus interpretari testamentum, vt valeat, & non pereat, idem in codicillis. & sic non ob. ff. de regu. iur. l. si nemo. de fideicom. l. eam quam. hoc est hæreditas adita. non video, ꝙ aliter possit saluari voluntas testatoris. nam si illa domina non posset adire, legatum non posset peti. si autem testator non posuisset illud verbum, dominam, sed dixisset solum, vsufructuariam: tunc ipsa interim non esset hæres, & non posset legatum aliquod peti, nisi adita hæreditate. Alij tamen non tenent opi. Bar. in d. l. hereditas. & secundũ eos esset necessaria aditio hereditatis fiẽda p fratres. passius est dubius: sed in re dubia iustius est seruare volunt. testatoris. si. n. ét tenemus, ꝙ fratres non habeãt ius in vita vxoris, ergo interim nulla legata peti possunt quod esset iniquum. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio V. I. D. & ad finem me subscripsi, & sig. mei nominis sig. semper protestando de consi. saniori.

Coram vobis nobili, & Magnifico milite, domino Tanerio. de Pisis honorando capitaneo ciuitatis Perusij, & vestro, & dicti cõmunis iudice dño Philippo sup maleficiis constituto excipit, & excipiendo proponit procurator, & procuratorio nomine Andreucij Angelij de Perusio Portæ Sãcti Petri, & Parochiæ Sanctæ Mariæ de Colle, accusati coram vobis per Antonium Ioannis de Perusio Portæ S. Petri, & Portæ S. Stephani, cuius accusationis talis tenor est, videlicet. Hic deficit tenor accusationis, qui omittitur propter breui. Contra processum, videlicet quem fecistis super dicta accusatione, & contentis in ea. & ad hoc ne vlterius procedatis, cum de iure nõ possitis, nec debeatis causis, nec rationibus.

CONSILIVM CCXCII.

1 *De eodem delicto, vbi iam lata est condemnatoria, an iterum possit quæri.*

1 Et primo † quia de dicta vna percussione, de qua in dicta accusatione fit mentio, fuit p vos dominum Capitaneum, & vestram curiam solenniter inquisitum contra dictum Andreucium, & lata sententia condemnatoria: Et ideo amplius de eodem delicto cognosci non potest, nisi arguatur conclusio, quæ præsumitur in inquisitione, nec est in casu nostro conclusum. Et est triplex ratio: primò de delicto eiusdem hominis non debet æpius quæri. Secundò, quia actiones ad vindictam proditæ inuicem se tollunt, licet in vna sit plusquam in altera. Tertiò, quia si posset procedi, æque posset absolui, sicut condemnari, & sic esset perplexitas, quod de eodem delicto inueniretur condemnatus, & absolutus. propter igitur rem iudicatam obstat exceptio impossibilis cognitionis, quas exceptiones certum est per procuratorem opponi posse tanquam declinatorios processus, & emanantes ex ipsis actis, quæ vobis sunt notoria: quia per vos facta, allegationes, & defensiones iuris non requirentes probationem. Et si contrarium diceretur, sequeretur absurdum, ꝙ reus primò posset accusari de simplici vulnere. Secundò, de alia qualitate. Et si mille essent qualitates, posset millies accusari: quod est ridiculum dicere, & contra veras opiniones antiquorum doctorum omnium excepto Bart. doc. nouo, qui tenet contrarium: cuius rationes non valent vnum obolum, nisi quando esset præuaricatum, habito contractu cum aduersario in præiudicium fisci. sed quãdo non est conclusum, sed omissa qualitas, forte propter diffidentiam probationis, vel quia non habebat informationem qualitatis inquirens, & maxime cum offensus sciuit; vel scire debuit procedi in causa, Bar. non dicit verum. Nec obst. immo non meretur allegari lex, vnde quæritur, cõmodati: quia loquitur in causis ciuilibus, & non productis ad vindictam. Item iudex inquirens principaliter, & directe tenet locum fisci, & secundario locum offensi, & ideo sententia sua præiudicat fisco. & dicere, ꝙ procurator non præiudicat domino, rite procedendo in causa, & ordine iudiciorum, est aperte falsum, quanquam etiam non bona æquiparatio inquirentis, & procurantis. & rationes Bart. non tangunt inquisitorem, & vere opinio sua est falsa: nisi doceatur conclusio & ignorantia offensi, quod hic nec dicere potest, nec allegatur, & est mendacium: quod curia concluserit. & propter hoc si curia dubitat, habeat colloquiũ collegij Bono. vel simul. & hæc sunt vera: maxime consideratis statutis, secundum q̃ cõtra condemnationẽ nullũ est remedium repetitionis soluti, vel exceptionis, si non est solutum: & quia diuersa sunt genera pœnarum, nec inuicem se confundunt, & absurdũ esset cõtrariis pœnis puniri, & affligi. & videre pro certo Bar. dicit in cursu lectionis nõ examinatis examinãdis, & ꝓ ista parte negatiua consuluit Ia. But. Doc. subtilissimus. ea maxime ratione: qa super qualitate sola non potest fundari iudiciũ, & substãtia delicti semel in rem iudicatã transiens non potest iterato reuocari. Idem tenet Spec. Ioan. And. & cæteri omnes.

CONSILIVM CCXCIII.

1 *Refutatio, seu remissio an habeat vim donationis: & an valeat inter virum, & vxorem, cum facta sit causa mortis, & cum certo pacto.*
2 *Confessio emanans in personas prohibitas præsumitur in fraudem facta.*
3 *Cumulatio plurium iurium an sit admittenda.*
4 *Contraria allegatio seu exceptio an admittatur.*
5 *Contrarius an dicatur decens actum reuocari non debere, & sed ipso iure esse nullum.*
6 *Contractus nullus, & per metum celebratus in eodem libello dici potest.*
7 *Stante statuto prohibente oppo. excep. non per hoc intelligitur remota exceptio nullitatis, nec inhabilitatis personæ. & nu. 8.*
9 *Laboratores an sint idonei testes: & quid de illis, qui commodum sentiunt secundario, & non principaliter. & nu. 11.*
10 *Testes, quos in causa produxi, an sit eadem deponant contra, possim illos reprobare.*

1 In Christi nomine. Factum sic proponitur, Domina Bartolina vxor Ioannis vltra dotem, quam dedit dicto Io. habuit, & tenuit, & per se possedit viuente Io. dicto suo marito quoddam tenimẽtum terræ: & hoc constat per confessionem Do. Gabrielæ hæredis dicti Ioannis. & ex dicto tenimento terræ fructus recollecti illati fuerunt in domum dicti Io. in qua cum dicto Io. Domina B. habitat: & ad manus dicti Ioannis peruenerunt. & hoc probatum est per plures testes, & maxime per Bar. & D. Erreanuellam. & hoc per tempus 30. ann. tandem d. Domina B. fecit finem, & refu. dicto Io. in 1379. die 13. mensis Ian. de omnib. fructib. prædictis, & hoc fecit, vt patet in instrumẽto refu. quia fuit contenta, & confessa sibi à dicto Io. plene satisfactum, & iurauit non venire contra, licet tñ sic appareat, tñ reuera dicta refutatio fuit causa mortis, & sub conditione, & pacto si contingeret dictam D. B. ꝑdecedere dictam D. B. Io. suum maritum: si autem contingeret dictam D. Ioan. prædecedere dictam D. voluit dicta D. B. per se, & suos hæredes petere post se ab hæredib. dicti Ioannis omnes prædictos fructus perceptos per dictum Io. & hoc probatum est per duos testes, videlicet vnum ex testibus instrumentariis, refutauit videlicet Centuriolum, & Dominam Simonellam. tandem in 1373. die 21. mensis Decembr. dicta D. B. fecit dicto Io. suo marito pro se, & suis hære. finem, & refu. libera. & absolu. & pac. de vlterius non petendo, de d. fructib. percepris per dictum Io. ex dicto tenimento terræ. & hoc fecit: quia sic voluit, & sic sibi placuit, licet à principio contradixit, sed post per metum reuerentialem dicti Ioann. sui mariti agentis hoc fecerit. de qua refu. patet mandato ser Amatæ Addoli. tandem mortuo Ioan. præfaro dicta D. Bartholina repetit dictos fructus perceptos olim per Io. suum maritum coram D.
1 Vicario D. Episcopi, & dicit dictam refut. non valere. † Et primò non obstat prima refutatio: quia fuit causa mortis, quæ per mortẽ donatarij est extincta, vt l. si cum vxori. & l. seq. ff. de don. inter virum, & c. si fuerit iuramẽto firmata: qa licet iuramẽtum firmaret do. inualidã, vt in c. cum contingat. & c. licet mulieres, tñ non immutat naturã cõtractus, quin morte donatarij extinguat. & maxime cũ d. B. nõ reuocauerit, sed ipse Io. sua morte eã reuocabilẽ fecerit: licet viuẽte Io. illa refu. pẽderet, tñ post mortẽ dicti Io. donatarij nõ valet, vt l. sed interim. & l. sed si mors. ff. de do. inter vir. & vxo. adde quod dictus Io. interim nõ fecit illos fructus suos. vt l. cum quis. ff. de condi. ob cau. Secundò opponitur contra dictam refutat. quod per metum reuerentialem facta, & hoc per testes probatum est, qui dicunt, quod dictus Ioannes dixit tunc temporis: Io voglio, che tu mi faccj la rifutatione di tutti li frutti. quod verbum importat necessitatem: quia quod præcipitur, imperatur. distinct. 14. quod præcipitur, & ideo valere non debet, vt l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum. & patet etiam ex contradict. Dominæ Barth. à prin. Tertiò opponitur contra dictam refutationem obstare, quod nulla interuenit numeratio, & licet hoc non videatur plene probatum per testes, immo potius contra: videlicet per confessionem d. B. in ipla refutatione, quia fit confessa se habuisse, &c.

2 tamen videtur, quod probata est præsumptio iuris, † quando confessio interuenit inter personas prohibitas, talis confessio præsumitur in fraudem facta, vt l.cum te.ff.de prob.cõtra namque refuta. duo allegantur, q̃ sit nulla. primò vt ex subscripta refutatio. patet, q̃ fuit gratuita: & sic habuit vim donationis, qui remittit do. 8. q. 3. c. talia. & ideo non valet ipso iure, vt l.si sponsus. & l.3. §.sciendum. & l.1. C. eod. licet morte donatoris confirmetur, vt l.1. & 3. & l.donationes. C. eo. ti. quæ hic non interuenit. Nec obst. si dicatur, confirmatur morte, ergo à principio non valet, per regulam quod, &c. quia nec dicit gl. in l. 3. ff. de leg. 3. viuente marito interim dormit, vel confirmatur post ex voluntate tacita prædecedentis mulieris, vt not. in l. si vxor marito. ff. de don. inter vir. alij, q̃ trahitur retro reuocatio non secuta: vt d.l.3. innuit, q̃ trahitur, & q̃ valet vt dona. inter viuos. licet Dyn. eam reprobet, per d.l. sequitur. sed text. in l. cum hic status. in fin. princi. quod quasi ex text. hæredi. sed quicquid sit, etsi retrotrahitur, etiam locum non habet, quantum ad casum nostrum, cum iste secundus donatarius prædecesserit, & sic ista donatio siue valuerit, siue non fuerit reuocata: vt d.l.1. & 3. etiã ex quo non valet dicta refutatio de dictis fructibus, libellus fuit conceptus in ista forma, videlicet: quia facta narratione facti concluditur. sic videlicet, quare petit dicta Do. Bart. pronunciari dictas refutatio. non valere: aliàs non fuisset cõtractus donationis, & nulla fuisset facta satisfactio D. B. & eam non valere reuoca. per mortem dicti Ioan. etiam dictum Ioan. ex dictis refut. locupletari, & Dominam B. depauperari, & propter hoc reuoca. esse, & non valere, & dictam refutationem, quæ apparet in forma puræ refuta. fuisse, & esse conditionalem: si & matrimonium morte Dominæ Bart. dissolueretur, & dictam conditioñem defecisset propter mortem dicti Ioan. prædecedentis, & fuisse, & esse factas per mem, & violentiam dicti Ioan. & dictam Gabriellam hæredem dicti Ioan. condemnari, & cõdem. compelli ad dandum, & restituendum dictam refutat. pro cassis & cancellatis. & dictam Gabr. hæredem ad rest. dictorum fructuum, si extant, vel si non extãt, ad debitam æstimationem condemnari, & condem. cogi, & compelli. Et p̃ parte D. Barth. ad fundandũ intentionẽ deducunt plura. primò, q̃ d. Io. sit maritus D. Barth. & hoc p̃ba. est p confessionẽ partis D. Gab. q̃ durãte dicto matrimonio p tempus 10. ann. Dña Bart. vltra dotem datam dicto Io. habuit, tenuit, & possedit quoddam tenimentum terræ, ex quo dicti fructus fuerunt percepti per Ioan. & in eius domum illati. & hoc probatum est primò per ipsos testes: videlicet quendam Barth. etiam pro parte Dominæ Barth. &c. Chetarellem, etiam pro parte Dominæ Gab. & sic cum probata sit intentio D.B. patet, q̃ D. Gabr. debet ad restitutionem dictorum condemnari, pro quo l. maritus. ad leg. Falcid. sed contra D. Barth. principaliter allegantur, primò ineptitudo libelli. secundò allegantur dictæ refutationes. tertiò, quod intentio d.B. non est legitime probata, nec probari potuit, obstante statuto communis, & synodali constitutione. quò ad primum libellus allegatur ineptus propter cumulationem plurium iurium, quod fieri non potest: vt l.3. §. eligere. ff. de tribut. vt de noxali. in delictis. §. si detracta. secundò ratione contrarietatis: nam in libello narrantur plura. primò de refutatio. quod sunt inualidæ, & per mortem donatarij reuocatæ. secundò, quod in fraudem vsurarum factæ. tertiò, quòd per me. quartò, quòd simulate. & sic in istis tribus vltimis casibus dicit eas valere, sed debere rescindi. & sic euidenter patet, quod dicitur dictas refutationes valere, & non valere. & sic allegat contraria, & sic repellendus. l.1. C. de fur. & de appel. c. solicitudinem. Quantum ad merita causarum allegantur duo, siue tria. primò, quod contra dictas refutationes non debuerunt admitti exceptiones, nec probationes prædictæ obstante constitutione synodali, quæ permittit illas exceptiones opponi contra instrumentum confess. sed istæ exceptiones non sunt permissæ à statuto, ergo nec exceptiones synodali in foro. nec similiter probar. admitti. secundò, quod licet possint opponi, & probari per testes, non tamen apparet, quod sint proba. legitime, quæ contra refutationem opponuntur. nec quod dictus Ioannes fructus habuerit. tertiò, quod licet hoc appareret, non tamen apparet probatum dictum Ioan. locupler. ex donatione talium fructuum, & d. B. depauperatam, quod necessariò requiritur, vt valeat talis donatio, vt l. de his. C. de don. & l. quod aut sunt.

3 ff. de dona. inter vir. & in multis ll. illius titu. † Ad prædicta respondetur: & primò ad id, quod dicit de cumula. plurium iurium, respondetur hoc esse verum, quando sunt contraria, & quæ electione tollũtur, & in vna quarum absol. parit exceptionem rei iudi. in alia, vt dicto §. eligere. aliàs admittitur cumulatio: vt est in casu nostro, Dyn. in regula nullus. ad secundam de
4 contrarieta. quod in prædictis nulla contrarietas. † Nam quãdoque tales qualitates, videlicet metus filialis in fraudem vsurarum, vel quod fuerunt nullæ, vt in casu nostro: quia dico don. non valere ipso iure. tunc licet quod post adijciam, quod etiam per metum in fraudem vsurarum simulate, & sub conditione celebratus sit talis actus, non propter hoc videor dicere actum valere, sed debere rescindi act. compet. quia quod ordin. est ad impugn. non potest operari eius valorem: vt l. siue hæreditatem. ff. de negor. gest. & per Dyn. in regula, quod ob gratiam.
5 immo videor dicere potius non valere. † Vnde si dico prælatum alienasse rem ecclesiæ sine solennitate: & sic est ipso iure nulla: vt c. sine exceptione. 12. qu. 2. licet post adijciam, quod etiam per actum. l. quod simula. non ꝓpter hoc videor dicere valere, sed debere rescindi: quia si alienatio facta non seruata solennitate non valet ipso iure, q̃n fieret per metum, vt not. gl. in c. Abbas. quod met. causa, al. 15. q. 6. c. 1. extra de iureiu. c. peruenit. & quod met. cau. c. penul. si dico testamentum factum in præsentia duorum testium non valere ipso iure: licet adijciam, quod per metum fuit factum, &c. non propter hoc dico valere, sed debere rescindi. immo fortius non valere ipso iure. & quod possum dicere actum nullum, & per metum celebratum, videtur casus in cap. dilectus. quod met. cau. sic inducendo: nam translatio vnius religionis ad aliam est contractus quidam societatis, & sic contractus bonæfidei: vt insti. de act. §. act. Et sic dolus dans causam tali cõtractui reddit contract. nullũ: vt l. eleganter. in pr. ff. de dolo. 12. q. 2. c. si quis Episcopus. in fi. & tñ possum dicere transla. factã p dolum & metũ, nec dicor contrarius, & p̃cedit libellus, quod patet: q̃a diffinitum, vt d.c. dilectus. q̃d aliàs non ferretur: q̃a super in epto libello non pronũciatur diffinitiue: vt c. examinata. de iud. q̃nq; p tales qualitates metus, simulat. videlicet, q̃ eas adijciendo videor dicere actũ valere, sed debere rescindi actione, q̃od met. cau. & aliis competentibus actionibus, vt c. ad audientiam. quod met. cau. & est glo. in c. abbas. c. ei. & l. met. §. sed quod ait prætor. ff. eod. titu. præterea q̃ procedat supradictus libellus, probatur. nam aut dicis, quod iste contractus insurgit tãtum propter illas qualitates simul cumulatas, & tunc non, quia omnes reddunt contractum rescindendum, ergo nulla contrarietas. aut dicis, q̃ ista contrarietas insurgit ex cumulat. prædictarum qualitatum, & q̃ dico contractum nullum ipso iure: & tunc similiter nulla contrarietas: & hoc p̃pter rationẽ p̃dictam, & q̃ possint p̃dicta simul cumulari in eo-
6 dem libello, † & dicere contractũ nullũ, & p metũ simulate sub condi. in fraudẽ vsuratũ celebratum, p̃batur per leges, & cano. q̃ ergo possit in eodem libello dici cõtractus nullus, & per metum celebratus: p̃batur p G. in d. c. Abbas. & vt casus in c. dilectus. & q̃ possit dici nullus, & conditionalis, p̃batur in c. exhibita. extra de rerum permu. q̃ possit dici contractus nullus, & vsurarius: p̃batur in c. 1. & c. debitores. extra de iureiur. q̃ possit dici contractus nullus, simulatus, conditionalis, in fraudẽ vsurarum factus: probatur, extra de empt. & vend. c. ad nostram, & c. illo vos. de pig. ergo patet, q̃ inter prædicta nulla contrarietas: aliàs non procederet cumulatio: vt d. §. eligere. & c. vt qui duas. de præb. lib. 6. Item q̃ possit dici contractus nullus, simulatus: probatur in l. etiam si vxori. C. de don. & l. creditor. eod. tit. & l. si non verum. & l. si filij tui. vel saluo aliter, q̃ quando dico, don. nullam, & non valere: vt quia inter virum, & vxorem factam, & eam peto nullam decerni, & etiam eam per metum & simulat. & sub condit. causa mortis celebratam, & in fraudem vsurarum celebratam, & ex competentibus actis peto eam rescindi. & tunc forte posset dici, quod sim contrarius, & ita intelligitur oppositio. vel etiam dico, quod isto casu possum dici, quod non sum contrarius: quia verba debent intelligi secundum subiectam materiam. vnde licet actum nullum petant rescindi, verbum rescindi, debet exponi, & rescissum oſtẽdi: vt c. fecus viam. & c. in Genesi. de elec. & est glo. in c. cum dilectus. eod. titu. & c. auditis. & de reb eccle. c. si quis presbyterum. quandoque dico donationem nullam, & eam peto nullam declarari, vel etiam non va-

non valere, eam dico per metum, vel similia, &c. fore celebratam. non dico. q̃ peto rescindi competentibus, &c. sed tantum peto decerni, q̃ simulate per metum factum. & tunc non sum 10 contrarius immo stant omnia ista simul, ex quo nõ peto rescindi: possibile est enim, q̃ cõtractus, qui est nullus, sit etiam simulatus, & per metum celebratus, pro quo faciunt iura ꝫ alleg. Secundò pro parte Dominæ G. hæredis Io. allegantur supradictæ refutationes. sed respondetur, q̃ non valent, nec habẽt aliquo modo obstare ꝓpter supradictas authoritates, & si dicatur, q̃ dicta Domina B. non debuit admitti contra dictas refutationes ad opponendum tales exceptiones, nec faciẽdum tales proba-
7 tiones, obstante synodali constitutione, † qua cauetur, q̃ contra instrumẽtum confessionis in curia ecclesiastica, illæ tantum exceptiones admittantur, quæ admittuntur in foro seculari secundũ statuti formam: sed predictæ exceptiones, & com probationes contra dictas refutationes non admittuntur secundum formam statuti in foro seculari, ergo nec ecclesiastico secundum formam constitutionis debuerunt admitti: non tñ est legi. fundata in tẽtio d.B. quia non est leg. probat. quod dictus Ioan. dictos fructus perceperit, nec q̃ dictus Io. ex donatione dictorum fructuum sit factus locupletior, & d.B. pauperior. Secũdò ad quodlibet prædictorum respondetur. primò, quantum ad primum dupliciter, & primò, q̃ licet sit verum in foro seculari, tamen secus in ecclesiastico. nam tales exceptiones debent admitti ꝓpter denegatam iustitiam à statuto: vt c. licet. de fo. cõp. & c. nouerint. extra de iud. nec ob. si dicatur, q̃ synodalis constitutio hoc etiã prohibet: q̃a licet vna constitutio hoc videatur prohibere, tamẽ videtur alia permittere: vel dic, q̃ statutum, & synodalis constitutio loquuntur per viam agendi: q̃n opponitur per viam exhibendi ad impediendum executionem. sed per viam agendi non prohibet constitutio synodalis, q̃ est stricti iuris. & sic locum habeat in casu, in quo exprimit tm̃, non in alio: vt l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. & c. cum dilectus. extra de succeſſ. ab intest. & sic habebit locum, q̃n per viam excom. gs contra instrumentum vult opponere alias exceptiones, quàm in statuto permissas in foro seculari: secus ergo si per viam agẽdi, vt in casu nostro, qui casus noster est casus omissus à constitutione synodali, & sic remanemus in dispositione iuris communis, quo talia bene possunt opponi per viam agendi: vt iurib. supra alleg. pro quo l. commodissime. & l. si vero. §. de viro. ff. sol. matri. Nec obst. regula, cui denegatur exceptio, fortius & act. vt l. inuitus. §. cui damus. de reg. iur. quia illa regula non est simpliciter vera: vt c. debitores. extra de iureiur. cum multis simil. vel dic, quod ista regula habet locum, quando exceptio prohibetur iure cõmuni, cuius larga fit interpretatio: vt l. de quibus. ff. de leg. secus si statuto municipali, cuius fit stricta interpretatio. Secundò, q̃ licet obstante statuto, & constitutione synodali non possunt opponi aliæ exceptiones, quàm permissæ à statuto, quæ reddant contractum inualidum: tamen exceptiones, quæ reddunt nullum, vel quæ ad nullitatem deducunt propter reuocationem factam ex dispositione iuris, vel quæ impedierũt cõtractus habere effectum: sicut est hic, quod donatio non habuit vnquam effectum propter mortem Ioannis. bene possunt
8 opponi, † quia exceptiones nullitatis, licet non sint à statuto permissæ, bene possunt opponi, vt ponit gl. in c. 1. de sequestra. poss. & fru. in cle. & quod not. in l. 2. ff. de pœn. & not. in l. si quis excusato. §. si quis condemnatus. & per Barto. in l. diuus Traianus. ff. de testam. mil. & not. Bald. in l. 3. ff. de neg. gest. & facit, quod no. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. & ratio, q̃nia quando statutum dicit, quod contra instrumentum non possit opponi, nisi talis, & talis exceptio, requiritur, q̃ instrm̃ de iure subsistat. nam appellatione instrũ intelligit̃ de instro de iure subsistente, ꝓ quo. l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iudi. & intelligit̃ de instro celebrato inter p̃sonas habiles: vt l. 1. C. de sac. sanc. eccl. ibi, habeat vnusquisq; ſ. subaud. habilis, ꝓ quo l. cum testm̃. ff. de prob. cum ergo dictæ refutationes sint inutiles, vt ꝫ. apparet ergo, q̃ in his nõ habet locum statutũ: aliàs esset dicere, quod instrm̃ factum à pupillo, & furioso, non possit opponi exceptio, cum illa non sit permissa à statuto, quod est absurdũ, vt d.l. habeat. & d.l. cum testem. & c. cum dilectus. extra de succeſſ. ab intest. Quantum ad tertium, videlicet q̃ non sit legi. probatum, q̃ dictus Io. fructus percipit, quod immo probatum est, vt supra dixi, q̃ licet dicatur, q̃ præfato Barto. & aliis testibus non debet fides adhiberi;

9 quia laboratores, † & quia sentiunt cõmodum: q̃a liberantur à restitutione fructuũ d.B. respondet̃ dupliciter. primò, q̃ non est oppositũ, † secundò, q̃a nõ potest eos impugnare ratione per-
10 sonarum. cũ pars aduersa eos in eadẽ causa in testes ꝓduxerit, & sic eorũ ꝑsonas approbauerit, ergo, &c. vt c. præsentiũ. cræ de testa. & quod not. Bart. in l. post legatum. de his, qui. vt indig. & maxime cũ non reperitur in iure prohi. q̃ laboratores non possunt testificari, ideo, &c. vt l. 1. ff. de leg. 3. Ad aliud respondet̃, q̃ non est verum, q̃, ꝓpter hoc sentiat commodum libera. quia ad hoc non principaliter agitur, nec de aliquo cõmodo: vt c. cum dilectus. extra de ord. cog. ergo existo iudicio non potest dici, q̃ commodum sentiant, & in alio iudicio eorum dicta fidem non facerent, quò contra eos ageretur propter regulam, res inter alios, &c. Tertiò respondendum, q̃ ex eo, q̃ sentirent commodum, nihilominus valet eorum testimonium, q̃a hoc commodum sentirent secundariò, non principaliter. & non debemus attendere id, quod secundariò, sed quod principaliter: vt l. 1. ff. de orig. iu. & ibi per Bart. & glo. & nihilominus etiam valet testimonium, licet secundario sentiant commodum. patet inst. de testamentis. §. legatariis. & l. qui testamento. in princ. C. de test. vbi legatarius testificatur in causa testamenti, licet sentiat commodum secundario, ꝓ quo facit lex si duo patroni. ff. de iureiu. & per doc. in l. 1. ff. sol. mat. Quantum ad aliud, q̃ dicitur, q̃ non est probatum, q̃ dictus Io. ex tali donatione sit locupletior, & q̃ sunt fructus consumpti. Respõdeo ad secundum, q̃ immo non sunt consumpti, quia hoc non est deductum nec probatum, & consumptio est facti, quod non præsumitur: vt §. factis. nec ob. l. qui tutores. q̃a ibi casus diuersus. Quantũ ad primum refpondetur, q̃ immo præsump. iuris. præsumitur enim q̃ dictus Io. sit locupletior ex perceptione dictorum fructuum, quia tantundem de suo expendisset, & d. domina B. pauperior effecta, quia de suo tantum minus abest, ergo pauperior, vt l. ea, quæ. ff. de don. & maxime hoc præsumitur, nisi pro parte sit probatum, quod illi fructus sunt expensi, & conuersi in aliquam causam, ex qua constat virum non locupletatum, vt l. quod autem. post prin. de don. pro hoc optime lex de populo. ff. de solu. & l. is, cui bonis. ff. de noua. in ſo. Præterea ex eo, quod non appareat locupletior, nihilominus tenetur, quia sunt consumpti cõtra voluntatem dominæ B. quod præsumitur: quia non verisimile, q̃ domina B. voluit iactare pecunias suas. de proba. l. cum de indebito. & maxime cum mulierum sit auarissimũ genus, & maxime non præsumitur consentire de intendentib. ad damnum suum, vt l. si stipulata. ff. de do. inter vir. nisi cõtrarium ꝓbetur, quod non est in casu nostro, quoniam immo de contradict. dominæ B. consumptori proba. est per testes, videlicet Contiolum. & dom. suum Sympnellam, qui dicunt super 11. art. quod in quantum Io. prædecederet, noluit posse petere dictos fructus ab hærede d. Ioannis. per quæ verba videtur protestari, ne tales fructus consumerentur, interim ego habeo propositum. præterea iura, quæ dicunt, q̃ vir fructus consumptos perceptos ex bonis vxoris facit suos, loquuntur in fructib. perceptis ex bonis paraphernalibus. & hoc in compensatione laboris, quem sustinet in percep. fructuum, & cultura possessionum: secus in bonis non paraphernalib. sicut sunt illa bona, q̃ mulier retinet apud se, nec administr. viro committit, pro quo l. fi. coniuncta gl. C. de pac. conuen. quia fructus ex talib. bonis perceptis tenetur restituere, vt l. fi. ff. ad l. Falci. triplex est in vxor. patrimonium. ſ. dotale, cuius fructus facit vir suos, vt l. fructus. & l. diuisione, & aliis iurib. ibi positis. ff. sol. matr. aliud est patrimonium paraphernale, & de hoc loquitur d. l. fin. C. de pact. conuen. aliud est patrimonium liberum, cuius administratio non est data viro. & loquitur de isto. d.l. fi. ff. ad leg. Falc. & quod inter patrimonium liberum & paraphernalium sit differentia, patet etiam per gl. in l. si maritus. ff. de pro. & per gl. in d.l. fi. C. de pac. conuen.

CONSILIVM CCXCIIII.

1 *Quos fructus lucretur vir, & quos teneatur restituere.*
2 *Donatio causa mortis efficitur caduca, si donatarius ante donatorem moritur. & fructus medij temporis sunt restituendi, & quid si donatio firmata, donatio inter vir. & vxo. an iuramento firmetur.*
3 *Exceptio inhabilitatis personarum non intelligitur remota à statuto prohibente omnes exceptiones.*
4 *Libelli tres continent plures causas nullitatis sustinetur.*

1 In Christi nomine. Donatio causa † mortis in causam caduci con-

uertitur,si donatarius ante donatorem moritur, vt C. de cadu. tol.l.1.in fi.&l. non omnis.ff.si cer.pet. & fructus medij temporis debẽt restitui.l.cum quis.ff.de cond.ob cau.& in aliis.l.in superiorib.alleg.nec ob.iuramentũ: nam donatio cau. mor. redigitur ad instar vltimæ voluntatis, q̃ licet sit iurata, tñ caduca sua
2 natura censeri manifestum est.C.de non num. pec.l.fi. † Donatio inter virum & vxorẽ, simili modo vadit: quia si præmoritur donatarius, lex eam reuocat, & in causam caduci conuertit.& ideo periurium hic non est:quia non est factum hominis,sed legis. C.de don.inter virum & vxo.l.à marito.& not.ff.de lega.1.l. talis scriptura.& per Cy.in l.1.C.de sacrosan. eccl. Dominus Federicus de Senis in consiliis,consi.135.videtur velle,q̃ si talis donatio firmatur iuramẽto,statim valet:quia dicit, q̃ donans non potest postea alteri illam rem donare. & sic non curatur secundum eum, quis prædecedat,an donans,vel donatarius. Istud nõ videtur verum:quia aliud est, an possit domino iurante renocari:aliud si donatarius præmoriat, & sic in causam caduci cõuertitur. † Exceptio de inhabilitate personarum non intelligitur
3 remota, licet statutum dicat contra instrumentum excipi non posse:quia de habilibus personis intelligit,vt l.vt gradatim.§.& si lege. cum similibus. † Libellus continens plures causas nullitatis, & apte conceptus sustinetur, & sufficit alteram probari, vt legi. & not. C. de contrahen. emptio. l. si mater tua. & est ratio: quia plures rationes nullitatis concurrentes vna non minuit alteram.ff.de hæred.instit. l. si non lex Eli.sen.Et ita dico,& consulo ego Baldus de Perusio Vtriusque iuris Doctor: & ad finem me subscripsi, & sig.mei nominis sigil. non disputo tamen de fructuum lucratione: quia in puncto præsupponitur, quod non fuit actum de lucrando, nisi per donationem simplicem, & sic non sumus in materia legis vltimæ.C.de pac.conuen.cum sua gloss. fructus ergo prædicti in honorem matrimonij, & vberiorem sumptum viuendi si sint consumpti, restitui debent. ff.de donatio. inter virum & vxorem, l.si stipulata.§.1. ff. ad leg. Falcid. in l.penult. In hoc autem dubio,an sint consumpti quasi inter domesticos,& inter coniuges,& sic non restituantur:an sint in alias vtilitates viri cõuersi,iudex discretus,& bonus consideret.

CONSILIVM CCXCV.

1 *Pater fecit testamentum,in quo filium hæredem vniuersalem instituit,& filiam ei substituit,si ipsa non petat infra annum tutorem fratri, an priuetur hæreditate.*
2 *Filius an præsumatur scire testamentum patris, &c.*
3 *Allegare quis potest factum tale, seu qualitatem, ex quo, seu qua, resultet ignorantia.*

1 In Christi nomine. †Petrus Lombardi cõuentus à domina Lita petitione hæreditatis dicit,q̃ non possit imputari dominę Bertolinæ substitutæ in testamento paterno: quare non petiit tutorem pupillo instituto,quia ignorauit testamẽtum paternum, & se substitutum,ergo nõ currit annus sibi,vt l.annus. & ignorantia in facto alieno præsumitur, vt regula, cum quis in ius alterius.& not,in l.fed & si me præsente.ff.de condi. inde. & quia filia ratione suitatis præsumeretur ignorare testamentum, & cõtenta in eo,vt l.eius,qui in prouincia, cum si. & per doctrinam
2 Barto.in §.duo fratres. † Sed in contrarium videtur: videlicet, q̃ ista filia præsumatur sciuisse dictum testamentum,& contenta in eo.& primò:quia est glo.in l.cum hæres.ff.de li.leg.Secundò:quia etiam ea, quæ sunt vetita per patrem aperiri in vita filij circa ipsius patris vltimam voluntatem, filius tamen præsumitur scire,vt l.quidam ita.§.si quis filium.ff.ad Treb.Prętęrea gl.soluendo contrarium firmat expresse, q̃ in filio præsumitur scientia testamenti,& vltimæ voluntatis patris,&adducit rationem: quia patris,& filij eadem persona censetur:vt in auth.de iureiu. à moriente præstito.ratione ergo huius fictæ identitatis personarum præsumitur scientia gestorum per patrem in persona filij. Prætęrea consanguineus præsumitur scire facta consanguineorum,vt l.octaui.& l. de tutela.ergo ista filia præsumitur sciuisse dictum testamentum paternum. Prætęrea ratione cõuersationis inducitur præsumpta scientia gestorum per conuersantes,vt no.in c.postquã.extra de elec.ergo ex conuersatione patris, & filij præsumitur, q̃ filia sciuerit dictum testamentum. Prætęrea quando actus fit in domo habitationis, vel notificationis ad domum, præsumitur scientia existente in domo, vt l. de pupillo.§. si quis ipsi p̃tori. ergo cum dictũ testũ fuerit factũ in domo dicti testatoris,in qua dicta filia morabatur.p̃sumitur, q̃ filia sciuerit dictum testm̃,& in eo contẽta. Prætęrea ratione conuicinitatis, nedum simul habitationis, p̃sumitur sciẽtia gestorum,vt no.p Bar.in l.1.ff.si cer.pet.& no.in c. quoniã in Africa.de præsum. & in l. domini horreorum. ergo præsumitur ratione cohabitationis.conuersationis,& conuicinitatis istius filiæ cum patre,& in domo patris sciẽtia dicti testamenti.& si dicatur,non apparet de ista conuersatione cohabitationis,& cõuicinitatis, hic calumnioſe allegat,tñ potest responderi,q̃ præsumitur ista cohabitatio, vt pridie allegabatis, ne aliàs inducatur dura separatio,quæ non præsumitur, vt C. cõmunia vtriusque iud.l.possessionum.cum simil. Prætęrea impedito impedimento facti currit tẽpus ẽt ignoranti,vt plene no.Cy.in l. quoties.de prec.impe. off. Sed istud nescire testamentũ,seu contenta in testamento est impedimentũ facti,non iuris,ergo currit ignoranti. Nunc restat respõdere ad dictũ Bart. & ad l. eius, qui in prouincia.cum si.& dico,q̃ dicta lex,& dictũ Bar. habẽt locũ quò ad acquisi. hęreditatis,in qua scientia,vel ignorãtia testamẽti non curant, cũ ex dispositione legis suitas operaẽ acquisitionem hæreditatis ipso iure,sed in extraneo requiritur scientia testi & vires eius vt possit adiri, & ideo p̃sumitur sciẽtia in extraneo, post aditã hæreditatẽ,q̃a aliter nõ poterat adire. Sed quantũ ad alios actus,puta ad legata,& fideicõmissa,& ad tutelam non dicit Bar.nec l. eius, qui in prouincia. q̃ p̃sumatur, & ignorantia, & in suo. Prætęrea ad l. eius,q̃ in puincia.potest respõderi,q̃ illa ignorãtia.de qua ibi fit mentio , denotat contingẽtiam facti, & non ministerium iuris,& ita dicebat ibi Bal. Prætęrea ibi loquit̃ in necessario,seu suo absente, vñ nimirũ si in absente præsumitur ignorantia,de qua ibi fit mentio,vt in c.cognoscentes. de consti. per gl. Prætęrea in casu nostro ista filia dñæ Bartholu. nõ habuit suitatẽ tẽpore mortis patris: q̃a secundũ formã statuti filia potest dotari,in testõ potest relin qui sibi quoquo titulo, ergo patet,quod potest prætęriri,& exhæredari, & solo legato dotis debet esse contenta.ergo patet, quod dicitur extranea: & per consequens p̃sumitur sciẽtia secundum doctrinã Bar. & sic Bar.non facit contra,sed pro. Prætęrea articulatũ est p dictum Petrum,q̃ dictus Blasius pater dictæ dñæ Bar.fecit testamentũ, & substitutionem,& est articulatum in fi.q̃ de prædictis est publica vox,& fama:ergo p̃esumitur,q̃ dicta dña Bartholutia sciuerit:q̃a de his,de quib.est publica fama,p̃sumitur scientia,nec potest allegari ignorantia, vt no, gl. in l.si tutor.C.de peric.tut. & Bar in d.§.duo fratres. Ex prædictis ergo concluditur,q̃ dicta dña Barto.p̃sumitur sciuisse dictum testm̃,& substi.fac.per dñm Blasium suum frattem non obstantib.allegationib.contrarium credo fore verũ, nam posito etiã, q̃ quantũ ad scientiã p̃sumẽdam non sit differentia inter suũ & extraneũ, quicq̃d dicat Bal. tñ ante immissionẽ facti, & animi,non præsumitur scientia, vt no.Bal.in l.eius, qui in prouincia. circa fi. Prætęrea sciẽtia p̃esumitur : aut q̃a p̃s actui : aut quia protestatus, aut publica fama.de nullo istorũ est articulatũ,nec proba.& si dicatur,p̃esumitur esse in domo, ergo præsumitur scire verum , si talis est actus , qui non possit fieri in aliqua parte domus , quin perueniat ad notitiam omnium de domo , vt acclamatio , quam facit dominus,quando percutitur,vt no. ff. ad Silla. Sed actus testãdi potest fieri secrete in vna camera,immo præsumitur , q̃ substitutio fiat secrete,vñ nisi probetur, q̃ tempore facti testamẽti fuerit p̃s actui testandi, præsumitur ignorãtia:maxime in muliere,in qua facilius præsumitur ignorantia iuris, vt no. Bart.in l.fi.C.de iure & fact.igno.hoc tñ verum, nisi potuerit consulere peritiores,vt l.iur.igno.C. qui admi.ad bo. pos. Cætera videat, & suppleat subtilitas, & scientia vestra : tamen hic videndum, nunquid de iure ignorantiæ istius dominæ Bartolutiæ possit p Petrum nuncallegari, cum ignorantia, vel scientia hominis sit nota.& maxime, quia ipsa non dicat se ignorasse,& animus suus non præsumit̃, nec potest, nisi in extrinsecis, quæ non apparet iste Petrus scire, sed pro nunc omitto. Non obst. quod s̃ dicitur: videlicet articulatum est, q̃ Blasius rali tẽpore fecit testamentum. Item quod sub tali forma : ita q̃ hæreditas pertinet ad istam matrem, & prima duo sunt confessata.Item articula.q̃ de prædictis fuit, & est publica vox, & fama, respondeo: quamuis sit articula. de forma testamenti, non tñ

non tñ specifice de substitutione.s.q̃ dicta soror fuerit substituta,sed q̃ subtõ fuit fcã de stirpe.vel ista sunt verba iur.& dubia, quo dẽant intelligi , vñ ignorauit ista soror se substitutã : qa nesciuit, q̃ hoc importaret illud verbũ , in stirpe. ergo ignorantia iur.eam excusat.d.l.fi. & si dicatur,potuit consulere peritiores. Rñdeo,non tenebatur,nec dẽbat:qa cum pupillus viueret,non debebat sperare casum, & aduersam fortunã eiꝰ.& si dicat,imo qa hoc videmus in mre,in qua maior est p̃sumptio, q̃ filius ei superuiuat secundum casum naturæ:vt l.nã & si parẽtib. & tñ mr, nisi petat j annũ,priuat̃ successione, nec excusat̃ pp hoc. Quia ad hoc rñdeo,q̃ non ob. quia mr̃ debet credere,& scire illud,q̃ ius præsumit.s. se succesturã abintestato. sed soror nõ dẽt credere se succesturã;qa hoc ius non p̃sumit,vt no.Bal.in li. suo cõsiliorum.in consi.111.& allegat.ff.de vsuc.l.nõ solũ.§. vulgo. ver. hoc amplius.† Item non ob.q̃ vltimo dr̃, q̃ iste non põt allega-
3 re ignorãtiã alterius: quia imo põt, vel tale factũ, seu qualitatẽ, ex quo ignorantia resultet.nã qñ lex p̃sumit aliq̃d,aut p̃sumitur eo, q̃ cõstitit in animo ꝓprio,& dẽt allegari,nihilominus illud, q̃ lex p̃sumit.ff.de adul.l. si adulteriũ cũ incestu. §.j. aut constitit in animo alieno:& tũc sufficit allegare qualitatẽ,ex quo illud,q̃ lex p̃sumit,inferat:vt l.oẽs.§.Lucius.ff.quæ in frau.cre. ita dicit Bald.in l. quod adhibitus. C. qui sibi ascribunt. modo ita est in proposito, nam lex præsumit,quod qui in ius alterius succedit, iustam habeat ignorantiæ causam, vt in c.cum in ius.supra allega.& in l.fin.pro suo.modo,cum hoc sit de animo alterius,scilicet q̃ illud allegat Petrus supradictus,sufficit allegare qualitatẽ, ex quo illud inferatur, sicut facit: quia dicit , q̃ ista succedit ex substitutione facta Blasio.& sic in ius alterius.

CONSILIVM CCXCVI.

1 *Hæreditas filij vltimi decedentis stante substitutione &c. cui deferatur an matri, an sorori, an patruo dicti minoris decedentis in pupillari ætate.*
2 *Successione an priuetur propter non petitum tutorem ille, cui hæreditas defertur.*
3 *Ignorantia testa. paterni, an præsumatur in filijs.*
4 *Tutorem qui tenetur petere, infra quantum tempus tenetur petere.*

1 In Christi nomine. Visis, & ꝫ consideratis in puncto p ordinẽ narnatis, tria inuestiganda occurrũt.primo, cui hæreditas dicti filij vltimo morientis delata fuerit:an sorori, an mr̃i , an patruo ipsius filij succedentis,Secũdo an ille,cui est delata eius cõmodo, sit destitutus pp non petitum tutorẽ j tp̃s à iure constitutum. Tertio, an pœna non petiti tutoris transeat de gradu ad gradũ,
1 & quanti temporis meta exclusionẽ inducat. † Circa primũ vr̃ bẽ de iure dicendum dictam sororem admitti alijs exclusis: quia cum filius vltimo decedens in pupillari ætate decesserit, exista pupillari contenta in compendiosa: quia nõ omnino tacita, sed expressa,saltim verbis gñalib. & aptis cõprehendere pupillarẽ, succeditur p substit.ẽt mr̃e exclusa,vt no.per gl.in l. Lucius.ff.ẽ vulg.& pup. & in l.fi. C. de inst.& substit.in l.precib.in gl.magna. in ver.item no. Et si dicatur, in substitutione p̃dicta nõ est facta mentio nominis appellatiui.s. filiæ, dico,q̃ est æq̃pollens: quia illa verba deueniãt, & esse debeant in stirpe, & substi. prædictæ apposităe cõprehẽdũt ipsam filiã tã de iure cõi , q̃ ex cõi cecurat[4] voluntate testõris: quia oĩs recta linea, & non ex trãiuersa progrediẽs dr̃ esse de stirpe:vt C. de inof.test.l. si qs in suo. C. de natli.l.cũ qs.& vtrobiq; tex.facit,q̃ no.p gl.de consan.& affi.l.ꝙ dilectio.& c.fi.eo.ti. Secũdo hoc suadet(vt dixi) p̃sumpta testõris voluntas, q̃ primũ in cõdõnalib. dispositionib.locũ hẽt, & eas ordinat,& disponit,vt l.in condõnib.primũ locũ.ff.de condi & dem.nemo.n. p̃sumit alienas successiones suis añponere , vt C. de fideic.l.cũ acutissimi.C. de inst.& substit.le.gñaliter & hoc de
2 primo.Circa secũdũ,† ex quo p̃supposui habitũ.s. hẽditatẽ substõnis virtute sororis delatã:videndũ, an negligẽtia non petiti tutoris p̃dicti habitus priuationẽ inducat. & vr̃,q̃ nõ: qa nõ appareret,q̃ ipsa scinerit de morte p̃is: & tp̃s non currit ignoranti: vt l.j.§.biduũ.ff.qñ appel.sit.in gl.super verbo,sn̄e latæ.in fi.Itẽ qa non apparet,q̃ ipsa sciuerit de substitutione p̃dicta, & in dubio p̃sumit̃ ignorantia:quia iustissimè errat ille,qui testm̃ non ꝓbat vidisse.ff. de interro.act.l. de ætate.§.ex cã. in contrariũ vr̃ veritas.s.q̃ dicta soror pp non petitũ tutorẽ j annum priuetur hæreditate prædicta:vt l.sciant.C. de legi.hære.non ob. q̃ in contra-
3 rium allegatur de ignorantia: † quia vtrum p̃sumatur sciẽtia vel non scientia testamenti, & in ipso contentarũ, recurrendũ est ad coniecturas.nam p coniecturas interdũ probatur sciẽtia, vt si tẽpore facti testi filius, vel filia erat in domo, vbi testm̃ fuit factũ:qa domestici p̃sumuntur scire , q̃ in domo agũtur. C. de rep.l.consensu.§. super.nisi esset testm̃ factũ sub sigillo secreto. i.in scrip.vt inst.de pup. substit.§. sinaũt qs.interdũ per coniecturas probatur ignorantia: vt si filius erat in longinqua pr̃ia, ita q̃ ad eũ, nisi per nuntium , vel lr̃as notitia testi non potuit pervenire.ff.si cer. pe.l.eius, qui in puincia.ff. de admi.tu.l. quidã decedẽs.§.ex quo inotuit.si aũt de coniecturis nõ apparet, p̃sumit̃ ignorãtia.C. de peric.tut.l.si tutor. C. de iure del.l.qñ sororẽ.& l.verius de pb.cũ si. in casu aũt nõ scientia præsumit̃, cum tpe dicti conditi testi dicta filia esset in domo , in qua dictum testm̃ fuit conditũ.si ergo dicta soror non perijt tutorẽ j annum, ipso iure successione priuata est.ff.ad Turpi.l.2.§.si mr̃.& C.q pe.tu. l.fi.nec ob.prædictis,q̃ nõ appareat,q̃ fuit maior: qa p̃sumit̃.C. de in inte.rest.mi.leg.ũ minorem te.extra de prob.c.in p̃tia.in gl.pen.&no.C.de prob.l.cum te.sicut dicimus in adulto,qui p̃sumitur maior,nisi ex aspectu appareat minor,vt ibi p Cy.& facit
4 quod no.de minore.in l.de ætate.† Venio ad tertiũ,& vr̃,q̃ licet soror sit exclusa pp non petitũ tutorẽ, tñ ẽt exclusa mr̃,q̃ postea tutorẽ neglexit petere per quatuor menses:vt l.2.§. cõsequenter.ff. ad Tert. Non obst. de legitimis hæredib. l. sciant. nam licet illa lex gñaliter loquatur, tñ debet intelligi ĩalijs legitimis successoribus.non in mre,quia magis vr̃ imputandũ matri,q̃ alijs, si negligit cõmoda filiorũ. C. qui pe.tu.l.mr̃is pietas.& hoc apparet, qa tenet̃ petere cur. ventri, vbi non cadit tẽpus anni. ff. ad Tert.l. 2.§.si cũ prægnãs.vnde plus anno non vr̃, q̃ possit matri largiri, sed minus spacium sic.& hoc tenet Bar.in d.§.confestim. & in l. 3.ff.qui pe.tu.Sed in contrariũ vr̃ veritas:videlicet, q̃ æquitas legis mr̃i annũ integrũ largiatur pp dictionẽ,cuncti,q̃ est in d.l.sciant.q̃ est vniuersalis:qa qui cunctas dicit,neminẽ excipit. & istã partẽ tenet D. pater meus in l. precib. & dicit esse magis æquã. Ego considero,q̃ in ista materia legis præcisè loquũtur. nã constõ diui Seueri dicit,si mr̃ confestim non petijt, q̃ cadit à successione impuberis ff. qui pe.tut.l.2.§.diuus. Alia lex expositit istud verbũ,confestim,q̃ intelligit,cũ primũ põt de iure,& de facto, vt d.§.confestim. Alia lex dicit, q̃ mr̃is solicitudo requiritur in petẽdis tutoribꝰ.ff.q pe.tu.l.j. Alia,q̃ sedulũ officiũ exigit.C. qui pe.tu.l.cũ matrib. Alia lex dicit, q̃ mr̃ tenetur petere curatorẽ ventri,non sufficit peti nato,licet j annum nascatur: vt ibi eudẽter vr̃ innuere.hoc ẽt vr̃ tenere Rich. Mal.ergo vr̃ q̃ si materfit in mora notabili negligentia per plures mẽses , dẽt à successione repelli, nec releuaret mr̃em , licet appareret ipsam interrũ impuberis gessisse negocia: quia gestio debet esse cum titulo tutelæ,non de facto:vt no.in d.§.confestim.in glo.quod potuit.In contrarium credo veritatẽ fore.videlicet q̃ quandocunq̃, j annum mater petat tutorem, succedat ex dispositione legũ. C. vt d.l.sciant.immo ẽt per iura.ff. est appositus terminus anni. d.§. cõfestũ.&arguo sic.aut talis terminus anni adiicitur impotẽti,& fallum est:qa ei non currit aliquis terminus.ff.de vul.substit.l.3.§. si ad diem.aut potenti, & negligenti:tunc habet propositũ: qa mora põt purgari j annum. vnde ille tex. §. confestim, non in-

telligitur de impedimento, ꝙ non excedat annum, sed de omissione petendi. ſ. ꝙ quis nō pōt omittere vltra annum sine pœna priuationis hr̃editatis. sed alij dicunt, ꝙ lapsus anni inducit præsumptionē iuris, & de iure cōtra mr̃em, vt præsumatur in mora, & non possit probare impedimentū, ꝙ saluare reuerentia non vr̃ verū per l. cū à matrib. facit 2. q. j. c. annorum. de eo, q̃ debet appellationē ꝓsequi j annū, cui non imputat̃, si per eū non stetit. Et in eo, qui dēt promoueri ad sacerdotiū j annū cui non currit annus ipse, si iusto impedimento detēt⁹ promoueri nō potuit, extra de elec. c. cōmissa. §. j. lib. 6. Item friuolum vr̃ ēt, ꝙ quidam dr̃, ꝙ lex, sciāt, non loquit̃ in mr̃e, cū gn̄aliter loquatur, sic. C. d̄ admi. tu. l. fi. §. personis. & nō sit maior mora matris, q̃ aliorum, præsertim propter sexum. Item, ꝙ iure quasi naturæ debetur ei successio. puto igit̃ legē, sciant. ēt in matre loqui. quæ etiam tacite facit mentionē legū in mr̃e loquentiū, quas extendit ad oēs successores, & apponit terminū anni, nō ad initiū petitionis. & ita intelligit̃ d. Rich. Mal. sed excusationē mr̃is h j annū petiit, & sic intelligitur, ꝙ de anno dr̃, ēt in perenda bonorū possessione, vbi habet annū. l. j. §. largius. & sic à simili excusēt: & hoc casu correlatiua sunt hr̃editas, & tutela. ff. de reg. iur. le. quo tutela. sed lex, sciant. posset sic exponi, secundū alios sciant, si tutorem non petierūt j annū, vel añ, cum primum pūr. nō vr̃ bn̄ dictum, q̃a secundū hoc frustra fieret ibi mētio anni, & iō, & verius, & æquius puto, ꝙ dixi. ſ. ꝙ mr̃ habeat integrum annū ad petendū tutorem, vel tutelā suscipiendā. & si dicatur in matre plus requritur: & sibi plus debetur. & pro ista parte allego tex. singularem in matre loquente, & largiente sibi annum, insti. ad Tert. §. sed quemadmodum. in fi. qui istam quæstionem determinare videt etiam in l. 2. C. si aduersus delictum.

CONSILIVM CCXCVII.

1 *Sententia lata post metam termini quando sit nulla, & quando valeat.*
2 *Sententia interlocutoria de intrando possessionem, siue manutenendo nullis præcedentibus proba, est nulla, etiam si possessa probationes fiant.*
3 *Sententia an possit per iudicem appellationis confirmari.*

1 **In Christi nomine.** Præmittendum est ad euidentiam, † ꝙ q̃q; meta imponitur iudici tm̃: & tunc non ppea finis instantiæ, sed iudex negligēs punit̃, vt C. oēs causæ tam ciuiles. le. j. q̃q; meta imponitur causæ, seu instantiæ, & tunc illud, quod fit postea, nō valet. ff. de excu. tu. l. scire oportet. §. confis. C. de iudi. l. properādum. ga ferretur sn̄ia sine instantia, quod est impossibile, q̃q; meta imponitur tam iudici, quam iustitiæ. & tunc similiter ipso iure non valet post terminum; quia acta ordinis iudiciarij perierunt. l. cum lite mortua. iud. ſō. modo in casu nr̄o meta fuit taxata instantiæ, & ēt iudici, vt ꝓbabo, ergo sua postea lata fuit ipso iure nulla: sicut sapientissime per dn̄m Ia. de Fornarijs de Pisis extitit allegatum. probo, ꝙ meta fuerit imposita liti: quia statutum vltra procedens dicit, & vltra non duret &c. statutum vltra ꝓcedit quo ad duo, ſ. quo ad instantiam, ꝙ nō duret: & quo ad iudicē, vt puniatur. si aūt processisset quo ad iudicem tm̃, & nihil
2 dixisset de non duratione: tunc sn̄ia valeret, & ista est veritas. † Item sciendū est, ꝙ interlocutoria de intrando possessionē, siue de manutenendo est ipso iure nulla, nullis ꝓcedentib. probatio nib. & est rō, ga debet fundari super contumacia. sed ille, cōtra quē nil est ꝓbatū, non est contumax. l. j. §. hæc verba. ne visis fiat ei. l. hæc aūt. §. j. quib. ex cau. in pos. ea. & ideo dixit Inn. ꝙ iudex cui nil probarū est, nil mandare potest, extra de sen. excom. c. solet. in fi. ad hoc facit, ꝙ no. Cy. in l. j. C. de errore calculi Præterea missio debet fieri pro mensura debiti declarati: vt in Auth. de exhi. reis. §. si vero. & iō si nullū debitū est liquidatum; missio nō habet fundamentum, & peccat in substantia, & in ordine: quia de ordine est ꝙ in tali missione primo fiat fides iudici, vt dictum est. Item contra nō obligatū non debet fieri missio, nisi facta ex
3 cussione, & ꝓnuntiatio. super ea. sed hic non ꝓnuntiatū, ergo fuit inordinate ꝓcessum, ita tenet Bar. ff. de no. ope. nun. l. pror. §. habet. vñ aperte cōcludit, ꝙ prima sn̄ia fuit ipso iu. nulla. † sed dubiū stat: quia ista sn̄ia vr̃ fuisse per iudicē appellationis cōfirmata: ga ꝓnuntiauit bn̄ iudicatū, & male appellatū, q̃ sn̄ia vr̃ aliqua, licet sit lata cōtra ius litigatoris: cum error in sn̄ia non fuerit expressus. ff. de app. l. si expressim. sed certe illud est verū, q̃n iudex appellationis rite processit ad cōfirmandā sn̄iam. hic aūt non rite ꝓcessit: ga non poterat cōfirmare nisi ex propositis, & ꝓbatis in actis primis. vt in c. appellanti. de app. in cle. Itē iste est error intolerabilis in secunda sententia, sicut in prima ex ijsdē rōnib. nullitatis subiacens: quia nihil probatū iudici, ad quem factū, ergo de facto fuit tā inciuiliter, q̃ inordinate processum. facit C. vnde vi. l. meminerint, & C. si per vim, vel alio modo. l. fi. Præterea sn̄ia per iudicē à quo lata finita instantia non pōt confirmari: sicut nec lata à priuato. nā lite mortua iudex redigetur ad instar priuati, nisi ex noua instātia adeatur, vt supra probaui. & facit, quod no. in c. j. de sequestr. poss. in clem. & ff. de feriis. l. j. in fi. princ. & ideo concludo pro dicta D. Tadea. Item quando sententia est nulla, sola ratione ipsius sentētiæ acta sunt aliqua: tunc potest iudicari per iudicem appellationis pro contentis in sententia, sed si omnia sunt nulla. ſ. processus, & acta: quia sine tempore, cum tunc ducta, vel omnino non facta, tunc impossibilis est confirmatio. C. de sent. & interloc. omn. iudi. l. prolatam. Et ita dico, & consulo ego Baldus.

CONSILIVM CCXCIX.

1 *Viduæ, quæ iurauit castitatem in instrumento tutelæ, priuatur successione filij propter stuprum.*

In Christi nomine. Super primo puncto scripsi in alio folio, super isto secundo puncto, de ista muliere credo ipsam prius deposuisse tutelam, q̃ tutorem peteret. Ideoq; ab ipsa petitum asfero tutorem nō esse, cum ipsa priuatio edicto causam dederit. concubuit si quidem iuris præsumptione, & ante peritum tuto
1 rem: quia solus cum sola. † Et quia natura impugnat solum cum sola ad istos motus naturales: & quia, quare esset solus cum sola in camera, nulla ratio reddi potest, nisi per placidissimam Venerem, ad quam natura nos cogit ad finem generationis, & conseruationis speciei; sicut cogit natura superiorum clementa ad compositionem mixti. q̃q̃ sunt naturalia: tñ ēt legib. cōprobantur, siue. n. præsumamus matrimoniū, vt ff. de ri. nup. l. in liber. siue stuprū, statim mater cecidit à tutela, licet gl. dicat cōtrariū. ſ. ꝙ stuprū viduan non perdit tutelam filij: quia non est iure cautum, tñ Iacob. de Bel. in Auth. de resti. & ea quæ parit 11. mense. §. fi. tenet, ꝙ ipso iure priuatur, quod est verius: quia in instrō tutelæ proprio iurō promiserat castitatem, quam non seruauit. in dubio tamen honesta præsumptio credenda est: & est ipsa veritas: quia honestatis ratione credendū est. ff. pro soc. l. merito. & dictum Canonistarum non habet locum quo ad tutelas. seruat discreta opinio Iurisconsulti, quæ ponitur in d. l. in liberæ. vnde apparet ex priuatione matris tutorē istum secundum canones stupratorem, secundum leges maritū postea peti non potuisse: quia ante peti debuit, vt in Authē. de nup. §. si aūt tutela. coll. 4. Et maxime viso statuto, ꝙ incipit, Item ꝓuisum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCC.

1 *Substituto in persona vltimo loco morientium valet.*
2 *Res alienata imputantur in legitima.*
3 *Matri debetur legitima in bonis filij.*
4 *Hæres grauatus debet habere suam canonicam portionem.*
5 *Res prohibita alienari possunt occasione dotium alienari.*

1 **In Christi nomine.** Circa primam q̃nem † probabiliter dubitat: an in persona vltimo morientiū valeat substitō. & vr̃, ꝙ non, per l. sed si sic. §. si aūt. de leg. 3. nam ab hærede hære. non pōt fideicommissum relinq; nisi grauet, vt hæres hæred. & non proprio noīe. sed isti non fuerunt sic grauati, sed solummodo vt liberi, & non vt hæredes, ergo non valet fideicōmissum. contrarium est verū, ꝙ testator instituit posteriores priorib. gradatim, & iō vlti mo morientem grauare potuit: vt ff. de le. 2. l. peto. §. fratre. & d.
2 l. sed sic. & hoc de prima q̃ne. † Quò ad secundū dico, res alienatas in legitimā imputari, vt no. ff. ad Tre. l. Marcellus. §. res,
3 quæ. † Quo ad tertium dico, ꝙ mr̃ debet habere legitimam, vt in Auth. de trien. & semis. §. j. & ibi no. † Circa quartum dico, ꝙ
4 hæres debet hr̃e canonicam portionem, extra de testamentis.
5 c. requisisti. cum si.. † Circa quintum dico, ꝙ occasione dotium potuerūt alienari. C. com. de leg. auth. res, quæ.

CONSILIVM CCCI.

1 *Appellandum est ab inferiore ad superiorem, qui si videret appel. desertā, poterit suam sententiam exequi.*

In Christi nomine. Priores terrarū habent potestatem datā eis ex forma statutorum, & non aliam, nisi per aliquā regulam sequatur ad illam, quæ data est. hinc est, quod si quidē priores eligūt magistratum,

magistratum, ita quod egeat alia confirmatione superioris, ad ipsos in subsidium appellari potest: quia superiores dn̄r, cum ha
1 beant potestatem instituendi, & destituendi cum cā. † & regula est, ꝙ debet appellari ab inferiore ad superiorē, vt l. j. ff. de app. & plene no. in c. 2. de confes. li. 6. quemadmodum apud priores est iurisdictio cātura, & ita & disceptatura erit in cā appellationis. si non magistratus causatura consilio populi, consilium erit iudex ad quem. si autem confirmatur à superiore, & illud erit ap pellandum: nisi alius sit deputatus expresse, in Authē. de iudi. §. appellationis. & C. de app. l. eos. cum si. & cum iudici à quo constet appellationem desertam, pōt sn̄iam suam exequi, vt no. C. de app. l. eos. in princ. & c. si contra. §. quamuis. de app. in cle. & per Bar. in l. j. nil. noua. app. pendente.

CONSILIVM CCCII.

1 *Hæredes marīti an possint opponere contra vxorem de adult. ad repeti. dotis, & infra in seq. consi.*

1 **Et** † dos prædicta possit repeti, & sic dēat consequi condēnatoria, vr̃ probari. nam ad hoc, vt hr̃des mariti possint opponere de adulterio vxor. ad habendā dotis repetitionem, vr̃ requiri, ꝙ maritus vx. conuicerit. ita vr̃ velle gl. in Auth. vt nulli iud. §. adulterā, & in Authen. vt li. ma. & auiæ. §. quia vero plurimos. sed maritus non conuicit istam, ergo &c. Præterea vr̃, ꝙ maritus debuit eam reiicere, & conqueri: vt ff. sol. mat. l. rei iudicatæ. § j. ver. morum no. & c. & quod ibi no. per Dy. & Bar. sed cum hoc non fecerit, ergo &c. his non obstantib. videtur debere dici cōtrarium. primo de iure ciuili per l. consensu. §. vir quoque. C. de re. de iure canonico ꝓ c. plerunque. extra de do. inter vir. & vxo. vbi videtur casus huius quæstionis, & hanc opi, tenēdo posset respōderi ad contraria.

CONSILIVM CCCIII.

1 *Ad idem contrarium decidendo, quod supra in præcedenti consilio,*

In Christi nomine. Ista dos debet restitui, nam maritus, qui diu ta cuit mores vxoris non accusando, approbasse videtur, iuxta. le. rei. iudic. §. j. fol. ma. all. per vos. & hoc quando vir sciuit facinus: secus forte si ignorauit: vt no. per Cy. C. de adul. le. fi. & C. de rei vxo. act. l. j. §. taceat. per Cy. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCIIII.

1 *Sententia lata contra tenorem instrumenti an valeat: & an sententia lata ex mala causa possit iustificari ex bona. & infra consilio 306.*
2 *Filius qui possedit bona paterna, an dicatur se immiscuisse hæreditati.*

1 **In Christi nomine.** † Prima ratio in sententia allegata est contra tenorem instrumenti ibi, dum dicit, in omnem casum &c. coniuncta glo. quæ est in l. dos à patre. Secunda etiam ratio in sententia allegata non est multum bona: quia in promissione cedendi iura adita hæreditate, ar. C. de iure delib. l. si auia. sed considerā dum est, ꝙ sn̄ia lata ex mala cā pōt iustificari ex bona. ff. quod cū eo. l. Titianus. & iō si est præscriptū de iure cōi, vel per statutū,
2 iudex appellationis dēt absolutoriam confirmare. † Et licet cōscientia mea mihi suadeat, ꝙ filij adierint hæreditatem paternam, & sic non sit præscriptum hypothecariæ, vt l. cuin notissimi. & C. de iure dotium. l. in rebus. §. si. tamen ex actis non appa ret hoc, cum filij potuerunt possidere pro restitutione dotis maternæ, de sol. l. Titia. & hoc ponit Oldr. ad literam in l. j. C. de repu. hæred. nec præsumitur filius hæres quo ad incommoda, nisi probetur: vt no. in l. si cum dotem. §. transgre. sol. ma. in glo. ord. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCV

1 *Substitutu fideicommissa. Verbis generalibus facta, non venunt bona propria grauati.*
2 *Instituo Titium, & descendentes ex eo, quid importent illa verba.*

1 **In Christi nomine.** † Non est dubiū, quod in substitutione fideicō missaria verbis generalibus facta nō veniunt bona propria grauati. ff. de vulg. substi. l. cohæredi. §. cum filiæ. & ideo videndum, quæ fuerint propria bona Matthæi: quia ad ipsa non extenditur substitutio facta per Colam eius patrem. † Et propterea est in
2 uestigandum, quid est dicere: instituo Colam, & descendentes ex eo. & Bar. expedit se dicēs, ꝙ Cola per prius, & descendētes veniunt de post eum. i. si Cola hæres non erit. nam inter istos ca dit affectio ordinata, vnde prior charitas excludit posteriorem. ff. de li. & posth. l. Gallus. §. j. & ibi plene per Bart. Alij dicunt, ꝙ venit pater, & filius simul. ff. de vsufr. accr. l. si quis Titio. & leg. si mulieri. & C. de impu. & ali. substi. leg. fi. sed secundum Iaco. de Aret. aūt posterior erat iā natus, & sic cadebat ad ipsum affectio & amor, & tunc veniunt simul: alias non. dici potest, ꝙ ilta copula, &, ponat̃ potius subiunctiue, q̃ principaliter copulando. i. ꝙ Cola nepos testatoris habeat in vita sua, & postea habeant descendentes eius: quia ista est affectio ordinata, & debita, vt ff. de hær. inst. l. Lucius. & iste intellectus est amicus naturæ. ff. de leg. 2. l. cum ita legitur. §. in fideicom. arguendo aūt ex vi copulæ ꝓprie sumptæ, fieret diuisio inter Colam, & Matthæū, & in vita, & in morte, ex quo acquisiuit sibi. Mihi autem videtur ex verbo descendentibus, & quia Matthæus Colæ non probatur fuisse in rerum natura, adhuc tēpore testamenti dicti Matthæi, nec esse tunc spe certa poterat sperari.

CONSILIVM CCCVI.

1 *Sententia lata ex vna causa non vera potest confirmari per iudicem app. ex causa vera. & adde supra consi. 304.*
tate venditoris. & pactum, qđ apponitur in fauorem, nō debet conuerti in odiū, & ꝓsumptionem fraudis de contractu ad contractū, & pro certo ista qō non ꝑt determinari per capitulū dictū ad nostram. nec in casu, nec in rōne, nisi arguendo à remotis sit pactum, qđ exorbitat à natura contractus, &à cōi consuetudine ducit præsumptionem simulationis de cōtractu ad contractū: sed istud pactum vr̄ hmōi. quis enim nunq̄ nō soluit precium integrum, & lucratur integros fructus, cū imo magis debeat teneri ad proportionales vsuras, vt C. de act. empt. l. curabit. ex contrarijs igitur qualitatib. ꝓsumitur fraus, q̄ probatur per id, qđ in continenti actum ēt per aliud instr̄m, vt ff. de priui. cre. l. si ventri. §. fin. Item sicut summa disproportio arguit fraudem hominis, ita fraudē legis, vt ff. si quid in frau. patr. l. i. §. at si transegit. & ff. de iure patro. l. si libertus minorem. Nunc venio ad capitulum illo vos. ibi namq; fuit res empta sub pacto displicentiæ, ita vt displiceret vsq; ad annum, ita vt restitutus. 23. lib. quæ erant precium rei, & 60. solidis vltra dēt restitui computandis in pretio restituendo fructib. interim perceptis. decretalis indicat contractum istum fore vsurarium, qualiscunq; fuerit in corde suo intentio contrahentium ibi, propter 60. soli. in quibus exceditur modus, totus contractus iudicatur vsurarius, sed in quæstione nr̄a est valde maior excessus. Igitur præsertim infra tempus 8. anno. iste contractus fuit pignoratitius. Præterea quoties agitur, vt dominium transferatur libere, prout non dēt transferri, non ꝓsumitur venditio, sed alius contractus, vt ff. de contrah. empt. l. cum manusta. §. nemo. Ex quibus consideratis secundum ea, quæ proponuntur, consulo dictum contractum, & oīa secuta ex eo indicandū esse pignoratitium, & celebratum in fraudem vsurarum, & dictos 800. flo. restituendos successoribus dicti domini Laurentij, cum dicta sors non fuerit extenuata: pœnas aūt in dictis contractibus appositas: quia in fraudē vsurarum, nullas esse, vt ff. ad l. Falc. l. Seius, & Augerius. & C. de legi. l. non dubium. Sequitur quædā alia petitio vigore alterius venditionis factæ per dominum Laurentium, in qua petitur dictis nouis emptoribus restitui precium dictarum rerum venditarum dictis agentibus, per dictum dominum Laurentium, quæ petitio non videtur apte proposita: quia dicti agentes non petierunt rem sibi tradi per ea, quæ viderim. Item ad duplum non potest agi: quia nihil proponitur euictū per sententiam, vt ff. de euict. l. habere licere. ff. de rei vend. l. vti q;. ff. de nego. gest. l. at qui natura. §. cum me absente. Saluum tamen remanet ius agendi apte suo loco, & tempore. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXIII.

1 *Dotandi onus ad quem pertineat, & an dotata ab auo, vel ab alio debeat à patre dotari.*
2 *Dotare filium, vel neptem an sit donum, vel an dicatur debitum.*
3 *Dos danda per patrem quanta esse debeat.*

In Christi nomine Materia ista diuiditur in duas partes. sc. in dotationē filiarum, & in dotationē neptum, ꝓneptum, vel vlteriꝝ.

1 † Primo casu q̄q; onus dotandi est impositū alteri, q̄ patri, & tunc ad illū pertinet onus dotandi, & non ad pr̄em illo viuente, & habente vñ dotet, vt ff. de col. bo. l. dedit dotem. & est rō: quia istud non est onus, qđ imponatur iure naturali inspecto tm̄: sed iure ciuili à iure pr̄iq; potestatis, vt ff. de ritu nup. l. qui liberos in pr̄tē. & hoc probatur euidenti rōne, quia alias sequeretur, ꝙ ista dos esset aduentitia, non profectitia: & ꝙ deberet habere duas dotes, siue dotari bis. sci. semel à patre, & semel ab auo. sci. ab auo iure factæ potestatis, & à patre iure ꝑtimuli naturalis. qđ falsum est, vt patet ex no. per Ia. de Are. ff. de iur. & iu. l. veluti. & ff. de lib. agnos. l. si quis à liberis. & hoc patet per rationem naturalē: quia quicquid est causa causę, necesse est, vt sit causa causati. Item nos videmus, quòd omnia onera à parentibus incipiunt, à quibus incipit esse rei, vt ff. fami. ercis. l. si maritus. † nec
2 impendit beneficium pater, vel auus, qui dotat neptem, sed sequitur naturale debitum, vt l. i. C. de impo. lucra. descri. lib. 10. C. de codic. l. fin. & istud soluere non est proprie debitum, sed
3 tenet medium, vt C. de iur. & fac. igno. l. si emancipato. † & si quæris, quanta debeat esse dos. Respondeo, cum succedat in locum legitimæ, debebit in quantitate esse vsque ad mensuram legitimæ, vt C. de sacrosan. eccles. auth. si qua mulier. & si filius haberet multas filias, seruabit ille modus in distributione dotis, qui seruatur in distributione legitimæ portionis, ar. in l. i. §. si pater. ff. de coniungen. cum emancip. lib. his ergo præmissis, quantum ad primum punctum videtur dicendum, ꝙ aut fuit actum inter partes, ꝙ dos materna conueneretur in paternam, & sic fieret quædā nouatio: tñ in effectu ista dos dr̄ potius permutatio, quam dotis datio, nec est satisfactum filiæ: quia non titulus actionis, sed origo obligationis inspici debet, vt ff. de do. l. quicquid. vnde realiter, & vere loquendo est hic quædam simulatio, vel ex veritate digressio: & non debet repelli prętextu dotis paternæ illa, quæ dotata non est: quia verba realiter, & effectiue debent intelligi, & non debet fieri fraus de contractu ad contractum. Item si pater dixit se velle dotare pro adæquandis portionibus significauit mentem suam, sed friuolam: quia non cadit adæquatio, vbi non cadunt duo termini proportionales, vt l. si filius. ff. si cer. pe. Et ideo prælegatum relictum à patre simplici, id est, rudi, qui non habet legum peritiam, & qui credebat inter liberos æqualitaē ponere, non debet ad æqualitatem trahi, vt C. de colla. l. illam. & C. communia vtriusq; iu. l. fin. & sic æqualitas est naturali, & ciuili ratione seruanda inter liberos: videlicet vt ius vnius non tollatur, & alteri tribuatur. est enim æqualitas reddere, quod cuiq; debetur, fructus pertinere ad eum, qui sustinet onera matrimonij, nec hęres restituere tenetur, vt ff. sol. mat. l. in insulam. §. vsuras. Ego Bal.

CONSILIVM CCCXXIIII.

1 *Probari debent plura, quando ex mutuo, vel quasi contrahitur agitur*

In Christi nomine. Præsentia publici instr̄i serie cūctis patēat manifestum, ꝙ anno natiuitatis eiusdem 1399. indictione 7. die vero intitulata 3. mensis Iunij, in ciuitate turelæ Regni Nauarræ, & diœcesis Curasonen. coram excellentissimo Princ. & Serenissi. domino nostro, domino Carolo Dei gratia Rege Nauarræ, Ebroicensiq; comite egregius vir dominus Carolus de Belemonte eiusdem domini nr̄i Regis vexillarius, filius naturalis hæres legitimus, ac successor recolendæ memoriæ, & inclyti Principis do. Ludouici de Nauarra quondam Ducis de Duratio in mei notarij publici, & testium, subscriptorum presentia personaliter cōstitutus cum quanta reuerentia potuit, coram dño nostro Rege Nauarræ humiliter verbo proposuit, atq; dixit, ꝙ cum dudum memoratus dominus Ludouicus quondam pater carnalis, & naturalis eiusdem domini Caroli, dum vitam ducebat, & duxit in humanis: pro dotario dominæ Ioannæ de Clice consortis eiusdem domini Ducis Duratij tradidisset, seu etiam deposuisset in ciuitate Flo. & apud communitatem eiusdem ciuitatis penes priores, rectores, & gubernatores pro tunc eiusdem ciuitatis in thesauro, seu aceruo eiusdē ciuitatis, vt in vulgari dicitur, monte de Floren. boni auri recti, & legitimi ponderis 40000. flo. seū duca. auri; quorum cōmoda, prouentus, annuam pensionem, censum, redditum, seu honestum lucrum ex eis prouenientes prædicti coniuges, dum vitā duxerunt in humanis simul, & successiue habuerunt, & receperunt. & demum dictus dñs Ludouicus Dux in extremis constitutus, sana tamen mente, suum vltimū, & irreuocabile condidit testm̄, in quo quidem testo, seu vltima voluntate, & dispositione, vt ipse idem do. Carolus vexillarius asseruit, dictus quondam genitor ipsius inter alia in eodē contenta certo mō, & forma de dictis 40000. ducatorum disposuit, & ordinauit, vt per quandā clausulam ibidē contentā clare dixit apparere, vigore, & virtute cuius dixit, se ius hr̄e, & sibi competere in eisdē summis, siue q̄tatib. 40000. flo. Et his propositis, atq; gestis, idē do. Caro. exhibuit, & pr̄tauit corā iam dicto nr̄o Rege dictū publicum instr̄m testamenti, seu vltimę dispositionis, & voluntatis dicti d. Lud. Ducis de Duratio genitoris sui, nō vitiatum, nō cancellatum, nō abolitum, nec in aliqua sui parte suspectū, sed prorsus omni vitio, & suspitione carēs, vt ex inspectione eiusdem testi clare liquet, supplicās humiliter, &c. † Ex verbis dicti testi, & ex eius scriptura non probatur debitū, vt C. de prob. l. instra. & l. exempla. & l. rōnes. Præsertim, quia q̄n agitur contra ciuitatem ex mutuo, vel quasi dēnt plura probari, vt ff. si cer. pe. l. ciuitas saltim per cōiecturas, vt no. doc. in auth. hoc ius porrectum, veruntū isti sunt codices rōnum, ad quos recurritur tanq̄ ad publicam fidē prætito iuro de calumnia: suadentibus coniecturis dēt codex rōnum edi, & inspici ad hoc, vt appareat fides veri, vt C. de eden. l. iustū. & no. eo. tit. l. i. & l. fi. Non ob. extra de prob. c. i. qa hic nō petitur edi, vt instrm̄, sed tanquam codex rationum: quia quædam negotiatio est ista, & exercentes hos actus sunt quodammodo nummularij, vt ff. de priuil. cred. l. si neutri. §. in bonis. Item quoties est aliquid probatum, ad supplementum probationis fit editio, sed non est verisimile, quòd veritas negetur. Ego Bald.

CONSILIVM CCCXXV.

1 *Locator, qui non seruat contractum conductori, non potest agere cōtra conductorem.*
2 *Contractus non præsumitur simulatus ex solo pretij paucitate.*

In Dei nomine. † Iste fuit contractus nominatus, & ideo patet, quòd seruetur cōtractus locatori, si locator seruauit conductori: sed si non seruauit, tunc secus, vt ff. lo. l. quæro. §. inter locatorem, & ideo pro præterito tempore locator nihil petere potest: quia non
2 seruat contractum ex parte sua. † Illud tamen non credo, quòd ex sola paucitate pretij contractus præsumatur simulatus, vt in ca. ad nostram. extra de emp. & ven. Et ideo locator pro futuro tempore, pro quo vult obseruare cōtractum, posset habere iustitiam. si non interest aduersarij propter longam moram temporis, vt d. §. inter locatorem. eo tempore aduenīente. Ego Bal.

CONSILIVM CCCXXVI.

In Dei nomine. Casus talis est, de anno 1389. per Abbatissam cum consensu conuentus sui facta fuit quædam locatio vsque ad nouennium, demum de anno 1381. facta fuit alia locatio vsq; ad aliud nouennium per ipsam Abbatissam, & conuentum dictum. de anno 1388. fuit facta alia locatio vsq; ad biennium, facta prius renunciatione per ipsos conductores de iuribus eisdem competentibus vigore præcedentium locationum. finitis ipsis locationib. & tpe comprehenso in ipsis, & priuata, seu remota Abbatissa prædicta, & alia substituta per ipsam Abbatissam præsentem, & ipsius conuentum petitur à dictis conductoribus, vt ipsa possessio relaxetur, cum tps inuestituranum finitum sit. conductores se defendunt vigore cuiusdam promissionis eisdem conductoribus factæ per ipsam Abbatissam nunc priuatam, vt supra, & conuentum, quę promissio probatur sub forma infrascripta. Replicatur per ipsam Abbatissam præsentem ipsas, nec monasterium teneri vigore ipsius promissionis: quia minus solennis, & fuit personalis, non realis. Quæritur, quid iuris.

CONSILIVM CCCXXVII.

1 *Contractus locationis annuus an sit 9nus tantum.*
2 *Vbi duo propter 9num, & illud tantum 9num.*
3 *Conuentio perpetua locationis ecclesiæ fieri non potest.*

Ad euidentiam sciendum est, † ꝙ q̄nq; contract⁹ annuus est vnus pro toto tpe plurium anno. ꝙ contingit: qa vna est stipulatio annua, & tunc qđ non potest fieri simul, non pōt fieri cum dinumeratione annorum: quia tempora coniunguntur: siue sit repetita conuentio, siue non, quia quicquid est vnum & idem, neq; pōt per diuisionem verbalē reduci ad pluralitatē realem, qa vnum est subiectum, & vna intentio. ff. de ver. ob. l. si Stichum. §. stipulatio. ff. de do. cā mor. l. senatus. §. fi. nec enim ꝑt aliqua arte verborū, vel cautela fieri, ꝙ vnum sint plura, nec ꝙ fraus fiat legi in
2 conceptione legis sermonis viuentis, & diuidentis: † quia quoties plures orationes pp vnum, vtrobiq; tm̄ vnum. ff. de euict. l. qui libertatis. Nō ob. ff. de ver. ob. l. scire dēmus. qa illud est verum, nisi vna pars extremorū contineat vitium, vt dicimus, q̄n fit donatio vltra legitimā summam: nā diuisio verborum nō diuidit ppea dispositionem, nec facit licitum, qđ sub compendio non est licitum, vt no. in l. nomen. §. i. de leg. 3. & l. si libertus. §. i. ff. de iure pat. nec enim dēt circumueniri. l. oratio. ff. de transact. l. cum hi. §. si cum lis. Vnde illa clausula, ꝙ tot sint contractus, quot anni, non valet in locatione rerum ecclesiæ, vt no. per Dy. in l. codicillis. ff. de leg. 2. Et considera, ꝙ omne tempus, qđ prorogatur, coniungitur tanquam tertio, à quo substantiua actus, & per accessionem tpis fit vnum, & idem, vt ff. de precar. l. sed si manēte. Ex quo sequitur, ꝙ si biennio sunt additi nouem anni, authoritas contractus finitur finito nouennio à die primę conuentionis: quia qđ non potest fieri ptincipaliter, non pōt fieri per prorogationem: nā quoties prorogatio est eiusdē formæ, & naturæ, toties est vnum, & idem, vt no. in c. hi, qui autem. de
3 præb. lib. 6. l. cum in plures. §. lege dicta. loca. † Ex quo sequitur, ꝙ conuentio perpetuitatis nō valet, quia tpale per formam, & tpale per naturam non pōt trahi ad perpetuitatem, vt ff. de pāc. l. epistola. §. fi. Ex his apparet, ꝙ per extensionem tpis non fit alius contractus, sed quædā continuatio, nisi ius repugner: & qa principium ostendit finē suum tam temporalem, q̄ formalem; recurrendum est ad originem producti. act. & ex tunc diuinerari oportet, ꝙ tempora continuantur in virtute naturali, vt ff. de ver. ob. l. cum stipulatus sim mihi à Proculo. Porrò si renouatio fieret proprie. i. nouatiue, & ipso iure: qa tunc actum esset inter partes, tunc ex nouo contractu noua surgeret consideratio in choanda, & terminanda, prout sequitur, vt ff. de pact. l. si vnus. §. pactus. ff. de præt. iti. l. Valerianus. & l. 4. ff. de dam. infec: per Barto. ff. de arbi. l. si cum dies. in princ. per Cyn. vnum ergo, & idem videtur, vel ratione cōtex. in tempore. vel ratione continuati consensus in mente. ff. de pac. l. iurisgen. §. quinimo. sed hic apparet continuatum consensum in mente per successiuas locationes, vt supra probatum est, ergo censendus est vnus, & idem contractus, qui in eo, quod excedit nouennium, cum fit contra canonem, non est seruandus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXVIII.

1 *Statutum, quod extantibus masculis, fœmina dotata non succedat, qualiter sit intelligendum, & an si filia præteratur, habeat sua dicendi nullitatem. & adde infra consil. seq.*
2 *Statutum licet non recipiat extensionem, tamen lex antiqua ad idem extenditur.*
3 *Filia, cui minus est datum in dote, quam aliis sororibus, an possit dici non dotata, & an possit petere supplementum.*
4 *Fratris appellatione in statutis an contineatur nepos.*

In Dei nomine. Cum in causa Pisani conuentus ordinis Cartusien. post oīa allegan. copioseq; allegata, ac consultum adhuc in dubium refricata sint aliqua puncta, aliàs ad vnguem per priores consultores elicita, atq; discussa: quoniam dubitatur, vt prius, nil aliud superest, nisi quòd retentis priorum argumentis sub breuiloquio, vt prius, iuxta illud Vlpiani eloquentissimi, quod scribitur. ff. de dote præleg. l. i. in fi. inquit enim, quicquid demon-
1 strandæ rei causa adijcitur, satis demōstratæ frustra esse. † Quæritur igitur primum: vtrum statutum de successionibus ab intestato disponēs, quòd prima causa sit liberorum, &c. per quod fundatur intentio eorum religiosorum, vendicet sibi locum in casu nostro: attento, quòd Costius decessit testatus, & testamentum prædictum velut odiosum non videtur vendicare sibi locum, nisi casu, quo liberi primi, vel secundi gradus masculi, aut vlteriores ab intestato succederent: quo casu mulieres dotatæ, & earum soboles excludentur, vbi ergo ipsi liberi masculini sexus ex testo succedunt, sicut in proposito Lothus successit Costio: dubitatur, an statutū vendicet sibi locum. Circa qđ dubium rndetur, vt alias fuit rnsum, ꝙ licet Lothus successerit Costio non ab intestato, imo cum testo, nihilominus locus est iā dicto statuto: & merito, q̄m quoties vnum conceditur beneficium alterius contemplatione, si illud, contemplatione cuius concessum est, adimitur, tollitur, & reliquū eius contemplatione concessum, qa cessante cā, &c. vt ff. ad exhib. leg. l. filio. §. mr̄. ff. de acq. pos. l. fi is, qui animo. de le. 2. l. cum pr̄. §. dulcissimis. de iure pa. l. adigere. §. quamuis. & plene legitur, & no. C. de epis. & cler. auth. gn̄aliter. Sed causa, ob quam mulieres dotatæ eorum soboles præteritæ à pr̄e sine cā iure cōi admittuntur ad ius dicendū nullum testm̄, ac ad alia vulgaria remedia est: qa eis fit iniuria, ex quo exhr̄dantur, & prætereunt̄, legitima, quę eis ab intestato debetur, minime relicta. ff. de in off. test. l. Pap. §. q̄m autē quarta. & §. si quis mortis. & l. mr̄ decedens. & C. eo ti. l. cū quæritur, & l. q̄m nouella. l. omnimō. & ff. de bo. pos. contrata. l. post mortem. l. liberi. l. illud. §. i. & l. si in adop. §. exemplo. cum si. q̄m respondetur, nec huiusmodi mulieribus dotatis, neq; earū proli vlla debetur legitima ab intestato, obstante statuto: nulla eis infertur iniuria, & cōir præcludatur quæque via contra ipsum testm̄. & ob id dici solet, ꝙ illis prętereritis, quos testator instituere non tenetur, nullum remedium competit contra testamentum, vt ff. de iniusto rup. irritoq; testamento. l. si quis filio exhęredato. in princ. & ff. de libe. & posth. l. qui posthumos. §. si quis fuerit. nimirum, quia cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ob id, vt C. de legit. l. non dubium. in fin. & quod ibi plene legitur, & not. nam certum est, quòd destructo antecedenti tollitur & consequens, vt C. de furt. leg. apud antiquos.

antiquos. cum ibi no. ergo, &c. Præterea dicit. l. qui ab intestato decedit, vt tacite suis hæd ib. ab intestato oia bona sua relinquere, vt ff. de leg. 1. l. si fundū per fideicommissum. §. vlt. de leg. 3. l. 1. §. sciendum, de iure cod. l. conficiuntur. in prin. si ergo lex Pisana fecit testm huic defuncto, & ipse sedm eam. l. testatus est, expresse dñt mulieres ipsæ dotatæ, earumq; descendentes cō queri de Pisana lege, & nō de testatore, qui fuit eius legis executor, vt in simili no. per Bar. ff. de lib. & posthu. l. Gallus. §. & qd si tm. cuius opinio confirmatur & alia rōne, nā statuta, licet non recipiāt interpretatione extensiuam ad casum similem: attn nemo dubitat, q iuris cōis regula potrigitur ad ipsum statutum, licet formaliter ita arguere, mulieres dotatæ, earumq; soboles extāneæ. liberis masculini sexus non succedunt ab intestato obstante illo statuto. sed regula gnalis est, q qui remouetur ab intestato, quoties tractatur de successione ex testō, & si velit venire cōtra testm, vt ff. de bon. lib. l. si necem. §. si deportatus. & de contrata. l. 1. §. filium. & plenius s. extitit, pbatum. Excluduntur igitur mulieres dotatæ, & eaū soboles non ꝓhibitione statuti, sed legis
2 cōis. † licet. n. statuū non recipiat extensionem, tn lex antiqua ad id se extendit, vt ff. de seruo corrup. l. non tm. §. 1. coniuncta. l. si qs seruo. C. de fur. & qd legitur, & no. per Bar. no. ff. de leg. 1. l. 2. & per Inn. extra de cōsue. c. cū dilectus. & alijs iurib. vulgarib. in alijs cōsilijs abundanter allegatis, q nō repeto gra breuitatis. Quib. ex oibus infertur, q statutū de successionib. ab intestato resolut. locū obtinet in casu ꝓposito, & sic patet prima hæsita-
3 tio. † Quæritur sedō, nunqd cū Thora fuerit dotata in minori quantitate, q Gemma, & filiæ naturales quondam Ioannis filij Costiti, dña Ioannina filia d. Thoræ posset dici nō dotata: cū respectu aliarum duarum nō videatur sufficienter dotata. ac ēt attentis facultatib. Costi, quę magnæ fuerunt. & cōr an videatur nō exclusa: eo qa non dotata: vel saltim locum hēat dotis repletio, quasi statutū de replenda dote videatur debere intelligi ciuiliter, puta de dotata sedm facultates patrimonij. Ad qd quidē dubium tndendo concludendū est, vt s. eam q; dñam recte appellari dotatam, quantū attinet ad propositum: cum fuerit arbitratum, & in laudē patris dotata, pro quo pstmitur in dubio, ar. ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. scire oportet. §. sed & si quis. l. is, qui. in prin. qd mer. cau. l. isti quidem. §. fi. de test. tute. l. testator. & C. de tut. qui non satisdedit. l. pen. & de episc. aud. l. de creationibus. Instit. de satisda. tut. §. in confirmando. & l. vtilitatem. de re. eo. l. vlt. ff. de cur. fur. l. fi. vilescit enim, &c. vt in Auth. de nup. §. si vero. C. de bo. quæli. l. cū oportet. §. non autē hypothecam. par. n. affectionis cā in patre suspicionis fraudes remouet. ff. de rit. nup. l. pe. §. 1. nec quæri dēt Thora sibi debitū verisimiliter cōsecuta, si alijs parens plus debito gratis contulerit, vt in auth. de nup. §. illud quoq;. & ex eo maxime cum stat. Pisanum arctet pfem simpliciter de dotando nō expressa certa quantitate. Sufficit ergo, q sit filia dotata: nec est curandum demum, cum satis sit deseruire verbis edicti ff. de exc. l. 1. §. si is, qui nauem. nec aliquo iure pf filiab. cogitur dotes æquales offerre, imo pōt inæquales personarū diuersitate, quarum minus cōtingit filias collocari, cū dos debeat constitui ēt sedm conditionem viri, & maior dēt conferri nobili, q ignobili, vt ff. de iur. do. l. cum post. §. gener. C. de do. promiss. l. si voluntate. & no. ff. de verb. obli. l. diuortio. Amplius est, q facultas patris fa. nō æstimatur, dummodo ex cumulo, seu patrimonij qualitate, personarumq; conditione. & scribit Bar. plene. ff. sol. mat. l. 2. §. 1. in gl. magna. Sed de his non constat, ergo, &c. Quia igitur Thora dotata vē, statu. de successio. intes. de ipsa loquitur: & frustra ex eius persona repletio postulatur, vt legitur, & no. per Dy. ff. de leg. 2. l. Lucius. & l.
4 1. † Tertiò & vltimò quæritur, nūquid Nicolaus ex Gemma natus possit petere medietatē eius, qd obuenit Lothō, & Castio, attento, q Lothus sine liberis decesserit, & cum testō. vnde vē statutum, qd incipit, si frater ipsum vocare ad ipsam medietatē, ad cuius dubij euidentiam pmittenda est illa vulgaris theorica, quæ hēt, q statuta sunt stricti iuris, pfertim cum fuerint contrarius, adeo q in huiusmodi legib. municipalibus illud, quod scriptum nō est in hoc libro, quasi omissum dē, & cōsr, q non mutatur, &c. & casus omissus, &c. vt ff. sol. ma. l. si vero. §. de viro. ad municip. l. consti. de testa. mil. l. quod constitutum. ff. de verbo. oblig. l. si minor. C. de testa. l. sancimus. & l. præcipimus. de app. ff. sol. mat. l. si cum dotem. in prin. de lib. & posth. l. commodissime. & de condit. ob cām. l. si extraneus. & alijs iuribus vulgarib.

Et ēt illud premittendum, q quia stat. Pisano. verba simpliciter sunt, & proprie accipienda, in his appellatione fratris non continetur nepos ex eo, licet abusiue qnq; fiat pgressio de vna persona ad aliam, vt legitur, & probatur. ff. de leg. 3. l. Lucius. §. quæsitar. ff. de rit. nup. l. nō solum. §. si puellæ. Si enim voluisset expressisset, vt C. de cadu. tol. l. 1. §. sin autem ad deficientis. sicut & in superioribus partibus expressam mentionē fecerunt de nepotib. quoties, voluerunt intelligi de ipsis. vnde, &c. nam gesta in pcedentib. intelliguntur repetita ad declarationē sequentem, vt ff. de coniung. cum emanc. lib. l. nihil. & de leg. 1. l. qui filiab. in pr. & l. seruus plurium. §. fi. cum si. Ex his ita q; licet pro cludubio inferre, q statutum illud nō comprehendit casum, de quo quæritur, cū non sit frater, imo nepos is, de cuius successione agitur. nec sorores sint, imo nati ex eis, qui ad successionē admitti desiderant. Sed nec illud omittendum est, q ille. §. si frater. positus est sub rub. de succes. ab intest. sed verba legis intelligi oportet secundum subiectū titulum, vt legitur, & no. ff. de in diem adie. l. Imperator Lotha. §. si vno. in prin. ff. de condi. ind. l. si. in princ. sic & alias, licet tex. in auth. de hær. ab intest. §. nulla. gnaliter dicat, sublatam esse dām emancipationis, & pīæ potestatis; tn qa iste text. positus est sub rub. de suc. ab intest. tenemus cōiter, q ista dña sublata est ex testa. & nō ab intest. vt legitur, & no. per gl. C. de lib. & posth. l. Gallus. §. & quid si tantum. de inoffi. test. l. si proponas. de minori. l. si filius. de coll. l. si emancipati. Rursus & ille. §. si frater. loquitur, qñ frater excludit sororem, & consequen. qñ frater est causa proxima, qñ effectus attribuitur causæ proximæ, & semper inspicitur cā principalis. & immediata, & non remota, vt legitur, & no. per gl. ff. de dolo. l. cum quis. & rerum amo. l. si mulier. vnde nō loquitur ille. §. hoc casu; quia non frater immediate excluditur, sed pater, hoc est testamentum patris. nam licet statutum confirmet ipsum testm: tamen ipse pater est immediata cā exclusionis: cum & si statutum tacite reddat testm inexpugnabile, non tn statutum dē dare, sed pē est ille, qui confert principaliter, vt ff. de verb. sig. l. lege obuenire. ff. de pet. hær. l. 2. & 3. de condi. ex lege. l. vnica. de pac. l. legitima. frater ergo, qui per se non excludit, sed mediante testō pris non dē excludere: sed pater, cui debet huiusmodi exclusio attribui, vt ff. de in offi. test. l. Pap. §. impuberi. & extra de testa. cap. Rayn. in fin. Multifariam igitur, multisq; modis probatur, quòd in casu proposito locum non habent verba dicti. §. si frater. & per consequens nec ipsum statutum, vt l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. & de lega. 3. l. non aliter. de supelle ct. leg. l. Labeo. §. idem Tubero. de exerc. l. 1. §. si is, qui nauem. cum multis alijs similib. maxime cum & si Lothus testamentum non fecisset, Nicolaus Conscij substitutus excluſus foret, ergo, &c. Christophorus de Castillione. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXIX.

1 *Stante statuto, quod filia extantibus masculis nō succedat, si filia prætereatur, an habeat ius rumpendi testamentum.*

1 In Christi nomine. †Circa primū dubium arguitur, q dicta filia, vel eius soboles nō sit exclusa ob rumpendi testamētum Costij. primò: quia duo sunt iura satis diuersa rumpendi, & succedendi. hinc videmus, q suus præteritus ipso iure testamētum rumpit, antequam succedere possit, vt ff. de libe. & posthu. l. si filius, qui in potestate. & quāquam per statutum vnum ius remouetur, non debet dici aliquid remotum ab illo penitus separatum, vt ff. de ser. vr. prædio. l. si domus. Præterea interest nostra habere ius rumpendi, & si successuri non sumus, vt patet in filio exhæredato, qui obtenta querela hæreditatis potest repudiare, vt ff. de inoffi. testam. l. qui de inoffi. & l. quemadmodum. Præterea interest nostra ex alio capite; quia beneficium rumpendi poterit esse venale, vt ff. de contrata. l. filium. §. erit. Præterea ista filia saltem debet posse venire per contrata. quæ dicitur ex testamento, vt C. de collat. l. vt liberis. In contrarium est veritas. & ita consulo. contra consultum est, q ista filia, seu eius soboles excludatur: quia ille demum potest rumpere, cui debetur legitima, sed legitima est pars eius, qd quis est habiturus ab intestato, vt C. de inoffic. l. cum quæritur. sed ab intestato ista filia est exclusa vigore statuti, &c. præterea ista filia per factū est priuata, ergo tam à ciuili q à prætorio est exclusa, vt ff. de bono. pos. l. non est tam bigendum. §. fi. Præterea pro hoc facit. l. si post mortē. §. liberi. ff. de contrata. Præterea constat, q si filius emancipatus

et patus instituitur, postquam suus ex eo prætereatur, quod ille nepos preteritus non rumpit testamentum auitum, cum ab intestato non erat successurus. vt no. per Bar. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. cum igitur dominium in istā filiam non continuetur ratione suitatis: testamentum non potest expugnare, nec ratione iniuriæ: quia pater quò ad eam liberas ædes habuit, cum ipsa filia sit incognita à iure ciuili suæ ciuitatis, quemadmodum emancipatus erat incognitus à iure ciuili duodecim tabularum. circa passus alios sto cum primo consultore Iacobo de Solanis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXX.

1 *Feudo concesso pro se, & filijs suis masculis, nullis extantib. masculis feudū reuertitur ad proprietatē excluſis, vel nō inclusis fœminis, sed si feudum fit concessum pro se, & fœminis, succedunt fœminæ in feudo.*
2 *Feudo concesso generi communi, vel generi promiscuo, vel incerto generi, an in defectum masculorum succedant fœminæ.*
3 *Agnati in feudis vsq; ad quem gradum admittantur.*
4 *Successio testamentaria in feudis non habet locum.*
5 *Consuetudines feudorum recipiunt interpretationē pāssiuam à iure communi.*
6 *Hæres an possit venire contra factum defuncti in feudis.*

1 In Christi nomine. †In hoc cōcordes sunt omnes, q si feudū concedatur alicui pro se, & filijs suis masculis, q nullus existentibus masculis legitime descendentibus reuertitur ad suam proprietatem excluſis, vel verius non inclusis fœminis. & istud tribus rationibus. Primò pp qualitatem verborum: quia masculis. Secundò pp proprietatem, & feudorum materiam. Tertiò pp rationem finalem: qa fœminæ non possunt æquè, vt masculi, deseruire in feudis, vt in c. 1. §. illud. qui. feu. da. pos. Item cōcordes sunt oēs, q si feudū est concessum ꝓ se, & fœminis, q succedunt fœminę, & hoc triplici ratione, primò propter qualitatem verborum respectu formæ, ipsius concessionis. potest enim in feudis vni hæredum prouideri, cum in facto consistat, vt ff. de pact. l. auus. Secundò, quia natura feudi accedit naturę verborum, & regulatur ab ea, vt in c. 1. de eo, qui sibi, & suis fil. masc. & fœmi. nam natura feudorum est natura mobilis, & accidentalis: & pacta ēt naturam propriam transmutant, vt ff. depositi. l. 1. §. si conuenerit. Tertiò, quia prætor ait, pacta seruabo. & in feudis debet seruari pactum, etiā si quis alteri stipulatur verbis directis: quia Imperator ita vult, ne inter nobiles personas disputetur de iuris apicibus: vel quia principi ita placuit: vel quia est appositum pactum tradendo, & sic interuenit actus naturalis, vt d. c. 1. §. cum vero Corradus. & ff. de acqui. re. do. l. ea, quæ ciuiliter, argum. ff. depositi. l. Publia. in princip. & ff. de preca. l. certe. §.
2 ꝓcurator. † Sed in hoc discordantes sunt veteres veræ philosophiæ authores, inter quos dignè, & memorabilè ponitur Iaco. de Fauen. Pe. & Cy. videlicet si feudum est concessum gnī communi, puta Petro, & hominibus de domo sua: vel gnī promiscuo, puta Pet. & hæredibus: vel incerto gnī, puta Petro, & descendentibus suis. Vtrum saltim in defectum masculorum succedant fœminę, auget dubitationem: quia feudum factū transitorium iam non ponitur intransitiue, sed efficitur transmissorium, vt ff. de leg. 3. l. pater. §. quindecim. C. de fideicommiss. l. voluntas. dixerunt ergo prædicti magni viri, q hæredes, & ēt fœminæ succedunt in eo: imo dixerunt, q etiam extranei, & hæredes, qui non sunt hæredes sanguinis: dummodo legibus vocentur ad vniuersalem successionem. nam feudū transit cū vniuersitate, arg. ff. de contrah. emp. l. in modicis. nec seperatur ab ea: qa contentū non seperatur à suo cōtinente, vt in c. 1. an filius, vel agn. col. 10. Alij magni doctores dñt contrarium: qa in gradib. succedendi in feudo nō veniunt fœminæ: non qa sint odiosę, sed qa nō sint aptę ad onera feudi, vt in c. 1. de gradib. col. 10. & l. in multis. ff. de sta. ho. Itē verba, q nō sunt determinata formaliter, determinantur naturaliter sedm naturā rei, & contractus, vt ff. de ver. ob. l. ita stipulatus. la grande. & ff. de vsur. l. si stipulatus. circa medium, dum dicit, pp ipsius naturam. dicunt ergo, q in feudis non habet locum successio fœminæ pp rei naturam. nam qd naturaliter inest, pro expresso debet haberi, quasi ipsa natura loquente, vt ff. si cer. per. l. cum quid. & ff. de verb. oblig. l. triticum. Præterea genus commune, & genus promiscuum de masculo, & fœmina pariter prædicatur. verū est, vbi non occurrit ratio distinctiua: sed hic occurrit ratio distinguendi; nam si testator legauerit seruis suis militiam eurſoris, vel cantoris, non includuntur fœminæ, quibus non cōpetit tale exercitium; verba enim debent intelligi sedm personas subiacentes, vt ff. de vsu. & hab. l. plenum. §. equitij. Breuiter de ista quæstione disputatur. C. de ope. lib. l. liberti. & ff. ad Treb. l. ex facto. §. fi. & communiter tenetur, quòd non sit locus fœminæ. & ista est veritas,
3 † vnde deficientibus masculis res feudalis redit ad fontem suæ proprietatis, nisi extarent agnati vsq; ad septimum gradum à primo inuestito: quia tunc ipsi succederent tanquam in antiquo feudo, nisi renunciassent, vt in ca. 1. §. rursus. quibus modis feud. amit. colla. 10. imo dicunt quidam, q non solum vsque ad septimum gradū ipsius obeuntis, sed etiam in perpetuum gradum legitimæ agnationis præferuntur domino feudi, quod est
4 verius: licet agnati de iure communi non succedant ab intestato vltra decimum gradum. † illud constat, q in feudo non habet locū testamentaria successio, vt in c. 1. de succes. & in §. donare. qualiter olim feu. pote. alie. c. 1. Non ob. extra de fid. instr. c. inter dilectos. quia non erat ibi proprie feudum: licet præstaretur aliquod seruitium, puta decima. vel ibi speciale fauore ecclesiæ, quod non placet per l. cū quidam. §. fil. ff. de vsu. vel dic, quod in cap. inter dilectos. dominus non retraxit, vt in auth. de alie. & emphy. §. 1. nā istæ reuerentiæ pendent ex arbitrio dominorum, vt no. in l. 2. ff. si ager vectig. vel emph. pe. & l. post diem. de lege commissoria. Porrò in feudali conuentione continentur omnia, pro quibus seruitium præstatur, siue castra, siue aliæ possessiones, siue homines feudales, qui possessionibus adhærent, sicut agricolæ, & censiti, qui de loco non possunt absentare, vt no. Inst. de iure personarum. & ff. de leg. 1. l. si quis in quibusdam locis, vt Mediolani, vocantur massarij: sed non est vis in voce, sed in sensu, vt C. de test. l. quoniam indignum. declarando id, quod dixi in consilio. secundum ordinem graduum dico, quò ad successionem sicut per intestituram, & sicut hæreditatis successio ambulat, vt in cap. 1. de gradi. succes. in feud. colla. 10. & vbi non inuenitur contrarium dispositum à consuetudine, legis peritus casum contingentem potest, & debet determinare secundum legem scriptam, id est, se-
5 cundum ius commune. † Item consuetudines feudorum recipiunt passiuam interpretationem à iure communi, vt in capit. Obertus. §. strenuus. de feud. cog. Ex his consequenter apparet, quòd filius fratris succedit vna cum patruo loco patris sui, vt in cap. 1. de succes. feud. possuntq; inuicem facere alienationes, &
6 pacta, vt supra no. in ca. 1. per quos fiat inuesti. & per quos recipiat. super verbo, proximiori. † vtrum autem hæres possit venire contra factum defuncti in feudo antiquo, & quid in paterno, no. in d. c. 1. de succes. feu. §. hoc quoq;. secundum gl. quæ incipit. Quid igitur erit. sed de hoc non est disputandum; quia isti nepotes veniunt ex persona patris eorum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXI.

1 *Renunciatio non valet, si puella adulta renunciauit hereditati materna cum iuramento, & consensu patris, vel aui.*
2 *Minor super immobilibus non potest facere renunciationem, vel finem sine solemnitate legali.*
3 *Dominium rei sua quis per transactionem, vel finem non perdit licet repellatur ab agendo excep.*
4 *Pater habens filiam in potestate nō potest alienare, præsertim in fespo diuelle, vel per obliquum in rebus aduentitijs.*
5 *Episcopus potest facere relaxationem iuramenti.*
6 *Præscriptio tempore patrie potestatis non currit.*

1 In Christi nomine. Quædam puella ex primo matrimonio nata nomine Maffia, quæ successerat mri suæ, fuit dotata à patre, & auo paterno de certis possessionibus, & prædijs quondam maternis tunc pertinentibus ad ipsam puellam hæreditario iure, de alijs vero bonis fecit pactum, finem, remissionem, & transactionem, & iurauit non contrauenire. quæritur, quid iuris. ēps sibi postea relaxauit iuramh. hic primum quæritur visis, & inspectis verbis directæ refutationis, vtrum dicta tunc puella, nunc
1 autem quadragenaria possit ad dictas possessiones, & bona mēna redire, nec ne. † Et videtur, q non possit; quia iuramentum in quocunq; contractu appositō ab adulto, vel adulta sponte, & sine dōlo est seruandum, vt in auth. sacra pub. etiam in cōtractu meræ donationis, vt no. in l. 1. ff. de contra. iud. tute. Item, qa consenserunt pf, & auus, ptopter quorum præsentiam, & consensum non præsumitur puella læsa, nec circunuenta, vt C. de
2 transact. l. transactionem, quæ. & no. C. de his, qui. vt indig. † In contra-

...ium est veritas, pro cuius euidentia præmitto primo, ꝙ ...mum...bilibus non potest minor facere renunciationem, ...em si ae solennitate legali, vt C. si aduer. transa. l. 1. & C. de ...cadis ...in. l. si ad resoluendum. † Secundò præmitto, ꝙ per ...ractionem, vel finem non perdit quis rei suæ dominium, licet repellatur ab agendo ope exceptionis, vt C. de transact. l. si pro fundo, & no. co. tit. l. sine apud acta. præsertim quia pactum non tendit ad dominium transferendum, sed solum modo ad parandam exceptionem. & tria sunt, quæ non operantur vltra naturam suam, vt ff. de vsur. l. si stipulatus. nec vltra formã suam, vt ff. de verb. obl. l. quicquid astringendæ. nec vltra mentẽ contrahentium, vt ff. de contrahen empt. l. Rutilia Polla. sed ita est pactum, qđ venit ad excipiendum, nam excipere præsupponit suum contrarium, scil. agere, vt eneruet virturem, & efficaciam actionis, non vt ipso iure tollat: quia exceptio est actionis exclusio, seu elisio, vt ff. de excep. l. 1. si enim tolleret ipso iure exceptio. pacti, non esset exceptio iuris, sed exceptio intentionis, &
4 facti, vt not. ff. de cond. ob. cau. l. qui se debere. † Tertio ꝓmitto, ꝙ in rebus aduentitijs pater, vel auus habens filiam in potestate non potest alienare, præsertim in se ipsos directe, vel per obliquum, vt no. in l. 1. ff. de auct. tut. quod enim non potest fieri directe, vel indirecte, nisi esset circuitus inductus à iure, vt l. quæritur. ff. de bon. lib. imo est ei penitus interdictum, vt not. C. de bo. mater. l. 1. diceret aliquis, ꝙ non potest alienare, sed alienanti filio consentire; quia quædam possumus consentiendo, quæ principaliter, & effectiue non possumus in esse producere. ff. de manu. vind. l. si pater. §. fi. Sed respondeo, ꝙ hic principale. i. ipsum remittere non valebat re, & ætate considerati. Præterea cã refutationis istius fuit inualida: quia pro rebus suis proprijs fecit refutationem de alijs rebus proprijs, & sic causa fuit erronea, vel extorta, vnde meritò iste cõtractus, imo distractus non tenuit, vt l. fi. ff. de const. pec. duabus rationibus, prima: qa non dẽ sponte factum, quando est erratum etiam in iure, vt ff. de iu-
5 ris. om. iud. l. si conuenerit. † Secundò: quia dñs episcopus iuramentum relaxauit, qđ potuit iustis hortationibus motus, vt no. de iureiu. c. 1. considerauit enim, ꝙ in puella concurrit fragilitas sexus, & imperfectio consilij rõne minoris ætatis: quod pñi, & auo non audebat contradicere, vt no. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum actio non datur. Nec ob. si dicatur, ꝙ solus Papa potest remittere iurm: quia illud est verum in iurõ, quod non pertinet ad disputationem fori: & quando de gratia, seu dispensatiue relaxatur. Præterea hic fuit relaxatum authoritate Papæ, id est, authoritate canonum: nam vox mortua legis idem operatur, qđ viua principis, vt ff. de iust. & iur. l. nam & ipsum. Item non ob. ꝙ non interuenerit decretum iudicis, nam fuit obreptitium: quia non fuit sibi expos. factum nec ius successionis. Vñ iuris, & facti cãm iudex exercuit, & sic decretum est nullum: quia decreta, quæ nõ sunt iusta, debent rescindi inter maiores, vel inter maiorem, & minorem, vel inter mulierem, & aduersarium cuiuscunq; ætatis, vt ff. de tu. & cur. da. ab his. l. tutor si petitus. Præterea in generali refutatione non veniunt dominia. ff. ff. de lib. leg. l. Aurelius. in cæteris præcedentibus quæ sunt magis clara, concludendo finaliter, ꝙ dicta domina Maffia sedm ea, quæ proponuntur, habet iustitiam in prædijs, non dico in fructibus bona fide peremptis, qui nunquam fuerunt dictæ do. Maffiæ, sed bonæ fidei possessorum, nam in fructibus patrocinatur etiam error iuris, vt no. ff. de pet. hære. l. sed si lege. §. fcire.
6 Dubitari posset de præscri. temporis, † sed ista dubitatio soluitur: quia tempore patriæ potestatis non currit præscriptio, vt ff. de annali excep. l. 1. in fin. quia satis videretur, quòd pater malafide possederit, vt C. de vsuca. transforman. l. 1. §. 1. & quod ibi no. Porrò in præscribenda re alterius non sufficit iuris error, vt dicit regula iuris. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXXXII.

1 *Quæ requirantur, vt quis possit agere hypothèca.*
2 *Tenuta concessa non obseruata iuris communis, nec statutorum forma est nulla, & venit reuocanda, quatenus de facto processit.*
3 *Vitium litigiosi non habet locum in personalis.*

Statuto ciuitatis Vincentiæ cauetur. Quòd si debitor alienauerit rem obligatam, creditor non obstante dicta obligatione in possessionem mittatur, nisi possessor docuerit principalem debitorem habere bona expedita, quo, vel quatenus sufficiant satisfactioni debiti. Modò emptor fuit citatus oblato ei libello conuentionali nõ facta mentione hypothecæ, nec facta mentione statuti, nec possessionis ei traditæ per debitorem: & fuit contumax, & pronunciata tenuta cõtra eum: cuius interlocutione facta est executio, petit eius rescissio. Quæritur, quid iuris. hoc primò quæritur, in quo discrepet istud statutum à iure communi. Respondeo, ꝙ istud statutum non requirit executionem. Secundò, quia conuertit in retiũ
1 probationem. † Nam quò ad primum dico, ꝙ non patet ingressus ad hypothecariam, nisi per excussionem, si debitor est pñs, vt C. de pign. auth. hoc si debitor. sed per istud statutum non requiritur hæc forma, sed traditur alia forma magis expedita, & bona. Quò ad sedm dico, ꝙ agenti hypothecaria antẽq̃ debeat procedi ad li. cõtest. super ipsa, debet liquere iudici, debitorem nõ possidere bona sufficientia. hoc fallit, si hoc esset notorium: quia per notorium ita probatur negatiua, sicut affirmatiua, vt no. ff. de verb. obl. l. decem. Præterea notorium releuat ab onere probandi: qa quod patet expresse, non est probare necesse, vt legitur, & not. ff. qui sat. cog. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. Sed per istud statutum imponitur possessori onus probandi affirmatiuam, scilicet bona esse expedita, id est, sine controuersia in possessione debitoris. & forte de iure communi veteri, vbi prie pro loquendo non fiebat talis excussio, vt ff. de iur. fis. leg. Moschis. erat de mente illius iuris. Dic, quòd immo ibi erat casus specialis, vt ibi not. vel isti in hypotheca tacita, & legali inducta in subsidium, nõ in conuentionali, quæ sit ad veriorem cautelam. Quia quicquid sit de hoc, non est curandum in proposito. Viso autẽ de intentione statuti, veniamus ad casum
2 formatum. †& vẽ dicendum, ꝙ dicta tenuta valeat: qa constat, ꝙ rõne vnius contumaciæ agens pòt in possessionem mitti. non dico in veram possessionem: qa ibi requiritur peremptorium, vt no. ff. de da. infec. l. si finita. §. Iul. vt C. de his, qui ad eccl. confu. l. pñti. sed secus de tediali, vel (vt ita dixerim) cuſtodiali, vt extra de iud. c. 1. Item constat, ꝙ quantum ad hoc sufficit gñalis libellus, qui per circunstantias declaratur. vt C. de anna. exce. l. fi. Nam omnis cã quantum ad citandum sufficit. ff. si quis voc. in ius non ierit. l. ex quacunq;. In cõtrarium vr, & arguo à quatuor causis. & primò à cã materiali: qa hic non fuit intentata materia statuti. Tertiò à cã efficiente: qa hic nõ fuit intentata condictio ex lege municipali. Quartò à cã finali: qa hic non fuit expressus effectus ad quẽ agebatur. Vñ libellus concludit ex aliqua parte sui. & qa reus hẽbat defensionem apparentẽ ex ineptitudine libelli, non debuit contumax reputari, sed libellus debuit lacerari, & declarari inepte esse processum, vt l. 1. ff. de offi. asse. & extra de iudi. c. examinata. & qa nihil probatum fuit per agentem, ex quo deberet cõsequi commodum statuti, sedm ea, quæ proponuntur, iste missus non hẽt iustitiam in ista tenuta: qa est omissa forma, & probatio. Ex his apparet, ꝙ dicta tenuta emanauit ex abrupto non seruata forma iuris cõis, neq; statutorum, & ppea venit reuocanda, quatenus de facto processit, vt no. ff. de euict. l. minor. in pñn. nã quæ extra ordinẽ fiunt, reuocari debent, vt l. 1. §. 1. ff. si mulier ven. nom. & l. hęc autem. §. 1. ff. qui. cau. in pos.
3 ea. † vitiũ litigiosi non hẽt hic locum: qa agitur personali. s. condictione ex lege, vel officio iudicis, vt plene not. Innoc. extra de consti. c. cum M. Ferrarien sis. & extra de iud. c. quia V. Ego Bal.

CASVS.

In Dei nomine, amen. Punctus talis est, dominus Andreas de Trottis senator ciuitatis Senarum habens dictum officium ad certum tps, dum in ipso officio stabat, se obligauit pro magnifico viro Ant. Columen. Nicolao D. Spinelli de Senis, & Francisco de Rampelano de comitatu Senarum, ad soluendũ omnem quantitatem pecunię, ad quam teneretur dictus Ant. à 600. aureis s̃. secundum laudum, & declarationem fiendam per certos arbitros dictæ ciuitatis electos inter dictum Antonium, & Nicolaum, & ser Fran. supradictum. & prædictus do. Andreas obligauit se tanquam principalis priuata persona, dum ipse erat in officio: & renunciauit omni iuris auxilio, & priuilegio: put in dicta obligatione plenius, & latius cõtinetur, manu ser Galgani Cerboni, vt s̃. plenius patet, q̃ copiam paternitati vr̃æ de verbo ad verbũ mittim⁹, q̃ placeat seriatim videre, & sup omnib. punctis declarare. nunc dictus do. Andreas dicit, ꝙ dicta obligatio non tenuit de iure: & sic non posse tpe sui syndicatus vexari aliquo modo vigore dictæ obligationis, cum non potuerit se obligare, donec erat in officio cum subditis, nec contrahere, vel compromissum facere, nec secundum declarationem ipsorum ad aliquid obligatum esse. Modo quæritur, quid iuris, visis puncto, & obligatione supradictis, &c.

CONSILIVM CCCXXXIII.

1 *Officialis an, & quando possit contrahere tam in loco originis, quam alibi, vbi officium habet, siue perpetuum siue temporale.*

1 **Secundum ea,** quæ proponunt, † dictus cōductor non tenetur ad aliquod interesse: quia triplex est modus tenendi se, seu debēdi, scil. ex cōmisso, ex promisso & ex dispositione legali: modo hic nō tenet ex cōmisso: quia nihil deliquit: cū licitū sit vnicuiq; negociari liberè in quocunq; loco, nisi essent merces illicitæ, vt C. de commer. & mer. l. mercatores. & ff. de oper. libe. l. libertus negociatoris. vel esset aliqd cōmissum in fraudē vectigaliū, vt ff. de pub. l. cōmissa. C. de naut. fœn. l. cū ꝓponas. ff. loc. l. pen. §. nauē. Item ex promisso nō ꝓt hic agi, quia hæc verba nō sonant, nec sensus verborū tendit ad hoc. nā extra sensum, & verba nulla cōtrahit obligatio, nisi in tacitis cōtractib. vt no. C. de pac. l. post vend. ff. cōmo. l. si is, qui. §. si libero. vel ex natura tacitæ repetitionis, vt ff. de pac. l. itē quia. vel subauditi intellectus, vt ff. de verb. obl. l. triticū. & l. quicquid astringendæ. & ff. si cer. pet. l. cū quid. Cum ergo hic nō sunt verba huiusmodi oblig. nec obligat ex tacito intellectu, nec sit eundū per ambages, petitur interesse, vt C. de sen. quæ pro eo, ꝙ interest. l. 1. §. 1. merito de iure nihil petit: quia nihil debetur. itē nec ꝓt hic agi ex dispositione legali: quia erubescimus loqui sine lege, statuto, vel cōsuetudine. vnde qui legem alleg. debet probare: siue fundet se in affirmatiua, siue in negatiua non hñte præcedentē iur. dispositionē, vt ff. de prob. l. ab ea parte. & C. de coll. l. illā. Ex prædictis ergo apparet conclusio manifesta, ꝙ ista prætensio habere non habet radicē, nec fundamentū rationis, & ideo reus debet absolui, vt ff. de pac. l. epistola. §. fi. Facit ad prædicta: qa licèt vnicuiq; facere in re sua, quod sibi prodest, licèt alteri noceat, vt ff. de aqua plu. arc. l. 2. §. item Varus. de taberna Ferrariæ hominis. ff. de leg. 2. l. Lucius. §. quisquis. per quam legem probatur, ꝙ exercitium istius tabernæ est licitum, vtile, & honestum. Si testator legat ferrum ad vsum istius tabernæ. non determinata quantitate, tantum videtur legatum, quantum reperitur ad vsum. Ego Bald.

CONSILIVM CCCXLII.

1 *Pœna quando committatur, si non pareatur arbitro, vel compromisso, vel quando vnum tantum spernet, vel quando arbitrum, & compromissum, vel laudum.*

2 *Clausula, rato manente pacto, non habet locum, nisi pœna commissa. & num. 5.*

3 *Gesta à falso procuratore, qui nunc est procurator, an possint per dom. ratificari.*

4 *Pœna commissa in vno an soluatur compromissum in alijs capitulis.*

In Christi nomine. Fuit factū compromissum stipulatione, & pœna vallatū, & vna pars promisit alteri se facturā, & curaturam, ꝙ arbiter acceptaret, & laudaret. tandem itum fuit ad iudicem, & lis fuit contestata, ante quā arbiter acceptaret, postea cōtradicente parte arbiter acceptauit, & laudauit. quæritur, an iens
1 ad iudicē in pœnā inciderit, & an cōpromissum valeat. † Quantùm ad primum articulū præmittendum est ad euidentiā, ꝙ interdum sperni cōpromissum, & non arbiter. interdū nec sperni nec compromissum, nec arbiter cōsiderato effectu: licèt prima facie videat sperni. pono exemplū de singulis membris. Ecce, post quā arbiter acceptauit, & nō paretur arbitro, sed itur ad iudicē ordinariū, vel delegatū, sic spernit arbiter, & hic proculdubio pœna cōmittit, nisi de cōi sensu vtriusq; partis sit spretū
2 ditorii arbitri, vt ff. de arb. l. litigatores. ꝙ verò de consensu fit, pœnā non meretur, vt ff. loc. l. cum plures. §. lege dicta. videt autē reus dissentire protestando, cōtradicendo, si eī tacitè cōsensit, & iudiciū suscepit sponte, pœna cum effectu non cōmittitur, ar. ff. de iud. l. sed & si susceperit. in princ. Exemplū de sexto membro scilicet quādo spernit arbiter, sed nō compromissum, est, quando arbiter mandat aliquid, ꝙ nō pertinet ad rem compromissam: vt ire ad sanctū Iac. vel ad limina Apostolorū, vt no. in c. 1. de iud. lib. 6. per Inn. & tunc pœna non cōmittitur: qa impertinens est, vt ff. de arb. l. nō distinguemus. §. nunc de officio. nam fines cōpromissi, sicut fines mandati diligēter sunt obseruandi, & nō prorogādi, vt ff. de arb. l. si de meis. in prin. & l. quid tñ. §. fi. nunc pono exemplū de tertio membro. sed qñ spernitur compromissum, & nō arbiter: & istud exemplū est ꝓpriè in casu nostro: nā cōpromissum erat factū, & positum in esse: vt ff. de arb. l. 3. Sed arbiter nōdū erat positus in esse: quia nondū acceptauerat tacitè, vel expressè, & ideo non vī, ꝙ propriè loquendo possit dici arbitrū ſpretū esse, sicut dicimus, ꝙ nō vī cōtemni prætor, qui nondū est prætura adeptus: nec dī miles, qui nō cinctus est, vt l. pen. ff. de mil. test. Itē dies cōpromissi non cedit, antequā arbiter accepteat: nec propriè cōsumitur, antequā oriatur, vt ff. de cōd. & dem. l. Titio vsusfructus. si certè per istū actū cōtrariū effectus cōpromissi impeditur, cuius cōtrariū est promissum in instrumēto: & qui tenetur seruare laudū, tenet seruare cōpromissum. De quarto membro pone exemplū, qñ arbiter misit cōparere in turpi loco, vel die feriato, nam spernit, sed in effectu non ponit, vt ff. iud. sol. l. vir bonus. & ff. de arb. l. si feriatis. & l. si cū dies. ille, qui impedit, quominus arbiter possit si arbitrari, incidit in pœnā, vt ff. de ver. obl. l. si qs arbitratu. Sed arbiter ꝓt procedere parte absente: tunc ille, qui nō cōparet, nō incidit in pœnā, nisi esset necessaria interrogatio absentis: quia nō impedit arbitrū sniam dicere, vel negociū terminare, seu vētilare, vt ff. de arb. l. nō omnib. Ex quib. finaliter infert ad quæstionē propositā, & dico, ꝙ pœna est cōmissa per factū cōtrariū, vt ff. de arbit. l. itē si vnus. §. multo post. & no. in c. quandiu extra de app. in cle. & cōsumptū est cōpromissum: & pœna surgit non ex laudo, ꝙ est nullū cōsumpto cōpromisso, sed surgit ex eo, qa ſpretū est cōpromissum, vt in dictis legib. cōprobat. Sed probabiliter dubitat, vtrū quia partes denuo redierunt ad eundē arbitrū, cōpromissum sit reparatū, seu renouatū. & vī, ꝙ sic, vt ff. de mil test. l. tribunus §. vlt. & ff. de sec. tab. l. qui ex liberis. §. testō. & cū eadē pœna tacitè subintellecta, quia iste actus vī similis prorogationi, vt l. pen. §. si inter. ff. sol. mat. & ꝙ no. Inn. de iure. c. quintauallis. quia nō præsumit volūtas mutata cū effectu, vt ff. de prob. l. cū tacitū. & l. quinquaginta. Sed cōtrariū dicendū est: quia altera pars cōtradixit: & in actu reformādo requiritur cōsensus vtriusq; partis, vt C. loc. l. fi. Nō ob. §. inter eos. quia ibi in principali fuerunt omnia solenniter repetita, & recensita, & ideo idē intelligitur in accessorio, ꝙ formā, & originē sequitur dispositi

dispositi principalis. Adde, ꝙ aliqñ arbitriū nullū reputatur aliquod ꝓp cōsensum vtriusq; partis, vt l. 2. C. cōmu. vtriusq; iudi. Itē adde, ꝙ elisa reparari, & medicari ꝑt, sed non cōsumpta, vt in §. pactus ne peteret. nā post mortē sero medicina paratur, cū qd iuuet, non inueniat. h. d. decretalis in iurisd. cōsumpta, de off. dele. c. significantib. & l. Paulus. q̄ sententiæ sine app. resc. & C. de cad. toll. §. in primo. & ff. de cond. & demō. l. intercidit. & extincta substantia non ꝑt remanere qualitates, vel accidētia in esse naturæ, licet aliqñ remaneant in esse oblig. vt ff. de verb. obl. l. si seruū. §. effectus. & l. inter stipulanté. §. sacrā. Non obst. ff. si quis cau. l. 2. §. 1. qa ibi recessum fuit à primo cōtractu. Itē nō ob. ff. de eo, qđ cer. lo. l. centū Caputę. & l. fi. qa ibi loquitur in accessorio, qđ non stat per se, & ideo tollitur vna cū principali. C. de vsu. l. eos. in prin. Vtrū ꝓcurator cōstitutus ad eligendū arbitrū possit ipsum confirmare, qué prius elegerat sine mandato, vel ignorans mandatū. Sed omnia ista vñr vno verbo tolli per clausulam consuetā, ꝙ pœna soluta, vel non, cōpromissum remanet firmū. nam etiā si diceremus, ꝙ nō remanet pœna, tñ est cōpromissum sine pœna. Itē cōpromissum in arbitratoré potest fieri sine pœna, & valet laudū vi trāfactionis: vt l. si duo. §. fi. ff. de arbit. Item intellectualiter loquēdo duo sunt cōpromissa: quorū vnū procedit. s. cum pœna alterū subsequitur. s. sine pœna, & laudū homologabile est: vt C. de arbi. l. pen. & no. ff. de arb. l. 2. in fi.
2 durat cōpromissum, nec est necessaria eius reparatio. † Sed rā. illa clausula, rato manēte pacto, non habet locū, nisi pœna cōmissa: sed hic cōpromissum est solutū: quia facta est nouatio ꝑ subiectionem iudicij, & ab eo receſſum, arg. ff. de mino. l. minor viginti quinq; annis omissam. præterea respondetur per notata in d. l. qui fidem. Sequitur videre de alio puncto.

CONSILIVM CCCXLIII.

Quidam constituerunt procuratorē ad eligendū arbitrum, iste constitutus iam elegerat ignorans se ad hoc constitutū. postea istam electionē ratam habuit.
3 † Quæritur, vtrum potuerit, & videtur, ꝙ non: quia aliud est eligere, aliud confirmare: vt patet in electionib. prælatorū, & ideo si Papa cōmittit confirmationē, non cōmittit electionem, nec econuerso: & ad superiorē pertinet confirmatio, ad capitulum electio. Item ad patronū pertinet ꝓpatio, ad diœcesanum institutio, ergo ita in proposito. Prætereà ille, qui vult cognoscere aliquid, debet cōsiderare oppositū eius: sed ille, qui habet mandatum ad confirmandū, non habet mandatum ad eligendū, ergo nec econuerso. Prætereà iste, qui cōpromisit, videtur fuisse falsus ꝓcurator, ergo factum ab eo falso procuratore nō potest ipsemet ratificare: vt legitur, & no. ff. de excep. l. Modestinus. In contrariū videtur expressè probari, ꝙ valeat ex die cōfirmationis: quia omne, quod habet in sui esse pendentiā, ratificari pōt. ff. com. præd. l. fi. ff. de oft. procon. l. obseruare. §. vlt. quia tandiu durat potestas confirmandi, & confirmare ponitur pro facere: vt l. tribunus. §. vlr. Solutio, aut iste cōpromisit, aut negotiorum gestor, & non est dubiū, ꝙ potest ratificari per seipsum ratione superuenientis mandati: quia gerit duas personas, vt ff. de his, quib. vt ind. l. tutore. & arg. ff. de adop. l. si pater. §. qui duos. aut tanq̄ ꝓcurator, cum non esset, & tunc est dubiū; quia ea, quæ pertinent ad fundamētum iurisdictionis facta à falso iudice, vel arbitro, non possunt ratificari, vt no. in l. iuste, de acq. pos. vt retro gesta valeant propter defectum iurisdictionis, vel quasi: tamen meæ conclusiones prædictæ stant firmæ: quia aliud est loqui de firmitate laudi, aliud de incursione pœnæ.

CONSILIVM CCCXLIIII.

4 **Sequitur videre,** si sunt plura capitula, † an pœna cōmissa in vno soluat cōpromissum in alijs capitulis. & vī dicendū, ꝙ aut capitula sūt cōnexa, aut sunt omnino diuersa. primo casu solutū est in omnibus cōpromissum. Sed dò nō. ff. de min. l. etiā. §. fi. sed immo vī, ꝙ cum vna sit pœna q̄ respiciat totū, sit cōpromissum solutum in omnibus, vt ff. iudi. sol. l. cū ꝙrebatur. & quia iudiciū videt indiuiduum quo ad causam principalē, & etiā instantialem: nisi sit actū, ꝙ possit renunciari super vno seorsum ab alio: quod intelligitur in alijs capitulis, nō in sententia diffinitiua, per quā consumpta est instātia. & hoc in C. qñ prouoc. non est necet. l. 1. dic, ꝙ pœna, quæ semel tñ cōmittitur, totū cōpromissum nouare videtur, vt l. apud Celsum. §. si in arbitrum. de except. doli. super istis non consideratis, qñ dedi primū consiliū: quia non fuerunt mihi narrata in facto, sed postea cogitanti ex cōmuni instrumen
5 torum: † qa illa clausula, rato manente pacto, operatur in fauorem obseruantis pactum: vt no. ff. de transa. l. qui fidem. & l. 2. C. de iure emph. non autem operatur in fauorem rumpentis pactum. Ego Bald.

Statuto cauetur, ꝙ vir habeat vsumfr. rerū paraphernaliūm. Modò cōtingit ꝙ mulier transiuit ad secunda vota, & perdidit proprietatē quandā, & remāsit sibi vsusfructus secundū legem fœminæ. C. de sec. nup. Mulier in istis bonis non petijt vsumfructum, nec cauit de vtendo fruendo arbitrio boni viri: quia non possedit: sed filij primi matrimonij possederunt sciente, & patiente muliere, & multos fructus possederunt, & perceperunt, & decessit mulier, à cuius hæredib. vir petit fructus perceptos, vel æstimationem eorum. quæritur an possit:

CONSILIVM CCCXLV.

1 *Patientia longa an inter coniunctas personas habeatur pro traditione.*

1 **Dicebam,** † ꝙ non; qa nō possedit, neq; cauit, & ad fructus lucrādos necessaria est cautio, vel saltim possessio, sed audio, ꝙ contra opinionē meā fuit consultum paliquos, & subtiliter se mouerunt dicētes, ꝙ tunc cautio est necessaria, quoties vsufructuarius petit vsumfr. & petit possessionē rei, ex qua vult fructus percipere. sed vbi dimittit possessionem propè proprietatiū, vel quasi, nihilominus fructus posset percipere, licet non ꝑsiterit cautionem. nam si vult sine possessione rei petere vsumfructum, non vī necessaria cautio: quia pōt vsufructuarius non petere vsumfructū, & tñ hęres poterit habere fructus ꝑteritos, & perceptos petere. iste vsusfructus ex forma statuti videt quæsitus ipso iure sine alia traditione, &c. quod ꝓceptū ex re alterius, id est, vsufructu alterius ipsi domino vlusfructus formalis restitui debet; quia cautio est de substantia in vsufructu constituendo, non in iā constituto. Iuxta no. in l. 1. ff. de vsufr. Item virtus legis est: ꝙ quæraturius reale sine traditione, vel quasi, vt no. ff. pro so. l. cum duobus. §. idem ſidit. Item, quantū ad acquisitionē cōmoditatis non est necessaria cautio de vtendo. Rndeo; quia nec vsus est necessarius, cū statutū non requirat. & verba statuti non sunt glosanda, sed sequenda. Item glo. non sunt necessariæ, nisi qñ deficiunt tex. vel est dubia interpretatio literæ: & tunc etiā gl. debēt esse authenticæ & approbatæ, vt no. ff. de offi. præsid. l. licet. Sed his nō obstantibus sum in opi. mea primordiali, & dico, ꝙ vir istos fructus petere non potest pluribus rationib. primò; quia vir non petijt vsumfructum, & sic sunt perempti mora non petentis, non per contumaciā non soluentis. Talis. n. doctrina traditur, ꝙ si sum in mora petendi, & res non est mea, fructus nō teneor restituere. ff. ad Treb. l. mulier. §. si hæres. & no. ff. sol. mat. l. si mora. pet Iac. de Are. Sed a ratio est: quia si decernemus cōtrariū, essem strictus esse alterius ꝓcurator, qđ est absurdū, vt ff. ad Treb. l. post itā. Tertia ratio est: qa licet cautio nō sit omnino de substātia; tñ ante cautionē vsusfr. nō est plenè formatus: qa ante traditionem, vel patientiā vsusfr. non est plenè q̄situs, vt no. in l. 5. C. de vsufr. Quarta ratio est: qa cōmoditas dependet à substātia vsusfructus. Quinta ratio est: qa aliud est vsusfructus, aliud cōmoditas, & aliud ꝙ alio peti non pōt. ff. de peri. & com. rei vin. l. necessario. §. fi. Sexta ratio est: qa ista cautio est onus, & res non potest agnosci sine onere suo, vt l. neminē. ff. de lega. 2. Septima ratio est: qa verba statuti debent intelligi cū sua causa, suisq; virtjs: sed ita est, ꝙ cautio ista aut est causa causans, aut causata, & quomodocunq; oporteat, ꝙ sit impleta, vt ff. de vsuc. l. si homo. Non ob. si dicat, ꝙ nō est hic necessaria traditio: vel quasi; quia quicqd sit de hoc, tñ cautio est necessaria, vel saltim pollicitatio cauendi, & oblatio cautionis, vt ff. de vsuca. l. si homo. Itē statutū non dicit hoc: qa non faciēdo mentionē de vsufructu includit ea, q̄ sunt de natura ipsius. nā hoc venit tacitè de necessitate; vnde hī pro expresso, vt ff. si cer. pet. l. cū quid. Et confirmant ꝓdicta ex vi Grāmaticæ cōponentis, & non diuidentis. nā hoc nomen, vlusfructus, est vna dictio cōposita ex duab. integris vocibus, & tñ non sunt duo dispositā. s. vlus, & vlusfructus, sed vnū tantū. & ideo neutrum per se potest peti, ne fiat diuisio voluntatis. his † addo aliam rationem; quia inter coniunctas personas
2 patientia longa habetur pro remissione, vt ff. de dona. inter vir & vxo. l. si seruus cōis. C. de bon; quæ lib. l. cū oportet. §. pen. ff.

de prob. l. Procula. Ex quibus dilucide apparet dici nō posse, & quòd opinio mea stat in ipsa veritate. Ego Bald.

1 *Exterdictum Vnde vi, contra quos competat.*

CASVS.

Punctus, super quo consiliū postulatur, talis est; Quidā Sempronius pignorauit quandā suā turrim, q̄ solita erat custodiri, cuidā Seio, & eidē eiusdē turris possessionē tradidit. demum dictus Seius eandē turrim sub pignorauit, & possessionē eiusdem tradidit cuidā Caio. Nepotes ex filio dicti Sēpronij vnà cū certis suis amicis, & cōplicib. armata manu possederunt dictā turrim, non permittentes exire, seu intrare dictā turrim custodes eiusdē, ex quo custodes ipsi fame cōpulsi sunt dare possessionē ipsius turris dictis nepotib. obsidentibus dictam turrim. & hoc sciente, & possidente, & prohibere volente dicto Sempronio
1 dictorum nepotū. † Modo q̄ritur, qualiter, & quib. remedijs, iure, & contra quos dicto Caio succurratur. Spoliatio requiritur in interdicto vnde vi. qđ interdictū cōperit contra spoliatorē mandatorē. Itē cōtra ratū hūtem, si spoliatio fuit facta eius nomine, vel contēplatione. alius aūt, p̄ alio non tenetur, vt extra de rest. spol. c. cū ad sedē. & l. 1. §. de iecisse. de vi, & vi ar. Sed de iure canonico si vicioſè possessio fuit p̄ spoliatorē alteri tradita, tenet iste, cui fuit tradita: sed si nihil ad eum puenit, nō tenetur. eo. ti. c. sæpe. & de iudic. c. quia V. nec tenet pater p̄ filio, vel filius pro patre nisi probaretur, q̄ de cōscientia patris tractatu habito cū eo fuisset facta spoliatio, arg. ff. de adulte. l. etsi amic. istud autem probari potest ex euidentib. coniecturis, & signis, vt not. Bar. in simili in l. si venteri. §. fi. de priui. cred. l. si autē contra patrē nihil probatur, nec reperitur possidere, de iniuria à filio, vel à nepotib. illata non tenetur, vt C. de act. empt. l. 6. Et ex his videat expulsus, quid probare possit. Illud autem certum, q̄ habet hypothecariam contra quemlibet possessorē, vt l. 1. C. si pig. pignori datum sit. & ita concludo super isto puncto. Ego Bald.

Quæritur, vtrum patruus ex vtroq; parēte præferatur in succedendo nepoti patruo ex parte tantum, v. g. Margarita decessit ab intestato relicto primo fratre patris sui ex vtroque parente, & Antonio fratre patris prædictę Margaritę parte patris tantummodo. præsupponitur infrascriptum statutum.

Rubrica de successionibus ab intestato.

Item statuimus, & ordinamus, q̄ si qs decedentib. relictis fratre, vel fratrib. vtrinq; coniunctis ex fratre, vel fratribus coniunctis ex parte patris tantùm, q̄ omnes pariter veniant ad successionem fratris defuncti. si verò reliquerit etiā filios alterius fratris præmortui coniuncti, vel ex vtroq; parente, vel ex parte patris tantum, q̄ illi filij fratrum veniant ad successionem patrui sui vnà simul cum fratribus suprascriptis patrui præmortui in stirpem, & non in capita.

CONSILIVM CCCXLVI.

In Christi nomine. Quādo, vt proponitur, Perinus vtroq; parente coniunctus erat patri dictæ mulieris nuper defunctæ, & consequenter p̄ximior altero patruo quasi duplici iure cōiunctus, & alter vnico solo. Certum, q̄ iure cōmuni p̄fertur ipse Perinus alteri Antonio vno parente tm̄ cōiuncto, sicut solet dici, cum agitur de hæreditate fratris defuncti: vt in Auth. de consanguineis & vterinis fratribus. §. iraq;. & transumptiuè legitur, & habetur. C. comm. de success. auth. itaq;. & ibi gl. plenè. prævalent enim duo vincula vno duntaxat, vt no. C. de edic. diui Adr. tol. l. 1. §. 1. & ff. de inoffi. testa. l. nam & si parentibus. hinc est, q̄ coniuncti vtroq; parente appellātur in primo ordine. Ideoq; postponuntur priorib. in successione, vt in Auth. de hære. ab intest. §. si igitur defunctus. & C. de legi. hęred. auth. cessante. Cum igitur post fratres, fratrumque filios proximior præferatur, vt in auth. de hære. ab intest. §. illud neq; fratres, & transumptiuè. C. de legi. auth. post fratres. luce clarius est, q̄ dictus Perinus velut proximior patruus alteri præfertur iure cōmuni. Nec prędictis obstat statutum præsuppositum. loquitur enim tantummodo cum agitur de hæreditate fraterna inter fratres duidenda, quo fit, vt nō trahatur ad casum, de quo quæritur: immo velut omissus dispositioni iuris communis relinquitur: quia leges municipales corrigentes iura communia nunquam recipiunt interpretationem extēsiuam: immo omissum pro omisso est habendum, vt plenè legitur & not. C. de sacrof. eccl. auth. quas actio. & C. de testa. l. sancimus. & de appel. l. præcipimus. Quanquam enim in correlariuis correctio in vno operetur in alio per modum inclusionis vnius in reliquo, & non extensionis ad nouum casum: tamen in separatis non est fienda relatio legis corrigentis, etsi casus omissus omnino sit similis, vt plenè legitur, & not. C. de indic. viduita. tollen. l. fin.

Et ita consuluerunt infrascripti Doctores, videlicet in primis:

Dominus Christophorus de Castelliono.
Dominus Signorolus de Homodeis.
Dominus Gualterinus de Zazijs.
Dominus Iacobus de Mangiarijs.
Dominus Tubertus de Trottis. & sigillo sign. fecerunt in testimonium prædictorum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXLVII.

1 *Homicidium commissum per furiosum an puniatur.*
2 *Coniuncta persona an admittatur ad excusationem, & probandum furorem in criminalibus.*
3 *Furore allegato ad excusationem delicti, vel ad declinationem iudicij, vel ad vtrumq; ante omnia pronunciandum est, & inquirendum super illo articulo dementia.*
4 *Confessio nunquam legitimat personam, sed coadiuuat, quando sit à legitima persona.*
5 *Priuilegia quæ dantur minoribus, dantur mente captis, & furiosis.*

In Christi nomine. Ecce, formata apparet inquisitio cōtra Ioanninū de Vailate, eo q̄ dicitur percussisse duob. vulnerib. Bartolinū Cabini de Crema cū maxima sanguinis effusione, ex quib. vulnerib. dictus Bartolinus mortuus fuit, & est, modò ad defen
1 sam dicti inquisiti dicitur, † q̄ dictus inquisitus tpe dictarū percussionū, & ante, & post erat furiosus, & demens, adeo q̄ p̄pter furorē non poterat dici, q̄ cōmitteret dolū. nam q̄ pp furorem fiunt, non dnr voluntaria: sed magis à casu, q̄ quidē casus non punitur pœna legis Corneliæ de sic. quia quod fatale est, nō annumerat culpæ, latisq; punit ipso furore, vt ff. de off. præsi. l. diuus. ff. de iurisd. om. iud. l. si quis id, quod. §. fi. ff. ad l. Corn. de sic. l. infans. ff. de reg. iu. l. in nego. Cum igitur homicidiū tale nō sit voluntariū, sed casuale, meritò furiosus debet absolui diffinitiuè, & perpetuò: quia vbi non est volūtas, nec propositū delinquendi: ibi non est authoritas puniendi: quia volūtas, & propositum distinguunt maleficia, vbi non est reatus, ibi nō debet esse pœna: vt ff. ad l. Corn. de sic. l. in l. & ff. de fur. l. qui iniuriæ. ff. p̄ soc. l. cum duob. §. damna fatalia. Iura sunt notissima. Idq; naturali ratione constat, q̄ furiosus potius patitur, q̄ agat. Est enim ipse furor passio mentis & corporis: nec debet trahi ad pœnam, qđ pp infelicitatē facti accidit: quia nō debet addi afflictio afflicto,
2 vt in c. vlt. de homi. in cle. vt C. de epis. aud. l. tā dementis. † Ecce ergo coniuncta persona venit ad excusandum dictū Ioanninum allegans furorē, & curator, & curatorio nomine dicti Ioannini furiosi. nam q̄, sunt in legitima cura agnatorū, vt inst. de cur. §. furiosi. & dnr furiosi largo modo, siue furor sit apparēs & existēs, siue existens, sed nō apparens: qđ appellatur cōspectus inūbratæ quietis, siue amētia, siue demētia, nō est vis, vt in Auth. vt hi, qui obligatas. circa med. certè nec de hoc est dubitandū, quādo coniuncta p̄sona, etiā si curā non suscipiat veri curatoris, nec inuentariū faciat; tm̄ ad plenā defensionē admittitur: quia iure naturæ permissum est sanguinē suū defendere, vt ff. de appel. l. addictos. ff. de iust. & iu. l. vt vim. & statim p̄posito furore necesse est, q̄ sup isto emergenti p̄nuncietur: q̄ fundandæ sunt p̄sonæ in iudicio, anteq̄ ad ea procedatur: vt C. qui da. tut. pos. l. in vniuersis. C. de auth. præst. l. claram. ff. de iu. cod. l. quidā referunt. C. de pet. hær. l. liber nec ne. C. de adult. l. q̄m Alexandrum. C. de ord. iud. l. 1. & si aliter p̄ceditur, p̄cessus est nullus, vt no. ff. q̄ satisf. cog. l. arbitro. Nā ineptū est, quodcunq; fit necessario ordine p̄termisso, vel potius puerso, vt extra de iud. c. exhibita. dico ergo, q̄ ante litē contest. vel quasi: quia in inquisitionib. non fit lit. contest. requirit animum litis contestandæ: & sic requirit contestantē animū, sed fama est res inanimata: vnde non potest fama litem verè contestari; sed quodā iure ingenuo statutū est, vt contestationis pars sit, contestatio autē verè loquēdo est partiū impetus, vt C. de iud. l. rem non nouā. ff. de min. l. ait p̄tor. §. permittitur. ff. de cond. ind. l. elegāter. §. si quis post. dico igitur,
3 † & hoc est certo certius, q̄ si allegatur furor ad excusationem delicti,

delicti, vel ad declinationē iudicij, vel ad vtrumq;, q̄ ante oīa inquirendū est, & pronunciandū super artic. isto dementiæ, vel furoris & curæ, alias p̄cessus nō meretur nomē p̄cessus hīe: quia nō est, p̄riè p̄cedere, vbi proceditur inordinatè. quāto. n. magis p̄ceditur, tanto magis erratur: vt C. de sent. & interlo. omn. iud. l. prolatā. Ecce hoc habemus, si aliquis dicitur minor esse, & petijt curatorem, & ex aduerso dicitur, q̄ immo est maior, & non debet admitti cum curatore, ne lex circūueniatur: quia peteret restitu. in integrum. Interest. n. aduersarij non decipi fictæ ætatis colore: vt C. si minor se maio. dixerit. l. cum circa. & est gl. ord. in l. 2. §. quod obseruari. C. de iur. cal. Nunc igitur resumendo dico, q̄ ad exordiū iudicij necessariū fuit præmittere de iure personarum, quo p̄termisso nullū rite fundatur exordiū, & per consequens ruit totus processus: quia deficiunt ea, q̄ sunt fundamenti, vt in c. innotuit. extra de eo, qui furt. ord. fuisce. per Inno. nihil enim rite vel recte fit sine ordinis cōpositione: q̄ vbi non est ordo, non potest esse substātia. Iuæ dicamus, q̄ ordo dicatur substantium, siue q̄ dicatur adiectium: quia est de esse rei. Et ex his statim infero ralem cōclusionē; quia dico, q̄ interdum est dubiū, an quis sit furiosus, & sup dubio est pronunciandum. Interdū constat, q̄ est furiosus: tunc nō est necessaria pronunciatio ad euacuandū p̄cessum: q̄ ipso iure non tenet. Confessio. n. furiosi nulla est: quia vocem suā ignorat. & qđ loquitur non sentit: q̄ non est capax animi, neq; doli, neq; culpæ, vt plenè
4 legitur, & no. C. vnde vi. l. fi quis in tantā. in gl. magna. † Confessio igitur facta per dictum inquisitū ipso iure nō tenet: quia confessio debet fieri à persona legitima. nunq̄ enim cōfessio habet personam legitimā, licet si persona esset legitima, haberet coadunare: vt in c. Pisanis. de rest. spo. extra de ind. c. at si clerici. de fo. cōp. c. si diligēti. cōfessiones. n. cuilibet, & naturali. conuenire debēt, vt ff. de interr. act. l. confessionibus. & no. in l. 1. C. de confes. & in hoc iuris articulo iudex debet esse multū circūspe. & sagax, vt innocentiā non feriat, sicut dixit rex. ne subiectā innocentiā feriamus. Recapitulando igitur, aut dicta confessio nō tenet ipso iure, aut venit elidenda p̄restitutionē in integrū: nōn quidē aduersus delictū, si qđ esset: sed aduersus processum: q̄ nullis præcedentib. indicijs doli mali subito, & ex abrupto fuit facta cōfessio voce: sed non significatione: quia furiosi nulla vox efficax inuenitur. & tolle mentē de medio, verbū remanet sine intellectu. ff. sol. mat. l. 2. §. voluntatē. ff. de reg. iu. l. furiosi. ff. de his, qui sunt sui iuris. l. patre furioso. ff. de sta. hom. l. qui fu-
5 rere. † Sed & illud non est ambigendū, q̄ omnia priuilegia, quæ dātur minoribus, dantur mente cap. & furiosis, & multo plura. & promptiora, vt dixit illa gl. 2. no. quę est in l. 2. ff. de cur. fur. Itē sicut adultus habens curatorē nihil agit sine eo, ita nec furiosi, vel amentes. C. de in inte. rest. min. l. si curatorē habens. ff. si cert. pet. l. certi condictio. §. qm̄. ff. quib. ex cau. in pos. ea. l. Fulcinius. circa mediū tam cum cōmuni, q̄ cum propria dictarum legum materia. Et quia de salute hominis agitur, nō debet accelerari, sed deliberari. Et promptiores debemus esse in irritando processum, q̄ in extinctione corporis humani. Amplius causa furoris, est causa status, & ideo tanq̄ de præiudiciali debet ante omnia cognosci, vt inst. de act. §. præiudiciales. Ego Bald.

CONSILIVM CCCXLVIII.

1 *Iudex competens quis sit, quando dicitur, quòd aliquis contractus est usurarius.*
2 *Decreta domini statim, quòd dominus mandat ea seruari, sunt approbata.*

In Christi nomine. Proponitur, † q̄ coram iudice seculari est intentatum, q̄ cōtractus est vsurarius, pignoratitius, & in fraudē vsurarum factus. iudex secularis examinatis examinādis declarauit eōtractum esse vsurarium, & pignora restitui iussit. opponitur, q̄ sententia est lata à iudice incōpetēti: quia causa vsurarū est ecclesiastica, non secularis, & in ea debet procedi secundū statuta canonum, & non secundū statuta legum: vt in c. dispendiosam. de iudi. in cle. & no. 11. q. 1. §. 1. In contrariū allegatur: quia pignoratitia de iure ciuili, vel prætorio est prodita, ergo p̄tinet ad forum ciuile ratione originis suæ. Et certè hoc apparet, si à vetustissimo iure legis ciuilis incipiamus. nam anteq̄ canones essent cogniti, pignoratitia in iudicio versabatur, nec hoc reperitur corre. quare stare non prohibetur: vt C. de app. l. præcipimus. Præterea q̄stio simulationis de cōtractu ad alium contractum, vel de cōtractu ad nō contractū bene cadit sub iurisdictione secularī, vt no. C. plus val. q̄ agitur. l. emptione. facit C. man. l. per diuersas. & ff. de aqua plu. arc. l. emptor. Alij dāt, q̄ cum hic agatur de periculo animarum principaliter, secūdariò q̄ iudex ecclesiasticus habet iurisdictionē, & non iudex secularis: quia licet causa vsurarum nō sit spiritualis, tñ ratione peccati pertinet ad ecclesiā. & hoc patet manifesta ratione: q̄ si iudex secularis haberet hanc iurisdictionem, posset facere crimē vsurarum, pronunciando contractum non esse fœneratitium. Porrò iurisdictio non debet claudicare, vt possit pro vna parte pronunciari, pro alia non: ergo de primo ad vltimum concludendo in neutrā partem debet iudex laicus habere iurisdictionē, vt in c. is pōt. ff. de reg. iur. nam contrariorū eadē est disciplina. Super hoc videt distinguendū, q̄ aut patet expressè q̄ cōtractus est vsurarius: & tunc iudex secularis habet etiā iurisdictionē: quia quod notorium est, p̄batione non indiget. Aut non apparet, q̄ contractus sit vsurarius, sed dubitatur an sit, vel non sit: tunc in isto dubio debet cognoscere iudex ecclesiasticus: quia in dubio debemus sequi viam certiorē, arg. ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. si eius. ff. de acq. hær. l. quod si dubitet. ff. de inoffi. test. l. qui de inofficioso. potest & debet dici, q̄ non tanq̄ de vsuraria causa, sed tanq̄ de simulata simpliciter iudex secularis haberet iurisdictionē, nec pronunciabit super vsuris. & licet p̄nunciaret super vsuris, ex abundanti non vitiatur: quia non solent, q̄ abundant, vitiare scripturas, vt l. non solent. ff. de reg. iur. & ff. de aur. & arg. leg. 1. pediculis. §. Labeo. sed super simulatione, & coget reū rem restituere, quā sine causa dignoscitur possidere, vt l. 1. §. necessario. ff. si mulier ven. nomi. Et ita in quæstione p̄posita, si liquet de pignore, optimè fuit pronunciatū: quēadmodum si librum meū pignoraſſem Iudæo, & deinde solutissem, librū possum repetere coē. Potestate, vt ff. si cert. pet. l. si quis nec causam. §. res pignorū. ff.
2 de fur. l. si quis vxori. §. eum creditorē. † Modò sequitur videre de alio puncto. s. de decre. do. & dico, q̄ statim, q̄ dns mandauit ea seruari, sunt approbata, vt in procēm. sexti libri. sufficit enim q̄ Princeps scribat super obseruantia, etiam si non scribit omnibus. & facit ff. de leg. 1. l. & eo modo. Ego Bald.

CONSILIVM CCCXLIX.

1 *Scriptura libellionis iam delati de falso, sed non condemnati, an sit credendum.*
2 *Quæstio falsi obstat petitorio, licet non possessorio.*
3 *Nepos legitimatus à patre an excludat subrogatos ab auo.*
4 *Legitima non potest filio prohiberi, nec testetur de ipsa.*
5 *Trebellianica an possit filijs prohiberi.*
6 *Transactio etiam iurata non officit fideicommissario.*
7 *Compromissum generale non tangit speciem transactam.*

In Christi nomine. Super † eo, quod quæritur, an credendum sit scripturæ confectæ sub figura testamenti D. Maffei de Brusćia in qua scriptura inter cætera continetur, q̄ dictus D. Mafeus condidit testamentū, in quo instituit suos hæredes Pet. Girardum, Franciscum, Marsilium, & Ludouicū eius filios legitimos & naturales: hac conditione adiecta, q̄ si aliquis dictorum filiorū decederet sine filijs masculis legitimis, & naturalib. ex se descendentibus, dictos superstites substituēdo etiā, prout in dicta scriptura latius cōtinetur: nā videtur dicendū, q̄ dicta scriptura nō teneat tanq̄ suspecta de falso, vt C. de prob. l. iubemus. & l. sciāt cūcti. & ff. de eden. l. ptor. §. 1. scriptura. n. debet esse sine aliquo vitio, vt C. de edic. diui Adria. tol. l. fi. sed ista scriptura est cum vitio: quia vbi author scripturæ non habet fidem, ibi scriptura non habet valorē, vt extra de hære. c. fraternitatis. & ibi plenè p̄ Inn. & no. in c. damnamus. §. fi. de summa Trin. per Ber. Præterea iste notarius erat humilis & deploratus. i. infamis: cuius scripturæ non debet adhiberi fides, vt d. l. ptor. §. 1. & ff. de inofficio. l. 2. §. miles. & ff. de senat. l. Cassius. Præterea iste notarius erat iam delatus de falso, vnde interim suspēsum erat tam officium, q̄ fides, & organa interdicta: vt ff. de mun. & hon. l. reus delatus.
2 † Præterea licet q̄stio falsi non obuiet possessorio, obuiat tñ petitorio, & p̄sonali actioni ex testamento: vt C. de edi. diui Adr. tol. l. 2. In contrariū vī, q̄ instrūa facta ante condemnationem de falso valeāt: q̄a, quo ad statū p̄tinet, non genus criminis, sed sententia spectatur: vt ff. de pœn. l. q̄ statum, & iterum dato, q̄ esset exauthorādus, non tñ est exauthoratus, vt expressè not. Odofr. in l. 2. §. miles. nec ratiōe infamiæ est priuatus ab officio ipso iure, vt no. Bar. ff. ad l. Iul. repet. Præterea non proponitur, q̄ fuerit diffamatus de hac scriptura in specie, sed generaliter: & pōt

vnā

vna scriptura esset vera, & alia falsa, vt C. de transa. l. si ex falsis. & ibi no. & non probat hoc maleficiū esse, quod ab hoc contingit abesse, vt C. de accusat. l. si quis hominem. Præterea instrumēta iā confecta valent, licet de aliquo alio postea condēnetur. Nam quod legitimè tunc factū est, ex superuenienti maleficio nō retractatur, vt l. donationes. C. de don. inter vir. & vx. Præterea nō possunt interdici organa, quæ in præteritis transierint, vt ff. de cap. & postli. reuer. l. in bello. §. factæ. & l. 1. ff. de no. ope. nunc. Solut. si instrumentum fuerit celebratum integro statu tabellionis, non propterea vitiatur, quod aduersa fortuna, & emerita culpa tabellionis statum perdiderint. verum est tū, q̄ iudex potest inquirere de veritate scripturæ: quia non est omnino sine vitio, quod à susp. celebratur. Ad reprobationem tū plenam scripturæ sola suspicio non sufficit, vt C. de contrah. & comm. stip. l. optimam. in fin. & ideo nisi tpe celebratæ dictæ scripturæ tabellio esset exauthoratus, vel ab officio suspensus, dictæ scripturæ standum esset, alio nō probato, habemus similitudinem in tutore condemnato tanq̄ suspecto, q̄ vetera eius acta valent.

3 ff. de mino. l. Emilius Largianus. † Sequitur videre de alio puncto, videlicet: nunquid nepos legitimatus à patre excludat substitutos ab auo, si quidem loquimur in directa substitutione vulgari: non excludit: quia l. cum acutissimi. & l. cum auus. non loquuntur in substitutione fideicommissaria. Aut est substitutus filius legitimus, & naturalis & idem: quia nō extat persona, quæ ex præsumpta voluntate defuncti sit potior, & ardentiori charitate dilectior. Si autē talis persona non extat, aut legitimatur spurius, & idem: quia priuilegiū Principis testamenta non mutat. Aut legitimatur naturalis tm: & tūc excludit substi. prorsus extraneū, & hoc vi naturalitatis potius, q̄ vi legitimationis, quę consistit in fictione. C. de inst. & substl. generaliter. §. fi. Nō ob. ff. ad Treb. l. hæredib. §. fi. quia illud procedit ex necessario intellectu testamenti, cum non possit intentio referri ad impossibile, oportet, q̄ improprietur. Ex his concluditur, q̄ locus est substitutioni fideicommissariæ, & q̄ Girardus nō potuit testari

4 de fideicōmisso, quatenus venit in fideicōmisso. † Sequitur videre: vtrū potuerit testari de legitima sua. & dicendū est, q̄ sic, vt ff. de vulg. sub. l. si is, qui. quia vt legitima debita iure naturæ nō potest ꝓhiberi filio, vt in Auth. de hære. & Fal. §. si quis autē non

5 implēs † Trebellianica potest ꝓhiberi, per l. Marcellus. §. quod autem. ff. ad Trebel. Alij, q̄ non potest prohiberi: quia beneficium Senatus nō potest auferri. & in hoc fit maioris authoritatis Senatus, quā lex Falcidia, vt videlicet interdici nō possit detractio. Glossæ sunt contrariæ. q̄stio est disputabilis pro vtraque parte facto inuētario: sed eo ꝑmisso satis videretur dicendū, q̄ Trebellianica posset interdici per dictā auth. sed cū testator.

6 † Item sciendum est, q̄ transactio facta per arbitrum non officit fideicommissario, vt ff. de lega. 2. l. cum pater. §. hæreditatem. & plenissimè not. ff. de verb. obl. l. qui Romæ. §. duo fratres. Iuſm etiam nihil operatur: quia iuramentū non auget cōsensum, sed

7 sicut inuenit, cōfirmat, vt C. de nō nu. pec. l. fi. † Super alio puncto, an compromissum generale tangat speciem transactam, dicendum est, q̄ non. l. post rem. ff. de transac. & sic prima sententia est executioni mandanda. Ego Bald.

CONSILIVM CCCL.

1 *Testamentum requirit liberam voluntatem & facultatem testa.*
2 *Per præsumptiones, seu verba enunciatiua an probent de compulsione, & metu illatis testatori.*
3 *Dicens se velle vltimo testamento vri, & in defectu vltimi primo, an videatur adire hæreditatem.*

Proponitur, q̄ Girardus fecit duo testamenta eadem die. Et primū testamētū fecit in domo magistri Ioannis de Mantua, tandē eadē die exportatus fuit ad domū Petri nepotis sui per dictum Petrū cum hominib. armatis cōtra voluntatē dicti Girardi, p quædā verba, quæ ipse expressit: qa dixit, q̄ nolebat ire ad domū dicti Petri: quia sciebat, qualis ipse esset. idemq; eadem die, qua fuit exportatus, mutauit testm, & reliquit bona sua dicto Petro nepoti suo. & de D. Feder. eius fratre non fecit mentionē, nisi quia legauit bona sua

1 50. flor. vnde dictus Feder. dicit, q̄ dictum testamentū † factum in domo dicti Petri non valet propter impressionem factā testatori, & voluntati eius, cum non esset aliàs facturus: vt patet ex prætionib. antedictis. & ad solutionem istius dubij sunt videnda scripta Doctorum, & præcipuè D. Bart. in l. 2. §. fratris. ff. si quis aliquem testa. prohib. tū concludendo, si d. Girardus nō erat aliàs sic testaturus, si fuisset in sua libertate, dictū testamentum non valet: quia libera debet esse volūtas & facultas testandi vsq; ad mortem testatoris, & licit. quod iterum nō reddit arbitrium, vt C. de sacrosc. eccl. l. 1. C. de pac. l. fi. & ff. de verb. obl. l. stipulatio hoc modo concepta. & similiter primum testamentū non valeret, si fuisset factum per dolum, & impressionē factam corpori, & menti, vt l. 1. in fi. ff. de excep. doli. & de iure filij, qui legitimatus dr: quia de suo iure non est controuersia, nec à me petitur, non ptinet ad me rndere: qa ad non interrogata non est rndendū. & forte isti litigantes litigant de iure tertij magis, q̄ de iure proprio. de legitimatione aūt facta post mortē testatoris, quid iuris, remitto ad l. Gall. §. & quid si tm. de lib. & posth. concludendo & referēdo me ad puncta de quib. quæritur. Nam ad interrogata est rndendum. dico, q̄ si constet de impressionibus antedictis, neutrū testm valet. si verò fuit impressio in vno, & nō in altero, valet id, quod sponte factū: quia non ꝓsumitur vis, vel metus, nisi probetur. Itē dico, q̄ licet quis esset in carcere, vel alia cōstrictione, si carcer nō esset adhibitus ad hoc, vt testetur: sed ob aliā causam, valet testm, vt ff. de testa. l. qui à latronib. & no. ff. quod me. causa. l. qui in carcerē. nam locus nō est medius

2 infringendi testamenta, sed metus & compulsio. † Illud non omitto, q̄ per ista verba pronunciatiua non sit sufficiens. i. necessaria probatio, sed vehemēs suspicio, q̄ annexa alij præsumptioni probationē pficit, vt extra de succes. ab intest. c. cum dilectus. sed hæc annexa est alij ꝓsumptioni: quia ꝓponitur, dictū Girardum fuisse ab hominib. armatis exportatū ad domum dicti Petri. Igitur dictū testm redditur suspectū, q̄ fuerit per metū, vel

3 violentiā factum, & sic non esset ei standū. † Quæritur tandem, quia dictus Petrus interrogatus, quo testō vellet vti, dixit, q̄ volebat vti vltimo: & in defectū vltimi, primo, vtrum per ista verba videatur hæreditatē adire. nam alternatiua generat certitudinē, & ille, qui est incertus ex testō, non pōt adire ex testō, nec repudiare. ff. de acq. hær. l. quod si dubitet. ff. de cond. & dem. l. multum interest. & plenè no. ff. si pars hær. pet. l. illud. Sed alternatiua generat ambiguitatem, vt ff. de iniur. l. prætor. ad idē facit: quia tenetur quis eligere certum, & non alternatiuè petere: vt C. de codi. l. fi. ff. de leg. 2. l. cum filius. §. varijs. In contrarium videtur: qa ista non est propriè alternatiua, sed disiunctiua, seu conditionalis, & est quædam ptestatio, quæ tenet ex eo capite, ex quo valere pōt: vt l. 1. §. quod autem. ff. quo. leg. & ff. de lib. & posth. l. Caius. §. si eius. vnde valet ex eo capite, ex quo valere potest: præsertim cum incipiat à capite valido. Itē quia dubietas, quæ consistit in iure scripto, & non in facto: vt d. l. multum interest. Item ad hoc facit ff. ad Treb. l. recusare. §. Titius.

CONSILIVM CCCLI.

1 *Præscriptio fideicommissi à quo tempore incipiat currere.*

1 Item ad illud, † quod q̄ritur, quo tpe incipiat currere præscriptio dicti fideicōmissi. dicendū est, q̄ non incipit, anteqū existat cōditio dicti fideicommissi, seu substitutionis fideicommissariæ factæ p D. Matteum: vt C. de anna. excep. l. 1. in fi. & C. de præscr. 30. ann. l. cū notissimi. §. his illud. & C. cōmunia de leg. l. fi. §. sin autem ob auaritiā. nec generatur præiudicium, eo q̄ dictus P. non possederit bona dicti D. Matthei, vt C. vnde legit. l. non hoc. Ego Bald.

CONSILIVM CCCLII.

1 *Confessio, quam facit vir vxori de dote constante matrimo. an valeat, & probet.*
2 *Mulier in dote confessata an habeat eadem priuilegia dotis.*
3 *Adhærendum est opin. glo.*
4 *Exceptioni non numeratæ dotis potest bene renunciari.*

1 Quæritur, † an confessio, quam vir fecit vxori constante matr. de dote retro non promissa, valeat, nec ne. si enim esset solutū matrimonium, valeret: nō. n. tunc vī facta cum spe futuræ numerationis, sed liberali animo, & donandi causa: vt ff. de verb. obl. l. si diuortio. si aūt constante matrimonio fiat dicta confessio, tunc non vī valere vt numeratio: quia in cōtractu dotis vera numeratio non probatur p confessionem, sed per realitatē traditionis, sicut in mutuo: vt C. de do. cau. non num. l. 1. & ibi no. & ff. si cer. pet. l. 2. ver. veluti. Item nec vt donatio: quia nullo pacto. i. sine traditione, vel eo quod æquipolleat traditioni inter virū & vxor. non perficitur, nec agi potest: vt ff. de don. inter vir. & vx. l. Papin. Item quod à principio

pio non subsistit, si à traditione sumat effectum, nō cōualescit, vt no. Cy. in l. 1. C. de don. ante nup. & arg. ff. de pac. l. si diuisionis placitū. Itē quia præsumitur potius fuisse de bonis viri, q̄ de bonis mulieris. C. de don. inter vir. & vx. l. etiam. & ff. eo. l. quintus. Item ista confessio videtur potius simulata, q̄ vera ex qualitate personarū. ff. de prob. l. qui testm. ff. de leg. 3. l. cum qs decedēs. §.

2 Titia. Itē pro hoc. C. de do. ante nup. auth. sed iam necesse. † Itē gl. ord. dicit, q̄ in dote confessata, & non numerata mulier non habet priuilegium dotis: vt C. qui pot. in pig hab. l. assiduis. §. 1. sed certè licet non habeat priuilegium plationis, vel taciturę hypothecæ, ita q̄ si contendit cum alijs creditoribus, præferatur vi priuilegij in personali hypothecaria: tñ per hoc non aufertur ei ius cōmune: quia vbi cessat priuilegiū, remanet ius cōe: vt ff. de excus. tut. l. fi. & milites. in princ. & ff. ad l. Falc. l. si post missionē. Itē auth. sed iā necesse. non ob. quia ibi loquitur similiter de prælatione respectu aliorum creditorum, & qñ concertatio est inter creditores & mulierem. Sed vbi non est alius creditor, vel bona omnib. sufficiunt, tunc standū est confessioni. q̄ fit ex causa dotis; quia natura dotis præsupponit matrimoniū, & natura actus nunq̄ infirmat actū, sed validat: vt C. de do. ante nup. l. fi. ff. de pac. l. iurisgen. §. adeo. ff. de verb. obl. l. ita stipulatus. la grande. circa med. ff. de vsur. l. si stipulatus. ff. de cōtrah. empt. l. pacta conuenta. Item non ob. lex qui testm. quia ibi loquitur inter intestatos, non inter vir. & vxo. quia non prohibetur inter eos donatio ratione alicuius turpis causæ, sed ne mutuo amore se expolient. ff. de don. inter vir. & vx. l. 1. Solutio, ex qualitate ꝑsonarum, & quantitate videtur hæc res cōsideranda, vt not. in l. 3. C. de do. promiss. Si verò aliud nō apparet, & sunt elapsa tpa opponendi exceptionē non numeratæ dotis, standū est confessioni.

3 nec recedo à gl. q̄ est in d. l. 1. C. de do. cau. non num. † quia vbi gl. determinat, standum est gl. quia in decisionibus glossarum rarò reperitur error. Item non ob. l. si forte. de cast. pec. & C. de collat. l. si donationem. quia ibi causa naturaliter nō inerat: hic sic, nam causa dotis, & matrimonij sibi inuicē naturaliter insunt, vt C. de pact. l. iurisgen. §. quinimo. Itē hic causa est vera: quia matrimonium est verū, sed ibi causa, quæ specialiter requiritur ad illum effectum, non apparet, nec confingi potest. Concludo, q̄ quia in dubio est de seruiendo verbis instrumēti, non ꝓsumitur simulatio, vt C. de prob. l. cum precib. q̄ si exceptioni clausa est via per lapsum tpis, q̄ standum est confessioni, si creditores alij non fraudarentur ex hoc: quia casus est in Auth. de equal. dot. §.

4 aliud. vnde sumitur dicta auth. sed iam necesse. † Scias, q̄ cum gl. dicit, quòd exceptioni non numeratæ dotis potest renunciari, tunc non est necesse, q̄ alia tempora currant: quia idem operatur renunciatio in momento, quod tēporis tractus. facit, quod not. C. de dotis promiss. l. 2. Ego Baldus.

CASVS.

Proponitur, q̄ quidam Benedictus nomine Præpositus ecclesiæ collegiatæ S. Ioannis de Alberia: vt patet instrumēto publico, protestatus fuit in presentia q̄ plurium, & Antonij de Buxeto infrascripti, q̄ indigeat flor. trecentis committendis in reparationē dictæ ecclesiæ, & domorum eius, & eiusdē molendini, q̄ alius nullus erat, nisi repararetur rebus necessarijs: ac promendo certos boues, &c. prout in instrumēto plenius continetur. Quibus verbis auditis dictus Ant. gratis, & amore ex causis suprascriptis narratis, animo, & intentioni seruiēdi dictæ ecclesiæ, vt asseritur in instrumēto, &c. mutuò dedit dicto præposito dictos trecentos flor. conuert. ex causis ꝺscriptis in vtilitatē & res necessarias dictæ ecclesiæ, q̄ dictus ꝓpositus ꝓmisit irrequisitis canonicis ecclesiæ suæ vertere, & expendere dictas pecuniasin vtilitatē dictę ecclesię, & in necessitates ꝺscriptas. Obligauitq; se nomine dictæ ecclesiæ, & successorū suorū cū hypotheca bonorū dictæ ecclesiæ dictos flor. trecentos ad certū terminū iā elapsum. Modò remoto dicto ꝓposito pp quædam sua delicta: & alio loco eius de mādato Sedis Apost. subrogato, petit d. Ant. creditor à dicto successore dictos 300. flor. cōtra quē creditorē opponit dictus successor, q̄ ex contractu dicti mutui non teneatur ecclesia, nec ipse nomine ecclesię, primò; quia nō apparet dictos 300. flor. fuisse cōuersos in vtilitatē ipsius ecclesiæ. Secdò, quia dictus Benedictus non potuit sine consensu capituli sui dictū cōtractū facere, & ecclesiā taliter obligare. Tertiò, quia non est verisimile, q̄ dicta pecunia fuerit sumpta ꝓ necessitate vel vtilitate dictæ ecclesiæ, eo quia maior magna summa, cum beneficiū istud non locetur pro 45. flor. Modò q̄ritur, nunquid ipse successor teneatur: maximè cum vigeat quoddam statutū Terdonæ per Epm, & clerum dictæ ciuitatis confirmatum, disponens, q̄ instrumēta publica debeant executioni mandari non obstantib. exceptionib. nullitatis, falsitatis, solutionis; vel alterius cuiuscunq; generis, & speciei exceptionis, &c.

CONSILIVM CCCLIII.

1 *Ecclesia an teneatur ex mutuo, si creditor non probet pecuniam mutuatam versam in vtilitatem ecclesiæ, stante statuto, quòd instrumenta mandentur executioni aliqua exceptione non obstante.*
2 *Pecuniam versam in vtilitatem ecclesiæ quomodo probetur.*
3 *Omnis excessus expensarum inutilis reputatur.*

1 In Christi nomine. † Sicut ciuitas & ecclesia mutui acceptiōe ita demum obligari potest, si pecunia in eius vtilitatē versa est: aliter non obligatur ecclesia, sed excipientis ꝑsona, & per consequens talis cōractus nō obligat successorē in dignitate vel officio: vt ff. si cer. pet. l. ciuitas. C. de sacrosc. ecc. auth hoc ius porrectum. & no. ff. de neg. gest. l. si pupilli. post prin. Quod aūt pecunia fuerit versa in vtilitatē ecclesiæ, creditor debet probare: qa ex hoc creditor fundat intentionē suā: & quia ista est causa substantialis quò ad esse obligationis, ergo necessāria quo ad ꝓbationem esse: quia fundamenta intentionis probanda sunt ꝑ affirmantē & agentē: vt in l. qui accusare. & l. actor qđ alleuerat. qñ. n. affirmatiua opponitur negatiuæ de directo, istud non est propriè excipere, sed negare. & ideo statutū, quod loquitur de exceptionib. repellendis, non tangit hunc casum: qa (vt dixi) nō est ꝓpriè excipere. Itē quia hæc est ꝑsumptio iuris, & de iure, & ita apparens, q̄ nō indiget ꝓbatione, nisi actor ꝓbet contrariū. Præterea & si esset exceptio: quia tñ est apparens, & existens indicis officio, esset agens repellendus. no. C. de transl. l. vbi pactū. Quapp dictum statutū sequendo sanū intellectū, non est glossari: quia statuta non recipiūt gl. extraordinarias, sed ex medulla intellectꝰ debet intelligi, vbi cōractus habet figurā: vt ff. de fideiuss. l. fideiussores magistratuū. §. pro Aurelio. Porrò incolorātē agens nō debet audiri: qa sine causa adit prætorem: vt ff. de transa. l. cū hi. ff. de min. l. minor aūt magistratus. C. de præd. curial. l. 1. lib. 10. Nā ꝓtor non est inquietandus, nisi expediat, vt l. 1. ff. de postul. Præterea & alia ratione dictū statutū debet intelligi, qñ contractus celebratus à ꝑsona habili, sed iste ꝑsona nō est ꝑsona habilis, nisi sequatur versio. nā non habet in hoc mandatū à lege, vel canone, nec eius confessio nocet ecclesiæ, vt C. de noua. l. non absulit. & ff. depos. l. fi. quis inficiatus. Præterea cū agitur de alio per aliū obligando, ille, qui vult taliter obligare, debet esse curiosus, vt vertatur in vtilitatē. & hoc ꝓbatur: vt legitur & no. ff. de noua. l. doli mali. in fin. nec sufficit verbū, vbi

2 requiritur factū: vt ff. de cast. pec. l. fi forte. † sed qualiter probatur ista cōuertio. Rndeo, dupliciter, vno modo per apertā facti naturā: puta per visum videntē expendi in eam causam: testimoniū. n. visus excellentius est omni testimonio: vt Inst. de gradib. §. sed cū magis. Alio modo ꝓbatur per cōiecturas, & à posteriori: quia apparet, q̄ refectio est facta, sed non apparet ex quia pecunia. Nā ꝓsumitur ex ea pecunia, q̄ in hoc fuit mutuata: nec. n. vento reficiuntur ædificia, sed cū magno sumptu & opera. ad hoc facit C. de vsur. pup. l. fi. C. de admi. tut. l. q̄ tutoris. ff. de ne. gest.

3 l. ex duobus. ff. de priui. cre. l. si ventri. §. fi. † Illud tñ est aduertendū, ne in expensis modus excedatur: quia omnis excessus inutilis reputat, vt dicit illa lex no. ff. de exercit. l. Lucius. Ex his concluſiuè ꝓbatur ex dicto mutuo, rebus sic se hñtibus, ecclesiā nō teneri. facit qđ no. Inn. extra de depositio. c. grauis. ad idem C. de donatiōe ante nup. auth. sed iā necesse. & in auth. de æqual. dotis. §. aliud. his accedit, q̄ capitulū non fuit conuocatū, ꝑlatus. n. sine capitulo est res monstruosa: quia est caput sine membris. & si illi de capitulo sunt mortui, debet per alios reparari collegiū & antequam reparetur, nihil fieri potest, nisi ex magna necessitate, vt seruetur forma cōsueta. facit ad prædicta, quod no. Bar. ff. de verb. obl. l. cum seruus. Ego Bald.

Quidam spectabilis miles D. Guliel̃mus de Beuilaquis, ipe, qtio in humanis agebat, vxoratus cum quadā spectabili Dña Tadea de Perramala, & ex ea genitos habens: cōstante matrimonio in amasiam, siue cōcubinam tenebat quādā Felicinā de Mediol. ex qua vnicā genitā nomine Margaritam hodie viuentem procreauit in lucem, ipsamq; Felicinam

licinam subsequenter matrimonio dicitur copulasse cuidam Honestino similiter de Mediolano, cui quandã cautionẽ priuatam eius sigillo sigillatam, & eius manu scriptam, & subscriptam feciſſe dicitur, tenoris inferius annotatam.

Anno Dñi 1394. die 26. Iunij, ego Guliel. de Beuilaquis Honestino de Pudriano pro toto meo posse promitto, ꝙ ipse habeat à Fœlicina de Girmis de bonis paternis flor. 200. de quibus ipse Honestinus faciet ipsi Fœlicinæ suæ vxori chartã dotis, quod si facere nõ potero, promitto d. Honestino dare prædictos 200. flore. de meis proprijs denarijs vsque ad festum S. Martini proxime futurum, de quibus in isto casu fiat ꝺ dicta dos d. Fœlicinæ meo nomine. cum pacto, & cõditione, ꝙ ipsa Fœlicina det mihi tegetessum cõtra bona paterna cum voluntate, & cõsensu prædicti Honestini viri sui. & ad hæc obseruanda obligo mea bona presentia, & futura tam mobilia, quam immobilia, vbicunq; sint, & in testimoniũ eius omnia suprascripta mea propria manu scripsi, & meo consueto sigillo feci muniri. Modò quæritur nunquid ipsa cautio sit nulla, vel aliqua &c.

CONSILIVM CCCLIIII.

1 *Priuata scriptura an requirat temporis, & loci appositionem.*
2 *Confessio validior est, quam præsumptio iuris, & de iure.*
3 *Solemnitas in contractibus præsumitur, secus est in iudicijs.*
4 *Donatio facta concubinæ ad dotandum filiam communem an valeat.*
5 *Contractus dotis non indiget insinuatione.*

1 In Christi nomine. † Quæritur, vtrum in priuata scriptura requiratur appositio temporis, & loci. & dicendũ est, quod aut quæstio pendet ex loco vel tempore, & vna pars affirmat certo loco, vel tempore factum: alia negat, & tunc oportet, quod locus vel tempus proberur per scripturam, vel testes: supplendo id, quod scripturæ deficit: vt ff. de nego. gest. l. eum actum. & C. de prob. l. matrem tuam. & C. de peti. hær ed. l. si post motam. si autem nõ est controuersia, vt quia pars cõfitetur de loco, & tempore: vel confitetur simpliciter, quod pro integra probatione est admittendum: quia vbi confessio, ibi omnis relatio proba-
2 tionis: vt singulariter no. in auth. de æqual. dot. §. aliud. † vbi gl. dicit, quod validior est confessio, quam præsumptio iuris, & de iure. Et ad hoc, quod dixi de loco, facit glo. ordino. in c. Abbate sane. de re iudi. lib. 6. vbi gl. dicit, quod ideo in instrumentis requiritur locus: quia in vno loco posset esse promissum, in alio non: sed text. ibi dicit, quod ideo requiritur locus, vt sit facultas reprobandi scripturã de falso: quia indefinita, & non coarctata non posset reprobari, vt C. de contrah. & commit. stipu. l. optimam. in fi. & no. ff. de eden. l. 1. §. editiones. & inst. de inut. stip. §. item verborũ. & in c. cum Ioannes heremi. de fi. instr. & vtraq; rõ est bona, & vera, & naturalis, at in casu nro præposito nõ est qõ solennitatis, nec veritatis: qa solennitas præsupponit: vt C.
3 de contrah. & cõmit. stip. l. 1. † & in cõtractib. præsumit solẽnitas, licet secus sit in iudicijs, & no. In. in c. iuxta nuit. de eo, ꝙ fur. ordines suscepit. Itẽ non qõ veritatis: quia sigillũ, quod est imago substãtię hois, cũ eo, qđ naturę negotij cõuenit, hĩ pro pñtia personali: & præsertim sigillum tam spectabilis mili. vt not. in l.
4 2. C. de reb. alien. non alienan. † Restat ergo qõ, vtrum iste contractus valeat ex causa, & persona, & dicẽdũ est, ꝙ causa p se nõ officit contractui: qa est pia, & honesta, & priuilegiata. ff. lo. ma. l. 1. ff. de cond. inde. l. cum is. §. si mulier. quia si nõ essent nuptię, genus humanũ esset genus brutale, pecudũ, & iumentorum, vt not. in auth. de nup. in pr. col. 4. Itẽ ratione personæ nõ est prohibitus dictus contractus: quia persona per se nõ est prohibita capere: vt ff. ad Treb. l. sed & qui magna. tñ est videndũ, vtrũ ista rõne considerata origine turpis causæ, & cõsiderata militia hoc prohibitũ sit: ita ꝙ ex plurib. concurrentib. augeatur defectus. Præterea istæ vulgares fœminæ suis delusionib. denigrant animas perditorũ, & suis imaginib. vtuntur. Ideo q; focariæ vocãtur. vt C. de natu. lib. l. 1. & expresse prohibitæ sunt mulieres ad concubinatũ, ẽt si sit solutus, & soluta, vt ff. de testa. mil. l. miles ita hæredem. §. mulier. Porro dict. domin. Gulielmus erat non solũ miles, sed etiã spectabilis, & proprie Illustris: quia ad latus glorioſi: vt l. vnica. C. de prepositis laborum. lib. 12. sed considerandum est: quia qñque est donatio respectu vnius personæ, & non respectu alterius personæ, in qua consistere debet finaliter donatio: vt ff. de don. l. vt mihi donares. nam ex persona, cui acquiritur, consideratur effectus, non ex fistula per quam transit, sed ex conte. vt ff. ad l. Falc. l. cum dotem. & ff. ad Treb. l. cogi. §. hi, qui solidum. & ideo quatenus respicit virum ista non censetur donatio, sed munus mrimonij, vt l. si. in prin. ff. de condit. ob
5 caus. l. si donaturus. §. fi. Ex hoc sequitur, ꝙ non requirit † insinuationẽ: quia contractus dotis non indiget nisi numeratione. Sed considerandum est, vtrũ dict. instrumentum fuerit factum in fauorem concubinatus: & non valet, vt ff. de act. & ob. l. fina. An postquam concubina mutauit mores, & realiter recessit à concubinatu: & tunc valet, arg. fam. ercisc. l. in ipsius. Ego Bald.

CONSILIVM CCCLV.

1 *Cessio an valeat, quando quis actionem non habet, vt puta quia cedens erat creditor in pecunia aurea, & cessit iura de quantitate non deposita.*
2 *Quomodo cognoscatur contractus mutui, vel depositi.*
3 *Vtens deposito an dicatur furtum committere.*

Quidam A. depositit flo. 200. au. boni & iusti ponderis penes Bartholomæũ de Calcaginolis, q valet soldos 32. pro singulo flo. quos dic. B. ꝓmisit saluare, & gubernare omni suo risigo, & periculo, & ipsos restituere ad ipsius liberã voluntatẽ. Mõ dict. A. cessit iura de lib. 100. cuidam alij partis, & pro parte dictorũ flo. 200. opponitur sibi, quod cessio nõ valet, & per cõsequens agere non põt: qa dictus A. cessit iura de eo, qđ nõ hẽt actionẽ ad flo. 200. au. depositos, & cessit iura de li. 100. quas nõ deposuit, & ad quas actionẽ nõ hẽbat. nã deponẽs erat creditor in pecunia aurea, & cessit iura de quantitate nõ deposita: videlicet de li. 100. quas nõ deposuit & ad quas actionẽ non habebat depositum, licet cõtineret certam quantitatẽ. videlicet flo. 200. auri, tñ qa instrumentũ dicit, ex causa veri, & puri depositi, & quod promisit ipsos saluare, & custodire, & ipsos reddere, & restituere ad ipsius A. liberã voluntatẽ &c. & est merum depositũ, & in specie, & sic cessio non valet, & sic allegabatur, ꝙ aut deponitur quantitas, vt eadẽ reddatur: & est depositũ A. vt vt tandẽ: & tunc not. in l. Luc. Titius. cum l. seq. §. 1. ff. depositi. ex aduerso dicitur, ꝙ est mutuũ: quia
1 d. pecunia nõ fuit deposita sigillata. Mõ † quæritur, nũquid va-
2 leat dicta iurium cessio. † Ad quẽ sitũ ꝑ dictũ respõdet, ꝙ dict. iuris cessio valet, pro cuius declaratione ꝓmitto, ꝙ interdũ cõtrahit, & agitur, ꝙ sit mutuũ, vel ꝙ sit depositũ, & illud, qđ actũ fuerit, seruabit, vt l. Luc. in fi. ff. depo. aut nihil est actũ: & tunc aut datur potestas vtendi pecunia expresse, & tũc aut ope cõtractus, & est depositum, donec vsus fuerit pecunia ille, cui datur, aut postea vsus est: & tunc erit mutuũ, vt l. certi cõdictio. §. fi. cum l. seq. ff. si cer. pet. aut potestas vtendi data fuit ex postfacto: & tunc statim cũ data est potestas vtendi, ẽtante quã vsus fuerit, erit mutuũ: vt in eisdẽ legib. Aut potestas vtendi nõ fuit data expresse, sed tacite: vt quia data fuit pecunia ad numerum, & nõ obsignata, & tũc est depositum: licet excedat terminos depositi: vt l. Lucius. præallegata circa mediũ, aut non est data potestas vtẽdi tacite, nec expresse: vt quia pecunia fuit data obsignata, & tũc est proprie depositũ non excedens suos terminos: vt l. die sponsaliorũ.
3 §. 1. ff. depositi. & l. si sacculum. §. 1. † tunc. n. ille, cui data est pecunia, non põt vti ea. immo furtũ cõmitteret vtendo, vt d. l. si sacculum. & hæc colligi possunt ex no. per gl. in d. l. dies sponsaliorũ. §. 1. & per Iac. But. & Albericũ ibidẽ. & sic infero ex ꝓdictis, ꝙ contractus prædictus, de quo in possessione prædicti casus, fuit depositũ excedẽs terminos depositi, ideo si vsus fuisset depositarius pecunia deposita, fuisset post vsum mutuũ, & sic dic. cessio indubitanter fieri potuisset, si autẽ fuit vsus dict. pecunia, & idem, quod dicti ducẽti flo. valent lib. 320. imper. & data fuit cessio de lib. 100. ex, & de dictis flor. 200. & sic soluendo cessionario tot ex dictis flo, qui ascendant valorem centum librarum debitor consequeretur liberationem ab eo. videtur enim data cessio de flo. qui sunt valoris ipsarum centum lib. ar. l. si stipulatus fuerit decem in mille. ff. de solu. secundum lecturam, quam ponit ibi Bar. attenta etiam mente contrahentium, quæ attendi debet, etiam si verba impropriarentur: vt l. sed & si possessori. §. item si iurauero. & quod ibi no. Guil. de Cu. ff. de iureiu. & etiã vt res potius valeat, quã pereat capere, seu sequi debemus, vel l. quoties. ff. de reb. dubijs. & l. quoties. ff. de verb. obl. & sic concludo, quod dicta cessio valet. Ego Bald. Paulus Argonus.

CONSILIVM CCCLVI.

Casus talis est, A. procurator, & procuratorio nomine L. occasione cuiusdam sententiæ latæ contra prædictum L. cõparuit coram iudice

iudice ad quem, & interposuit appellationem in hunc modum, videlicet. Corã vobis domino Bartolino de Cantijs, vicario generali domini potestatis Papiæ A. procurator, & procuratorio nomine dicti L. interponit infrascriptam appellationem tenoris infrascripti.

IN Nomine Domini Amen. Coram vobis do. B. de Cãtijs, vicario gñali dñi potestatis Papiæ asserit, & ꝓponit suprascriptus L. omni modo, iure, via, & forma, qb. melius põt: contra & aduersus N. & contra quemlibet pro eo in iudicio legitime interueniente: ꝙ ipse L. nuper intellexit, ꝙ dã P. & B. arbitri, & arbitratores protulerunt quandã assertam sniam arbitramentalem aduersus dictũ L. & in fauorẽ dicti N. &c. dicens dictus L. dicta arbitraria, & arbitramenta fuisse, & esse nulla, nullius valoris, & momẽti: & in quantũ aliqua reperiant, dixit, & dicit fuisse, & esse iniq̃, & iniustam, & inique, & iniuste lata contra dictũ L. Et ipsa præcepta, arbitria, & arbitramenta, si sic dici possunt, debere reduci ad arbitrium boni viri, &c. Quare ipse L. sentiens se grauatum, & læsum ex talib. arbitramentis omni modo, via, & forma, quib. modis melius potuit, & potest, petit, & requirit à vobis ꝑsato do. Vicario, quatenus omni modo, iure, via, & forma, quib. melius potestis, per vestram sniam diffinitiuã pronũtietis, & declaretis ipsa præcepta, arbitria, & arbitramẽta, si sic dici pñt, fuisse, & esse nulla &c. Et in quãtũ aliqua ꝓnuncient iniqua &c. Subsequenter in fine hoc videlicet. q̃ qdem appellationem, & nullitatem dictus dominus Vicarius admisit, & admittit in tantum, in quantum tenet, & debet de iure, & non aliter. & inde ꝑfatus domi. Vicarius hanc chartam fieri iussit, dictusque dicto procuratorio fieri nomine rogauit præsentibus &c. Modo quæritur, an interpositio dictæ appellationis, & nullitatis rite facta sit, & de iure valeat, an non.

CONSILIVM CCCLVII.

1 *Appellatio an possit interponi per nuntium, & tunc qualiter sint concipienda verba.*
2 *Nomen procuratoris nomen est indefinitum.*
3 *Hæc clausula mandati, omni modo, via, & forma, quibus melius valere potest, quid operetur.*

1 In Christi nomine. † Interpositio dictæ appellationis, & nullitatis non vt fuisse rite facta. primo ex defectu formæ, qa ille, qui appellat nomine alieno, dẽt prima verba concipere in se procuratorio nomine: non. n. loquitur dñs, sed ipse, & iõ tenor dẽt fundari in ipso, alias appellatio peccat in forma, & in persona. ff. de ac. & ob. l. quicũq; gerimus. nisi in nra persona initium sumant, inanẽ nrm actum efficiunt. Item quia non fuit loquutus tanquã loquentis nuntius, vt minister dñi, sed supposuit personam dñi tanquam loquẽtis actualiter. & præsentialiter: & verba nõ pñt adaptari d. l. cũ. ꝓcœmialiter loquatur de se: tñ postea descendit directe ad personam. vnde nec nomine, nec officio ꝓcuratoris functus vr: quia verbis vsus est, q̃ non pñt adaptari nec ꝓcuratori, nec nũtio. Nã procurator dẽt dicere. Ego procurator, procuratorio nomine: & nuntius dẽt dicere, ego tanq̃ nũtius, vt ff. de app. l. ab exequutore. §. fi. & ff. si quis alteri, vel sibi. l. multũ. Præterea aut ista verba sunt personalia, aut impsonaliai. sine psona, si quidem. n. sunt psonalia, scriptura non esset vera. si vero impsonalia, scriptura esset inualida: vt C. de const. pe. authẽ. si qñ. qa igitur forma dictę appellationis non est apta, nec congruens, vr dicta appellatio nõ ꝓcedere vllo mõ: iuxta theoriã. l. j. C. de formulis. & l. j. §. j. ff. si messor fal. mo. dix. Præterea dicit dñs Cy. in l. j. ff. de ꝓc. in suis aur. apostillis, ꝙ in iudicijs ad cãs cãæ, nõ põt interuenire nuntius: licet possit interuenire ad allegandas cãs absentiæ: vt ff. de neg. ge. l. si libero. §. fi. & rõ est: quia in iudiciis quasi contrahit, vt ff. de pecu. l. 3. §. idem scribit. Et quia oportet sniam ferri in psona ꝓcuratoris, non nũtij, nec dñi. qa nunquã comparuit, vt C. de sen. & interlo. om. iud. l. j. quia ergo verba nec iuri adaptantur, nec veritati consonare vñr: actorũ errore dicta appellatio, & nullitas peccare vñr in forma, & in ipsa veritatis substantia. Sed his nõ obstantib. dico de iure posse defendi dictam interpositionẽ appellationis, & nullitatis de iure ꝓcedere, & istũ superficialem errorem non officere veritati. Et primo regula gñali, quæ traditur. C. de errore aduoc. l. fi. nam & si esset aliqualis error, per relationem ad acta emendat, vt ff. de re iud. l. ait ꝓtor. item alia rõne: quia licet procœmialiter dicat. Ego ꝓcurator: tñ subsequenter, & concludue loquit tanq̃ nuntius. & per posteriora reguntur, & regulanter priora, & antecedentia: quia in conclusionib. stat effectus. nã conclusio est exitus, & deterioratio totius orationis, vt C. de fide. instr. l. contractus, & ff. de verb. sig. l. si cum fundum. & ff. de lega. 2. l. si cum pr. §. dulcissimis. & ff. de vino leg. l. fi. §. cui dulcia. Tertio hoc probat: quia verba debẽt adaptari naturæ actus, & potius debẽt ꝓpriari natura verborũ, q̃ natura rerum, vt ff. de iniu. l. sed & si possessori. §. sed & si rerũ. & ff. de verb. sig. l. qsqs mihi. Et iõ ꝓdictus sermo, li
2 cet loquat procuratorio noie, tñ intelligitur tanq̃ nũtius. † Por ro nomen procuratoris est nomẽ indefinitũ, & ꝑdicat de quolibet mandato, vt no. extra de proc. c. petitio. & ar. ff. de cond. & dem. l. pr Seuerinam. §. condõnẽ. & C. de lib. præt. l. 3. nã pp imprudentiam sermonis non dẽt veritas vitiari, vt ff. de of. præs. l. illicitas. §. veritas. itẽ minime dubitandũ est, ꝙ appellatio põt interponi per nuntium: quia magis proprie fit, ꝙ fit per nuntiũ, q̃ quod fit per procuratorem: quia minus participat de fictione,
3 vt ff. de proc. l. certe. §. ꝓcurator. † Præterea ista lex nõ astrinxit se ad vnam speciem mandati: sed dixit, omni via, & forma, quib. melius põt, ergo valet ea forma, & nomine, qua, & quo valere potest, vt ff. de ver. ob. leg. qui Romæ. §. Callimachus. in fin. §. Ex quibus omnibus dici potest, ꝙ interpositio nullitatis, & appellationis, potuit eo mõ, & forma interponi: etiam si oporteret vi nominis impropriari: quia negotiũ est fundamentum in substãtia veritatis, nec est curãdum de apicibus verborum, vt extra de verb. sig. c. intelligentia. & j. q. j. cap. Martion, & Basilides. ac si dixisset, dominus meus ita dicit: vt legitur in euangelio ibi, magis, dixit &c. Et ita teneo, salua ratione recti sermonis. ff. de aur. & argen. leg. le. Plautius. & consilij sanioris, vt ff. qui pot. in pig. hab. leg. Claudius. & ad prædicta facit, quod not. Bart. in leg. j. §. nuntiatio. ff. de no. ope. nun. nam verba referuntur ad officium, cui possunt congruere, si illud officium est in rerum natura. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLVIII.

1 *Causa restitu. in integrum an possit compromitti. & nu. 7.*
2 *Statutum de compromissis an arctet mineres.*
3 *Executio sententiæ an sit differenda propter rest. in integrum.*
4 *Conclusum in causa quando dicatur.*
5 *Post conclu. in causa nihil potest allegari, quod habeat impedire sententiã.*
6 *Mulier acquirens de pecunia nõ dotali, nec à marito donata, sibi acquirit.*

In Christi nomine. Super eo, ꝙ quæritur, vtrũ agens, qui metuit sniam pro se, quæ dr transisse in rem iudicatam, debeat cogi ad compromissum: considerato in primis statuto communis Nouariæ, quo cauetur, ꝙ si aliqua lis, vel quæstio est, vel erit inter aliquos ascendentes, vel descendentes, absque gradus distinctione, vel inter collaterales vsque ad quartum gradum inclusiue secundum iura canonica computandum, ꝙ Potestas Nouariæ causis, locis, tpib. personis, necnon alijs facti, & negotij circunstantijs, discretionis oculo diligenter inspectis: præfatos discordes ad compromissum sub ea forma, quæ ei placebit, faciẽdum in arbitros, & arbitratores vnum, vel plures, prout ei videbitur expedire, omnib. iuris remedijs cogere, & cõpellere possit. Certe qñ ei ob aliquam rõnabilem cãm non videbitur conueniẽs ipsos ad faciendum compromissum astringere, in ipsorũ causis summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij procedere, & quanto celerius poterit, terminare feliine ipsas causas. deinde visis literis Magnifici, & gloriosi principis nrĩ, in qb. continetur, ꝙ in casu, quo personæ in supplicatione, & literis ipsis nominatæ sint tales, quod vigore statutorum cõis Nouariæ alias cogi possint ad compromissum, & pendeat instãtia restõnis in integrum, de qua in dicta supplicatione fit mẽtio non obstantibus friuolis cauillationib. qbuscunq; Potestas Nouariæ cogat partes in ipsa supplicatione nominatas ad cõpromittendum in duos cões amicos &c. Visis etiam actis, & actitatis in cã prædicta, & considerato statu ipsius cãæ, & allegationib. vtriusque partis diligenter visis, & inspectis, considerandũ est, quid iuris. Et in ista cã eleganter allegatũ est per partes, & ꝑ parte min. facit, quia iura pupillorum sunt quodammõ immortalia. Item tutor, q non allegat iura pupilli, est in lata culpa, quę non debet nocere pupillo: & præsertim qñ non erat probatũ, non opposuit de non probatione. merito igitur põt petere restitutionẽ in integrũ. Itẽ super eo põt petere fieri cõpromissum qa multũ refert, vtrũ minor petat fieri cõpromissum, vel cõtra

eum petatur, vt C. de proc.l. non eo minus. nam ætas, & priuilegium facit claudicare iudicium. vt ff. de mi.l. si iudex circumuento. In quo iudicio duo consequitur minor. s. q̃ pōt opponere de iure suo, & rei vẽ.l.fi. & C.de ser.fu.l. cũ seruũ. post restõnẽ aũtẽ int. introductã in iudicio vtraq, pars redigit in æqualitatẽ, vt C. de repu. q̃ fiunt in iudicio.l.j. & C.de fruc. & li.expẽ.l. fin. & plene no.p Bar. in l.j. §. itẽ nunciatio. de no. ope. nũ. Allega
1 tionib. factis sup articulo, † in cã restõnis in integrũ dẽat cõpromitti, q̃ allegationes tollunt per rescriptum dñi mandãtis compromitti ipsam cãm restitut. in integ. ī casu, quo psonæ &c. vt sup. Porro an cã restõnis in integrũ sit cõpromittẽda, cũ sit mixti imperij, vt C.vbi, & apud quos. l.fi. non est reuocandũ in dubiũ: qa arbitri funguntur vice delegati a principe qui pōt nãm nouã dare actib. hominum, vt l.j. C. q̃ pro sua iurisd. in fin. q̃ princeps, ppriè, & expresse rescripsit sup ista cã restitu. in integ. & ẽt si nõ scripsisset, stat. de cõpromiss. vñr sufficere. nã minores ligant statutis loquentib. in cõmuni materia, & ẽt q̃buscunq; q̃ possint minorib. adaptari, vt ff. de admi. tu. le. fine hr̃de. §. j. Luc. vñ saluarõne rectitudinis leges generales ab oĩb. obseruantur, vt C. de le. l. leges sacratissimæ. & ff. de leg. l.2. & 3. ibi dũ dicit, secundum q̃ oẽs debent viuere, qui in ciuitate sunt. vñ nõ est dubitandũ de iuris cõis dispositione, sed de mãdato principis: vtrũ dictũ rescriptũ contineat casum nr̃m, necne; qa mandata principũ oĩb. legibus sunt potiora. nam quicqd principi placet, legis hẽt vigorẽ, vt ff.
2 de const. prin. l.j. sacrilegij crimine irretitur, qui princ. authoritatẽ contemnit, vt C. de crimine sacrilegij. l. instar. Præterea pupilli, & minores ligantur constitutionib. ciuitatis. † vñ statutum de compromissis hñ arctat eos, vt ff. de admi. tu. l. si sine hærede.
3 §. Lucius. Tñ his non obstantib. considerato statu istius restõnis petitæ, & tpe, in quo est petita dicta restitutio, † dico, q̃ tpa non patiuntur, nec æquitas dictat, q̃ differatur executio sententiæ pp ipsam petitionem restõnis in integrũ. Et hoc probo primo per tex. in simili casu. l. si rem. q̃. §. quolibet. ff. de euic. ibi, dum dicit, ne tñ ppe ipsam condẽnationẽ fiat. nam ex quo oĩa certa-
4 mina erant actitata, trutinata, & scripta, non erat vlterius saluũ ius reuisionis actorum. † nam quoties nihil restat probandũ, dr̃ conclusum in cã. C. de dila. l. cum à nobis. & C. de adul. l. quamuis indubitati. & ff. de minor. l. denique. §. j. & C. de temp. in int. rest. l. petendæ. & hæc maturitas intellectus ex verbis statuti cõprehenditur: & deinde p literas illustris dñi confirmatur, & tractat de magn o iudicio pupilli, qui idem consequutus est per iudicẽ ordinariũ, q̃ per arbitrũ. non dẽt ergo cã compromitti: quia non vr̃ minor læsus, si prætõr ei resti. in inte. pollicetur, vt ff. de in int. resti. l. non vr̃. hoc ẽt suader æquitas: quia ad arbitrũ
5 non dẽt iri cã differendarum litium, sed cã decidendarum, & vt finis litibus celerius ponatur: vt ff. de arbitris. l. quamuis. † Præterea post conclusum in cã nihil allegari pōt, q̃ habeat impedire sententiam q̃ sola ferenda restabat: quia nullæ sunt partes iudicis in cognoscendo, cum iam sit cognitum: quia iã non est cognoscere, sed cognitum esse, vt no. Inn. extra de cã pos. c. pastoralis. Præterea, qñ est lata diffinitiua, restõ in integrum non suspendit eius executionẽ, nisi sit manifesta iniquitas, vt extra de restitutione in integrũ. ca. suscitata. &l. fin. C. d̃ ordine cognitio. Præterea in facto principali istæ mulieres vñr habere ius, cũ habeant titulũ matrernũ: satis. n. est verisimile, q̃ mr̃ possederit, vel
6 pater ipsarum pro eis: vt ff. de acqui. pos. l. qui iure familiaritatis & C. de agri. & censi. l. cum sciamus. li. 11. † & q̃ mulier acquirit constante mr̃imonio de pecunia non dotali, ne q; donata à marito ipsius mulieris efficitur, vt not. C. de fide instru. l. scripturæ. & C. de do. inter vir. & vxo. l. vxor marito. secundũ Bart. & alios, quicquid sit de restitutione pretij. Quare conclusis omnib. cõsideratis sequendo maxime modificationes rescripti illustrissimi domini credo ad conclusionem sententiæ restitutionẽ prædictam in integrum posse per iudicem denegari tempore, cã, & æquitate pẽsatis: alioquin nullus esset litium finis, quod est absurdum: vt ff. de iudicijs. leg. si prætor. in princi. Item q̃ semel est sententiatum, nõ dẽt compromitti sententiãdum vlterius: quia non lis pendet, vt ff. de condi. inde. l. eleganter. §. si post. & ff. de transactio. l. post rẽ. & no. expẽsè. C. de transl. si diuersa. Ad hoc ẽt faciũt verba rescripti, q̃ requirunt altiorẽ indaginẽ tractandi de p se. vt ff. de pac. dotali. l. Bebius Marcellus. videlicet in his, in quib. nõ obstat exceptio rei iudicatæ: vt ff. qui potio. in pig. hab. l. Claudius Felix. qa res, q̃ fuit empta p matrẽ ipsarũ, fuit effecta ipsius emptricis traditione, vel quasi interueniẽte: tñ licet ego credã, q̃ ista sit veritas, q̃ interuenerit traditio: vt C. de acq. pos. l.j. & ff. si seruitus vendicetur. l. si à te. tñ ista traditio. vel quasi nõ est sufficienter probata: quia non apparet de possessione vendi-
7 toris, & iõ per precariũ nihil transtulit: vt ff. de acq. pos. l. quod in eo. & l. interdum. & extra de rest. spol. c. olim. Et iõ veritas mouet conscientiam meã, non probatio: quia non est sufficiẽter p batum: tñ sufficit actori diffinitiua lata pro eo: tamen quicquid sit, iste non est articulus nr̃, † sed solum super resti. in int. vtrum possit compromitti. & dico q̃ non: qñ post conclusionem in cã, vbi non restat, vt dixi, nisi sniare: etiam si minor potest petere restitutionem in integrum: vt ff. de mino. leg. minor. 25. annis omissam. tñ post conclusum in causa, & latam sniam lis decisa nõ potest reuocari. nec ad initium nouæ qõnis rediri: alioquin illusoria essent edicta prætorum: quod est absurdum: vt ff. de iud. le. si prætor. in prin. nunquid ergo ius pupillorum deperit. Respondeo, non deperit ius cãæ, sed ius instantiæ: vt C. de ind. l. perandum. §. fi. Præterea non dr̃ deperire ius pupillorum, quod eis non competit, & iõ statutum loquitur multum discrete, & multum iuridice, & verba magnifici, & illustris dñi nr̃i, q̃ sunt plura virtute iustitiæ, eandẽ modificationẽ sequunt. Porro non iõ, q̃ minor est, læsus est: vt ff. d̃ iureiur. l. nam postea. §. si minor ff. de mino. l. minor aũt magistratus. Et iõ oĩb. consideratis: quia non apparet probatũ pro parte minoris de aliquo interesse, & instra emptionum sunt pro parte contraria, & possessio secuta referatur ad titulum, vel per expressam naturam verborum, vel per patientiam. non vr̃ mihi, q̃ aliqua rõ fundet cauillationem restõnis in integrũ q̃ mihi vr̃ cauillatio secũdum conscientiam meam: licet allegationes in contrarium sint de apicibus iuris, vt ff. manda. l. fi fideiussor. §. quædam. Ego Baldus.

C A S V S.

Factum tale est, nam verũ est, q̃ Serenissimus dñs Vincislaus Romanorum Imperator, atque Boemiæ Rex sp Augustus anno dñi 1380. de mense Februarij concessit vnum singulare, priuilegium Illustrissimo domino nr̃o, dño Duci Mediolani, per q̃ præfatum dñm Ducem, eiusq; hæredes, & descendentes in suos & sacri Impẽrij creauit vicarios gñales irreuocabiles, & perpetuo duraturos in ciuitate Mediolani, Papiæ, eiusq̃e territorio, & in omnibus alijs ciuitatibus terris, & locis tam citra, q̃ vltra marinis, quæ per ipsum dñm Ducem tenebantur, & possidebãt. & in ipso priuilegio subdunt infrascripta verba videlicet. Insup rebellium, qui sunt, fuerunt, vel erunt tam Imperij, q̃ vrbiũ Imperialium, præsertim locorum prædictorum insequutionem, & punitionem, & gñaliter omnia, & singula regalia quæcunque, q̃ à lege, iure, vel constitutione, vel edicto, seu cõsuetudine, aut aliter qualitercunque nr̃æ Serenitati, & sacro Imperio competere dignoscuntur, nostrum vicarium & suos descendentes, & illum, & illos, quib. commiserit, pertineant pleno iure: ita q̃ omnia emolumenta, redditus, & prouentus qualitercunque pp publicationes, confiscationes bonorum, impositiones pœnarum, exactiones vectigalium nouorum, & veterũ, vel aliter quo modocunque peruenerint, de ciuitatib. castris, cõitatib. terris, locis, iurib. & pertinentijs prædictis ad nos quomodolibet pertineat ipso iure, sine aliqua restitutione, & ratione nobis fienda deinceps, & in vestrum priuatum pr̃imonium, & ærarium, sicut voluerit conuertat. Quæ oĩa, & singula habita deliberatione, & ex certa scientia, omnique authoritate, & omnibus alijs modis, quibus melius possumus, & de nr̃æ plenitudine potestatis &c. put in dicto priuilegio plenius, & seriosius continetur. Post aũt illius priuilegij concessionẽ contigit, q̃ quidã ex subditis plibati domini nostri Ducis rebellionem, & crimen læsæ maiest. commisit, ob q̃ fuit damnatus ad mortẽ: & oĩa eius bona per sniam cameræ præfati dñi confiscata, & apprehensa fuerũt. post quam confiscationẽ, & apprehẽsionẽ prælibatus dñs Dux bona ipso titulo donationis transtulit in quẽdam Paganinũ de Blasono eius fidelẽ subditum per suas patentes literas. Quæ quidẽ bona sic donata dictus P. spaci o annorum 12. prextu dictæ donationis cõtinuè tenuit, & postea dit cuiuscunq; condõne cessante, in qb. quidem bonis quidã tertius prætendit se ius habere, dicens ipsa bona fuisse sibi hypothecata, vel ipsa ad se alio iure spectare ante dicti criminis commissionem, & ante confiscationem. ipse vero P. prætendit se tutum præscriptione quadriennij, tanquã causam habens à pfato domino nr̃o. Modo quæritur, nunqd ex

concessione

concessione dicti priuilegij concessi præfato dño nr̃o per præfatum Serenissimum dñm Imperatorem bñficiũ, & priuilegiũ legis, bene à Zenone. de quadriennij præscriptione, in ipsum præfatum dñm translatum sit, & per consequens in ipsum P. donatarium, & tanquam causam habentem à prælibato domino. & super hoc videre placeat priuilegium antedictum & c.

CONSILIVM CCCLIX.

1 *Dux Mediolani an habeat eadem iura in terris ducatus, quæ habet Imperator in terris Imperij.*
2 *Lex bene à Zenone. & Iomnes vendicant sibi locum in duce nostro Mediolani, & procuratore fisci.*
3 *Delictum viri non nocet doti mulieris, & ideo nõ venit in publicatione bonorum viri,*
4 *Quando vniuersitate deducta in dispositionem intelligitur reseruatum ius tertij.*
5 *Imperator est fons iustitiæ, & orientalis: ideo impossibile est, quod ex rescripto suo oriatur alicui iniuria.*
6 *Donatio Principis est iusta causa præscribendi etiam iure canonum.*
7 *Iomnes. & l. bene à Zenone. quando habeant locum. & vide etiam infra in fi. consil. nu. 9.*
8 *Fiscus, qui confessauit sibi omnia bona, an debeat conueniri actione personali tanquam hæres: & an possit venire ad hypothecariam contra extraneos possessores.*

1 **In Christi nomine.** † Quemadmodum Imperator habet totalem plenitudinem potestatis in omni terra, quæ sub imperio est: ita gloriosus, & Illustrissimus Princeps habet de illa plenitudine in nonnullis ciuitatibus & prouincijs, illud, quod imperialis Serenitas eidem non solum commisit, sed vere, ac plene concessit, quinimmo transtulit, vt ff. de orig. iu. le. 2. §. nouissime. In Imperatore. n. omnis potestas corruscat: nam prouidentiam Dei salutem reip. tueri nulli magis credidit conuenire, nec alium rei sufficere, quam Cæsarem, vt ff. de offi. præfec. vigilum. l. nam salutem. & ista translatio facta per Imperatorẽ plenissima est: licet radices Imperij non euellat: iuxta illud, ergo & nihil mihi abest. ff. de iust. & iur. l. manumissiones. & in prœmio ffor̃ũ. duæ aũt sunt causæ Imperij superillustris Cæsaris. vna diuina, à qua accipit authoritatem: & alia humana, quæ per elec. confertur, vt C. de legi. l. fi. & C. de vete. iu. enu. l. tanta. vñ Imperator est dominus naturalis: quia de iure diuino, orientis, & occidentis, meridiei, & septentrionis, vt in Authen. de manda. prin. post prin. & omnis dignitas, q̃ conceditur ab Imperatore, sapit eius naturã: quia omne, quod deriuatur ab aliquo per productionem, & nõ per aduersariam subtractionem, sapit originem suæ causæ trãs fluentis: nec est minus in effectu, in causato, q̃ in cã. ff. de do. le. q̃ id qñ. & ff. de fideiu. le. l. tutor. nam quale est vnum quodque, tale alterum generat secundum naturam, vt dicit ille lux veritatis Ari. 2. de anima. Ex his sequuntur duæ conclusiones: vna, q̃ gloriosus dñs nr̃ post Principem habet omnem potestatem, quam Imperator. nam beneficium principis dẽt esse ab omni diminutione extraneum: quia non solum est q̃ fauorabile, sed summè fauorabile, vt in §. illud. in Auth. constitutio, q̃ de dignitatibus, & C. de castrens. & ministra. l. 2. & de consti. prin. c. beneficium.
2 † Secunda conclusio est, q̃ pp coniunctionem vtriusq; potestatis. s. concedentis, & concessæ, influentis, & influxæ: eadem priuilegia hẽt concessio magnifici, quam concessio Cæsaris: ita q̃ lex, omnes. & l. bene à Zenone. de quadrien. præscrip. ita vendicant sibi locum in magnifico nr̃o, sicut in Cæsare: quia Cæsari, & summo Imperio gaudet concessis, nec de hoc puto dubitandum. Constat. n. quod ipse est plusquam procurator fisci: quia est dux fisci, & maior. in quo procuratore habent locum dictæ lex omnes. & lex bene à Zenone. secundũ Bar. quia ita no. ff. de iure fisci. l. si procurator. nõ ergo debemus disputare de dña potestatis, sed de effectu priuilegij, & supponere, q̃ Imperator in propria persona hæc fecisset, & quærere, quid iuris esset, super
3 quo esset arguendum pro, & contra. † nã q̃ iuribus dotiũ, & hypothecis non sit præiudicatum, & hic in meta naturalis rõnis, quia non debet id, quod venit ex consequentia delicti à marito commissi, trahi ad deteriorationem mulieris innocentis, vt extra de pigno. c. ex literis. & C. pœnis fiscalibus creditores præferri. le. j. & quia dotis causa semper, & vbique tuta est, vt ff. sol. mat. le. si marito publico iudicio damnato. & hoc not. expresse.
4 ff. de bo. dam. l. sed & aliæ. † Item quia quando vniuersitas deducitur in dispositionem, semper intelligitur reseruatum ius æris alieni, vt Cod. ad lege Iul. leg. si tutore. ff. ad Trebe. leg. recusare. §. si fisco. ff. de iure fisci. leg. 3. §. sed cum causa. & leg. Valerius. C. de bonis præscripto. l. si quis post hac. C. de donatio. inter virũ, & vxorem. leg. res. ff. de priuile. fisci. leg. j. Præterea priuilegium principis non debet interpretari cum alterius iniuria, vt ff. de vulg. subst. leg. ex facto. in prin. ff. de admini. tut. l. impuberi filio
5 Centurio. † nam cum Imperator sit fons iustitiæ, & fons orientalis, vnde iura oriuntur, impossibile est, q̃ oriantur iniuriæ: vt C. vnde vi. leg. authoritatem. & le. meminerint. Præterea istæ petitiones videntur sublatæ, vt Cod. de petitio. bo. subla. l.j. lib. x. Ista tamen ratio cessat, quando quis non miseretur labori, & fragilitati mulierum, saltem in dotibus vt C. qui potio. in pig. hab. l. assiduis. & Cod. ad legem Iul. maiest. l. quisquis. Ex quibus omnibus videtur concludendum, quod saluũ sit ius hypothecarũ,
6 nisi esset præscrip. † quia donatio principis est iustissima causa præscribendi: & iure canonum hæc opinio vr̃ comprobari, vt 16. q. 3. c. placuit. Item super hac cã lex dat iudices: ergo causa pò
7 test moueri: vt C. vbi causæ fiscales. l. cum vendente. † Item quia dictæ leg. omnes. & bene à Zenone. videntur loqui, quando fiscus concedit rem alienam, vt alienam, & nõ p errorem causę finalis, vel ignorantiam, quæ psumitur, quoties priuilegiũ principis ad iniuriam traheretur: vt C. de preci. impe. offer. le. rescripta. quia altaria iustitiæ spolianda non sunt à suo ornatu, & decore, licet interdum pp fauorem militiæ, & publicum decus maiestas Imperialis extra ordinẽ ex potestate regia multa induxerit, quæ seruanda sunt: vt ff. de leg. 2. l. qui solidum. §. prædium. & ff. de rei ven. l. item si verberatum. sed vbi est error fiscus, vt ibi per Cyn. quia error hoc casu specialiter impedit translationem dominij. nam ius speciale, & q̃ minuitur priuilegio, facilius tollit, quam ius generale, & cõmune: vt ff. de testa. mili. l. eius militis. §. militia. Item omnes solennitates in talibus actibus requisitæ si non sint seruatæ, reddunt actum inualidum: vt C. si aduersus fiscũ. l. edicto. & ff. de resc. vendi. l. fundus, qui Lucij Titij. Itẽ
8 quia quod non rite fit, pro non facto habetur. ff. de transl. cum hi. §. si ptor. & ff. de ver. obl. l. q̃ Romæ. §. Flauius Hermes † Solutio, vr̃ dicendũ, q̃ fiscus, qui cõfiscauit sibi omnia bona, debeat conueniri actione psonali, tanq̃ quasi hæres anomalus. Et quia fiscus est soluendo, non possit veniri ad hypothecariam contra extraneũ possessorem: quia fiscus sp est præsens, super his tñ libenter audirem opiniones aliorum: quia q̃ à plurib. sapientib.
9 q̃ritur perfectius inuenitur. † Et est sciendum, q̃ quando fiscus conuenitur, vt hæres, non habet locũ. bene à Zenon. quia non agitur condictione ex illa lege, sed vtili hæreditaria, & ppetua actione. saluo si dominus fecit ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, tutus est recipiens. Si autem propter ignorantiã, vel importunitatem petentis, non est tutus, & factum principis fuisset in executione iustitiæ factæ in collatione gratio. vt no. inst. de vsuc. §. fi. & ad intentionem principis sp est recurrendũ: quia ipse est sicut lex animata in terris suis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLX.

1 *Promitto, quod faciam te contentum, quid operentur hæc verba.*
2 *Mediatores non obligantur ex contractu.*

1 **In Christi nomine.** † Quæritur in causa Ottonis de Mandello: qa dicitur q̃ fecit relaxari comitẽ Manfredum de Barbiano, promittendo, q̃ faceret contentum Philippum de Pisis, cuius nomine ille erat carceratus, & q̃ non recederet de Ferraria, quin faceret eum contentum. quæritur, qualis promissio fuerit ista, psupposito, q̃ dominus Otto, & quidã alius nobilis. l. dominus Marcus fuerint assumpti arbitri, & arbitratores in hoc negotio. Ad hoc præmittendum est, q̃ hæc verba, faciam te contentum, aut referuntur ad solutionem, aut ad dubiæ q̃stionis declarationem, aut dubitatur. primo casu ille, q̃ obligat se, tenetur satisfacere debitum: quia solutionem hæc res significat: vt le. peto. in prin. ff. de leg. 2. Secundo casu non tenet ad aliud, nisi ad declarationem: quia ad hoc solum astringitur arbiter, & arbitrator. sed declarãdũ, vel decidẽdũ, q̃ est officio suo functus: vt ff. de arb. l. qualem. §. fi. cum leg. seq. Tertio casu recurrendum est ad coniecturas, quæ dant intelligere, quæ fuerit intentio, quæ declaratur ex præcedentibus. & sequentib. vt dicunt legę vulgares. ff. de testa. l. hæredem palã. §. sed si notã. & ff. de leg. j. l. si seruo plurium. §. fi. facit q̃ no. in l.j. ff. de iudi. vbi bona glo. q̃ ex prolocutio. cognoscit sensus, & intellectus ad declarationem sequẽtiũ, vt ff. de ver. ob. l. quoties in stipulationib. ambigua. si aũt nõ

apparet, vel ꝓpter incertitudinẽ, vitiatꝫ actus, vt ff. de ver. ob. l. triti. & no. ff. de pac. l. veterib. vel simpliciter dicemus, ꝙ assumptus in arbitrum non videatꝫ promisisse iudicatum solui, quia vi deretur posita substantia obligationis in sua voluntate: & quia videretur arbiter assumptus in re propria, quod nõ est verisimile: vt ff. de arbi. l. pe. & quia hoc non pertinet ad officiũ arbitri, ꝙ suscipiat in se obligationem debitoris: quia esset potius fideiussor, ꝙ arbiter. & quia non vr̃ cogitatum de eo, ꝙ est a natura rei extraneum. & quia officium suũ esset sibi damnosum, & periculosum, quod esse non debet: vt ff. quemadmodũ test. aperi. l. si quis ex signatoribus. quinimmo si esset fideiusſor indicij, liberaretur per sniam: vt ff. de fideiuſ. l. grecꝫ. §. post litem. Præterea non debẽt verba generalia trahi ad insolita, vt ff. de contrahen. empt. l. fistulas. §. fumenta. Item illa obligatio de non redeũdo de certo loco, sapit seruitutem, & non est iuri consona: salua ſp in hoc consuetudine armorum, vt no. in l. nã & Seruius. in princ. ff. de neg. gest. Omitto alleg. de pacto nudo, quia caderet in vestitum per implementũ alterius partis: vt C. de rerum ꝑmut. l. ex placito. & ff. de præscrip. ver. l. naturalis. cum sua materia. Ex q̃b. concludit, ꝙ si aliud non est in cã, quam sit narratũ, dictus dñs Otto non tenetur: quia non est verisimile, ꝙ effuso sermone voluit se obligare in casu ꝑdicto, vt l. fi. C. ꝙ cum eo. bene fateor, ꝙ simplicitas armorum non patiꝫ de iuris apicibus disputari. Item contenti esse debemus ꝓmiſ. & dispositis non extendẽdo vlterius, vt ff. de ver. obl. l. si ita stipulatio facta. & C. de
2 hære. insti. le. quoties. facit ad prædicta similitudo: † qa mediatores non obligantur ex contractu, vt in c. j. de test. l. 6.

CONSILIVM CCCLXI.

1 *Tempus cuius animo competens vasallo ad petendum inuestituram an currat a tempore scientiæ, vel a die mortis domini, vel a die aditæ hæreditatis.*

1 **In Christi nomine.** †Dicit tex. ꝙ si vasallus post mortẽ dñi sui, vel alterius, cui succedere põt: nisi iusta causa impedierit, infra annum & mensem, inuestituram non petierit, tãquam contumax priuatur feudo; vtrum iste annus computetur a die mortis, an a die aditæ hæreditatis, an a die scientiæ, quo sciuit dominum suũ mortuum, vel econuerso, quo sciuit se succedere in feudo per mortem vasalli. & vr̃, & ꝙ a die mortis, nam tex. non facit mentionem, nisi de morte, vt in c. j. quo tempore miles. immo vr̃, ꝙ à tpe aditæ hæreditatis, vt C. de iure deli. l. fi. §. j. nam ante aditã hæreditatem hæredi dñi non est fienda fidelitas: & econuerso hæres vasalli ante aditam hæreditatem non est hæres, nec obligatus gñaliter tanquam hæres gñalis, nec particularis tanquam hæres feudalis, ergo excusatur pp multum impedimẽtum: quia cessat interim obligatio. Item scientiam videtur requirì: qa iste annus vr̃ vtilis, saltem quo ad principium, vt ff. de ædil. edic. l. cũ sex. Nam oẽs obligationes faciendi incipientes ab hærede suo ad sui principiũ vnr̃ vtiles, & oẽs exculationes, vt ff. de excu. tu. l. quinquaginta. Itẽ hæc pœna in causa posita est. i. in cõtemptu, & contumacia, sed ille, qui ignorat, non est contumax: ergo non punitur: quia dicit tex. scientiam, non ignorãtiam volumus obligari, vt C. de tabell. l. gñali lib. 10. & ff. de decret. ab ordi. fa. l. fi. sed immo vr̃, ꝙ non requiratur aditio hæreditatis: quia agnatus succedit in feudo, etiam repudiata hæreditate vniuersali. satis ẽ n. ei, ꝙ sit hæres in re certa. i. hæres feudalis, vt in c. j. an agnatus, vel filius. nam si requireretur aditio hæreditatis, non teneretꝫ ad fidelitatem nisi esset hæres: quod est falsum. Solutio, illud tps currit hæredi vasalli à die scientiæ, & potentiæ, sed si dominus non hẽt hæredẽ, nõ currit interim. ar. in l. Labeo. ff. de nautico fœnore. quia non est, cui offeratur iuramentum, & à quo petatꝫ inuestitura. & sic iusta cã est impeditus debitor: non facto suo, sed facto creditoris. facit ꝙ no. Dy. ff. de ver. ob. l. continuus. le. cum quis. vnde concluditur, ꝙ si moritur dominus relicto hærede, currit à die scientiæ, secus si moritur, & non habeat hæredẽ. licet tutius esset, quod vasallus interim faceret protestationem, quod non stat per se, vt C. de anna. excep. l. vt perfectius.

CONSILIVM CCCLXII.

1 *Notarius vt teneatur edere instrumentum, quæ, & quot requirantur.*
2 *Edictum de edendo locum habet etiam in singulari successore.*

In Christi nomine. Creditor habens bona sui debitoris obligata agit contra extraneum possessorem rei sibi obligatæ, & producere intendit ad fundamentum intentionis suæ titulum, & instrumentum emptionis ipsius extranei possessoris habitæ ab ipso debitore de re ꝑdicta, petens ad ipsius instrumenti traditionem compelli notarium, qui rogauit ipsum instrumentum, prẽstito tñ prius p ipsum creditorem in manibus iudicis corporali iuramento, quod sua interest ex causa prædicta sibi edi, & tradi
1 quod notarium instrumentum ante dictum. Ex his quæritur, quid iuris. †& vr̃ primo, ꝙ tale instrm̃ no debeat notarius edere, nec possit edere dicto creditori. Nam in editione instrumentorum nõ sufficit quodlibet interesse. vnde pro instrumentis non datur actio ad exhibendum, quæ pro quolibet interesse competeret, vt l. 3. §. est autẽ. ff. ad exhi. vnde tabellio non tenetur actione ad exhibendum. quæ est remedium extraordinarium: sed nũc tenetur officio iudicis, ꝙ est remedium extraordinarium, & nõ concurreret cum remedio ordinario, vt ff. de eden. le. quædam. in prin. ad hoc no. vt tabellio teneatur isto extraordinario remedio, requiruntur duo. s. ꝙ interſit petentis, & ꝙ tabellio fuerit rogatꝰ ab ipso petente, vel eius procuratore, vel auctore, vt no. ff. de eden. l. prætor. in prin. & l. si quis ex argentarijs. §. prinete. sed istud instrm̃ non fuit confectũ mandãte creditore, vel eius ꝓcuratore, vel simili persona. & ad hoc bene facit. ff. de euic. l. si res, quam. In contrarium vr̃: quia debitor, qui obligauit, potest hoc petere, ergo & creditor eius: quod sic ostendo. Creditor habet omnia bona obligata: ergo & istud instrm̃ est ei obligatum, vt ff. de le. 3. l. qui chirographũ. Item quia licet regula sit gñalis, ꝙ ad intentionem fundandam reus non teneatur edere, tamen si intentio est pro parte probata, & ꝓ pãrte restat ꝓbanda, tũc ad coadiuuandam intentionẽ, seu supplendam tenetur edere, secundum Guil. & Cy. in l. vlt. C. de eden. Sed hoc venit ad intentionẽ coadiuuan. seu corroborandã, vt C. si res alie. pig. data sit. l. cũ res. & ff. de pi. l. si ab eo. nam in hypothecaria requiritur obligatio conuentionalis, & de hoc constat, & requiritur debitoris dominiũ, vel quasi, vt ff. de proba. l. ante omnia. & ad hoc ꝓbandũ venit instrm̃, de quo q̃ritur, ergo debet edi, vt ff. ad. l. fal.
2 l. si ꝑdiorum. & istam partẽ dico veriorem, & æquiorem, vt ff. de ac. emp. le. Titius. Nec obstat, ꝙ iste creditor non mandauit, & ideo fingit, seu tensetur eadem persona cum ipso, vt dictis. ll. cõ probatur, & ff. de iureiur. leg. etiam si in rem. †Item edictum de edendo habet locum, etiam in singulari successore, vt ff. de edẽ. l. quędam. §. his autem. editiones non fiunt: quia non est bonũ, vt veritas negetur, vt in c. si quis miles. de cõtentione inter dñm & vasallum. col. 10. Ego Baldus.

CASVS.

IN Christi nomine amen. Visis actis, & processu causę vertẽtis inter magistrum Iac. & magistrum Io. de Arimino eius filiũ, casus talis elicit. pater misit certas quãtitates pecunię magistro Ioanni ꝑdicto filio suo existenti in studio, possedit̃que pater ꝑdictus, & vsum fructum recepit quorundam bonorum aduenti tiorum dicti filij: filio conuentuato in medicina, & reuerso ad patriam ꝓpriam, orta est quæstio inter patrẽ, & filiũ: & factũ compromissum inter eos in certos amicos cões de iure, & de facto: eisq̃ collatum est plenissimum arbitrium patre repetẽte ex vna parte expensas factas ꝓ filio in studio, vel quatenus plus expendit, q̃ fuerit suæ intentionis: & filio repetente à patre alimenta pro se, & sua familia, necnon bona aduentitia ipsius, & eorum fructus, ac dotem vxoris suæ. arbitri laudauerũt, & sniauerunt absoluendo filiũ ab impetitione patris, nisi in restitutio ne quorundam librorum, & aliquarum pecuniarũ mutuo acce ptarũ: & etiam patrem ab impetitione filij, condemnantes patrem ad restitutionem dictorum bonorum aduentitiorum, & medietatem fructuũ perceptorũ ab ipso, & in alijs filio silentiũ imponendo, ita ꝙ decætero ipse filius super alimentis molestare nequeat &c. vt in sententia, & laudo dictorum arbitrorum clarius patet. ab ipsa sententia dictus magister Iacobus appellauit, dicendo ipsam iniquam, & iniustam. Modo quæritur, vtrũ dictæ sententiæ standum sit, nec ne.

CONSILIVM CCCLXIII.

1 *Expensæ factæ in filium per patrem an possint computari in sua portione.*

1 **In Christi nomine.** †Verba Rica. Malumbrain l. quæ pater filio. ff. fa. er. quid si est in potestate, dicit Odo. Multo magis, quid de libris, dicunt quidam, idem per hanc legem. quidam dicunt libros cõferendos esse. Respondent ad hanc legem: quia quæ subministrauerat, patet consumpta, sed hic extabant. & ita tenet Rof.

humus fuit pręteritus rõne cõi, quæ in eo deficit, vt in ti. de inſ. & ſub. l. ſi pf. tamen qa de iure ꝓtorio teſtũ conualuit, ſupponimus teſtũ præteritione nõ eſſe vitiatum. Sed & alia ratione inſtõ poſthumi fuit nulla. ſ. quia à primo gradu filiæ fœminæ fuerunt præteritæ, cum nihil in primo gradu fuerit eis iure inſtitutionis relictum, vt in auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoq; capitulum. Sed per hoc non vitiatur ſecundus gradus, in quo reperiuntur inſtitutæ. vitiato igitur primo gradu, ſiue ratione caducitatis; ſiue ratione præteritionis, à ſecundo gradu incipit teſtũ, vt l. 3. de libe. & poſthu. & C. de ca. tol. §. pen. Secundò videamus igitur, nunquid hic poſſit ſecundus gradus. i. ſubſtitutio vulgaris aſſignari. Nã ſubſtitutio facta in inſtituto, ſi hæres eſſe non potuerit, ſicut hic fuit, vulgaris eſt, vt C. de hær. inſti. l. cum proponas. Sed conſiderandũ eſt, ꝙ verba, quę ſunt apta inſtõni, eadem ſunt ſubſtõni vulgari, ſc. verba directa. ff. ad l. Fal. in rõne. §. ſi filio. ff. de vulg. ſub. l. cohæredi. §. ſi. Conſiderandũ ergo eſt, an hic ſint verba directa. & certũ eſt, ꝙ hic filiæ fuerunt in certis ſummis ſubſtitutæ verbis directis, nam nullũ verbum eſt in iure magis directum, q̃ verbum inſtituo. ff. de vul. ſubſt. l. verbis ciuilib. C. de hæ. inſt. l. quoties. §. ſi duo. in fi. quia non põt trahi iſta inſtõ impropria ad vniuerſum prohibente reſtatrice ſecũm Bar. licet poſſemus dicere cõtrarium in filio, vt in auth. vt cum de ap. cog. §. cæterum. ſc. in filio in re certa, licet prohibito plus petere, vel habere, poſſet fundari gradus: alias ſequeretur, ꝙ ipſe gradus eſſet nullus: quia filiusin eo præteritus. Non ob. §. ſi duo. quia loquitur in extraneo, ſed in filio lex ſupplet, vt habeat quotam. ſ. legitimam, & quota trahit ad ſe quartã per neceſſariũ ius accreſcendi, vt no. ff. de acq. hær. l. ſerui. Quandoq; ergo quota trahit ad ſe quotã. Q̃ñq; res certa trahit ad ſe totã. Quandoq; tota trahit ad ſe certã rem. ff. de hę. inſt. l. ſi quis hĩs inſtitutus fuerit excepto fundo. Sed illud proprie nõ dr̃ ius accreſcendi, ſed ius non diminuendi: qa ſuper totũ non inuenitur vacua portio, q̃ poſſet accreſcere. Sed poſito, ꝙ nõ fundaretur gradus ſubſtõnis vulgaris in filiabus prædictis, vr̃, ꝙ non poſſet fundari
5 in executorib. pro pauperibus. † Vbi eſt conſiderandum, ꝙ verbum, accipiat, eſt directũ, quo dirigitur executio in ipſum ſubſtitutum, vt not. ff. de vſufr. l. ſi quis ita. Sed executores iuſſi ſunt bona vniuerſaliter accipere, & vendere: ergo ſunt directo ſubſtituti. & hoc tenet Bar. expreſſe in l. Cẽturio. Item teſtatrix voluit filias eſſe hr̃des in certa quantitate; ergo relinquendo reſiduum in pauperes vr̃ relinquere per modum directum: alias ſequeretur totũ contrarium eius. ſc. ꝙ teſtatrix voluit. ſc. ꝙ filij eſſent vniuerſales hr̃des, & pauperes non: ſed venirent iure fideicommiſſi. Et iudiciũ teſtatoris permutatur: imo in contrarium verteretur, quod eſt abſurdum. Et pro tanto concludo, execu-
6 tores loco vulgaris ſubſtituti habendos. † Videndũ eſt ergo, an poſſint detrahere à filiabus falcidiam legatorum. Et vr̃, ꝙ ſic, qa ius cõe eſt omnium hr̃dum factum inuentario, ꝙ habeat Falcidiam. Sed pauperes, licet non fecerint inuentarium: tamen ad faciendum inuentarium debent petere in integ. reſt. vt in auth. de hære. & Falc. §. Pap. & ſic eo facto reſumit ius detrahendi, vt ſupra legitimam filiarum; quia cenſetur mere iure legati, legitima enim non defalcatur. C. de inoffi. teſta. l. ſcimus. In contrarium videtur: quia quando pauperes ſunt hæredes, implenda eſt volantas teſtatoris in omnibus: nec debent executores vltimæ volun. licet lex fingat eos hæredes, detrahere fal. contra voluntatem teſtatoris, & contra naturalem obligationem inortam, vt in auth. de eccle. titu. §. ſin autem pro redemptione. ibi dum dicit, ſecundum voluntatem teſtatoris vniuerſa procedãt. & ita æquitas in ar. ſeruanda eſt circa filios. ſic certe ne circumueniatur volũtas, & naturale votum teſtatricis, apparet ex prædictis executores pro pauperibus eſſe vniuerſales ſubſtitutos, & filiabus deberi relictum, quod eis factum eſt; ita quòd voluntas teſtatricis ſeruetur ad vnguem, ne minuatur relictum ratione minoris dotis. ff. de leg. 1. l. quidam teſtamento. quia illa verba de bonis dotalibus demonſtrationis, non taxationis loco incerta ſunt: & ſic non minuunt ſubſtantiam legati, vt l. Lucius. ff. de ali. leg. Et ita dico, & conſulo ego Bal. de Peruſio vtriuſque iuris doctor, & ad fidem me ſubſcripſi.

CONSILIVM CCCLXXXII.

1 *Sententia, per quam pronunciatur, quem eſſe hæredem, an ſit diffinitiua, vel interlocutoria, & an ab ea poſſit appellari ſtante ſtatuto, quod ab interlocutoria non poſſit appellari.*

2 *Grauamen quomodo probetur, ita quod ab eo poſſit appellari.*

3 *Quando dicatur aliquid probatum.*

4 *Stante ſtatuto, quod iudex non poſſit committere receptionem teſtium, ſi commiſerit, eorum receptio nihil valet: etiam ſi de voluntate partium ſit commiſſum: qua ex non potuerunt renunciare dicto ſtatuto.*

Pro parte cuiuſdam nomine Nicolutiæ fuit producta quædã petitio cõtra Vgolinum, & Giordanum, tanq̃ contrà hr̃des cuiuſdam Pauli Vnguelli, & fuerunt citati d. Vg. & Giord. vt hęredes dicti Pauli, vt comparerent ad r̃ndendum de iure dictæ do. Nicolutiæ in ſupradicta petitione. Qui Vg. & Giord. in termino comparuerunt, & dixerunt, ꝙ adibant hr̃ditatem dicti Pau. cũ beneficio inuentarij, pp quod proteſtati fuerunt, ꝙ nolebant cõueniri, & ꝙ pendente termino dato à lege ad conficiendum inuentarium nulla fieret nouitas contra eos: tunc fuit obiectum pro parte dictæ dom. Nicolutiæ, ꝙ dicti Vgo. & Gior. nõ poterant eſſe hæredes dicti Pau. cum beneficio inuentarij: cum iam immiſcuerint ſe hæreditati, & bona hæreditaria dicti Pau. adminiſtrauerint, iam ſunt plures anni: ꝙ dicta domina obtulit re probaturam. cui aſſignatus fuit certus terminus ad hæc probandum: & in dicto termino pro parte dictæ dominæ producẽtæ fuerunt certæ poſitiones, & ſuper eo fuerunt teſtes examinati. vigore quarum probationum iudex pronunciauit dictos Gior. & Vgo. fuiſſe, & eſſe hæredes dicti Pau. abſque beneficio inuentarij. & dictos Vg. & Gior. condemnauit in expenſis, prout continetur in ſententia, quam lator præſentium ad vos portat. Modo quæritur, an dicta pronuncia, ſiue ſententia, ſit ſententia interlocutoria, vel diffinitiua. Et ſi eſt interlocutoria, an ſit talis, à qua potuerit appellari: cum ſtatutis ciuitatis cauetur, ꝙ à ſententia interlocutoria nõ poſſit appellari, cuius copia ad vos portatur: & ſi potuit appellari, nunquid appellationes in cã appellationis, ſiue nullitatis iuſtitiam foueant. & videtur, quòd foueant iuſtitiam: cum iudex commiſerit examinatio. teſtium cuidam ſer Vanni Notis: & per dictum ſer Vannem reperiuntur examinati: & ſtatutum communis Eugub. vult ꝙ iudex non poſſet alicui committere teſtium examinationem in cauſa, quæ aſcendat quantitatem 50. lib. dena. paruo. & ſi notarius ſcribit dicta teſtium examinatorum per alium, q̃ per iudicem, imponit pœnam falſi, quod ſtatutum ſimiliter lator præſentium ad vos portat, cum iſta commiſſio fuit facta de voluntate partium. Item videtur, ꝙ dicta ſententia non valeat: qa non fuerunt ſolutæ decimæ, prout ſtatutum requirit. & lator præſentium ad vos portat petitionem, examinationem, commiſſionem, & dicta teſtium, & ſententiam, & copiam oĩm ſtatutorum, de quib. ſuperius fuit habita mentio. vñ omnib. ꝑdictis viſis, q̃ritur, an dicta ſententia valuerit: & an ab ea poterit appellari: & an in cã appellationis appellationes iuſtitiam foueant: & an ſententia, & expenſarum condemnatio fuerit iuſta.

1 In Chriſti nomine. † Sententia, qua pronunciatur aliquẽ eſſe hr̃dem, q̃ñq; eſt diffinitiua. ſc. qñ pronunciatur principaliter pp ſe, vt in petitione hæreditatis apparet. qñq; eſt interlocutoria, qñq; ꝓnunciatur incidenter pp aliud, quia omnis ſentẽtia, quæ fertur ſuper emergẽti, vel incidenti, eſt interlocutoria. & omne præceptũ, quod facit ad cauſam, & non diffinit actionem principalem, vt no. in auth. de litig. §. ad excludendas. & ff. de mino. l. intra vtile. non obſt. ꝙ lex vocet interlocutoriam diffinitiuam articuli, ſuper quo fertur, vt not. C. de re. cred. l. & generaliter. & l. ſi quis iuſiurandum. quia ibi improprie loquitur; quia diffinitiua eſt illa, per quam iudex partib. ſuis fungitur in caſu principali, non illa, quæ ſuper vno articulo fertur, maxime in prępparatorijs iudiciorum. C. de iud. l. ita demum. Item ſnĩa per quam pronunciatur procedendũ eſſe, eſt interlocutoria, extra de app. ca. ex parte M. econtra ſententia, per quam pronunciatur non procedendum, eſt interlocutoria, vt no. ff. de iureiu. l. iuſiurandum. & l. ad pecunias. §. fi. ſed nunquid à tali interlocutoria, qua pronunciatur quem eſſe hæredem ſine beneficio inuentarij, p̃t appellari: & videtur, quòd non; quia ſtatutum dicẽtat, ꝙ à grauamine illato ante litem conteſt. non põt appellari, ſed iſta interlocutoria fuit lata ante li. conteſ. in cã prin. ergo non põt appellari. Ad hoc facit, qđ no. C. de dil. l. à procedente. C. quorum ap. non re. l. ante. Contrarium eſt verum, ſcilicet quòd poſſit appellari. & de iure communi certum eſt: quia ex tali interlocutoria auget̃ effectus petitionis: & ſic contingit ipſum negotium principale: quia efficit actionem ſolidi perſecutoriam, quæ erat mino-

minoris. ſc. vſq; ad vires hæreditarias. Itẽ in legatis excludit beneficium falcidiæ: merito ergo põt appellari, quia & ſi non totam cãm decidat, tñ quotam (vt ita dixerim) dirimit: ergo poteſt appellari. per no. in l. intra. ff. de min. & ff. qui ſat. cog. l. arbitro. Nec ob. ſtatutum communis Eugubij. nam iſtud ſtat. prohibet appellari ab interlocutoria, quæ per appellationem à diffinitiua poteſt reparari: prohibet. n. & nihilominus prouidet ſtatutum dicens, ꝙ grauamen illatum reuideri poſſet in appellatione, quæ fieri contigerit à diffinitiua. de illa ergo interlocutoria loquitur, quæ poteſt reparari: connexe. n. loquitur. & diſponit prohibendo, & prouidendo, ſed grauamen iſtud non poteſt reparari, ergo poteſt appellari. Ad intelligentiam ſciendum eſt, ꝙ beneficium inuentarij non ſolũ moderatur condemnationem, ſed ſuſpendit conuentionem. interdum enim dum eſt in fieri, retardat proceſſum: cum autẽ perfectum eſt, moderatur cõdemnationem. C. de iure deli. l. ſi. §. donec. & §. licentiam. in auth. de hæred. & fal. §. ſancimus. Si ergo ille, qui non debuit vexari, nec cogitur litem pati, cogatur procedere, iſtud tædium, & damnũ reparari non p̃t. ff. de cap. l. in bello. §. factę. C. de appel. l. ſi quis, puocauerit. Ex quo aperte cõcludo, ꝙ appellatio interpoſita tenet. ſed videam⁹ de iuſtitia eius, an ſit iuſtificata, vel iniuſtificata ex eiſdẽ actis, & ſine aliqua probatione, ſicut ſtatutum vult, & ẽt ius canonicum in c. appellanti. de ap. in clc. ex productione enim veterum actorum debet apparere de grauamine liquide, nam iudex neminem præſumitur grauare, vt C. de offi. ciui. iu. l. a. & quandoq; liquidę ſunt probationes: quandoq; per
2 extrinſecã probationem. † Nã ſi aliquis non eſt admiſſus ad ius commune, puta ad probandum, cũ debuerit admitti, & offerebat ſe probaturum incontinenti, vel offerebat teſtes, & nõ fuerunt recepti: hoc ipſo probabitur grauamen: quia iuris obſeruantia eſt ſibi denegata, extra de app. c. interpoſita. iuſtitia nempe iudiciorum conſiſtit in probatione. ff. de reſt. in integ. l. oẽs. & in examinatione veritatis, vt ibi patet, vñ ſi aliquod ſit mandatum contra ius commune, eo ipſo apparet de grauamine. vnde ſi adeunti cũ beneficio inuentarij ſit mandatum, ꝙ procedat in cã: eo ipſo apparet de grauamine, imo ſi eſſet error expreſſus, appareret de nullitate. ff. de excu. tu. l. quia in teſtamentis. ſin aũt dicat̃ retro adiiſſe, & tempus inuentarij lapſum eſſe, hoc debet probari: quia aditio hæreditatis non præſumitur. ff. de interro. ac. l. qa plerunq;. & no. ff. ſol. mat. l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. † Sequitur igitur videre, an ſit hoc ꝓbatum, nec ne. vbi eſt
3 ſciendum, ꝙ non dr̃ probatum, niſi ſit rite, & ſolenniter, & ciuili ordine, & mõ probatum, vt in cle. de teſtib. Et ad hoc requiritur, ꝙ recipiens teſtes ſit habilis ad recipiendum, vt not. C. de iur. fiſ. l. inſtar. lib. 10. C. de li. cã. l. iubemus. C. de fide inſtr. auth.
4 apud eloquentiſſimũ C. de eden. l. is, apud quem. † Vñ cum per ſtatutũ diſponatur, ꝙ iudex nõ poſſit committere examinationẽ teſtium, ſed per ſeipſum debeat examinãdo perſonaliter intereſſe, ſequitur, ꝙ teſtes non fuerunt rite recepti. Sed hic occurrit dubium: quia fuit facta commiſſio de partium voluntate, ergo ſtandum eſt teſtimonio, vt l. Theopompus. ff. de dona. præle. extra de teſti. c. ruas. alias, tuis. Ad hoc reſpondẽõ, ꝙ hic fingit lex, ꝙ notarius ſcribat falſum: & ſic fingit deficere veritatem: vnde conſenſus partium nil operari videtur. l. r. de his, quæ pro non ſcrib. hab. Item iſtud ſtatutum factum eſt, ne falſitates committantur: & ſic pro publica vtilitate. vnde non poteſt renunciari dict. auth. apud eloquentiſſimum, in auth. vt ſine prohibitione matris. in fin. in glo. mag. Item iſtud ſtatutum dat certam formam, & prohiberaliam: & iuri prohibitiuo, & vltra annullando, vel puniendo renunciari non poteſt, vt C. ne fide. dodentur. l. r. & 2. cum ſi. facit, quod no. in cle. ſæpe. de ver. ſigni. & C. de iuramento calum. l. 2, §. ſed quia veremur. Non ob. c. tuis. alias, tuas. & quod not. in l. vnica. ff. de ferijs. quia iuramentum, quod remittitur, fingitur preſtitum. vnde ibi fingitur iuramentum: & ſic non deficit ſolennitas, nec veritas iuris fictione, vt ff. de iureiu. l. remittitur. non ob. l. ſi Theopompus. quia ibi non eſt merus teſtis: ſed etiam arbitrator, ſeu moderator dotis, quia ibi conſonat præſumptione iuris teſtis, & dictum eius cum veritate, ſed hic fictione ſtatuti eſt contra veritatem, & ſic non ob. & hoc in quantum appareat exactis, quòd cauſa iſtius articuli aſcendit quantitatem 50. librarum. alias valeret commiſſio. vt l. ſcire oportet. ff. de excu. tu. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Peruſ. V. I. D. & ad fidem me ſubſcripſi.

CONSILIVM CCCLXXXIII.

1 *Plenum quot modis dicatur.*

2 *Plenum arbitrium, quod dicatur.*

3 *Liberum dicetur rebus modis.*

4 *Generale dicitur dupliciter.*

5 *Plenum, liberum, & generale mandatũ, ſeu arbitrium habens quid poſſit.*

6 *Arbitrium plenum, liberum, & generale habentes ſuper guerra, & ſuper dependentib. ab ea an poſſit donare recuperantibus caſtra, immobilia, ſeu ſſc. alia.*

7 *Proprius motus non præſumitur in Principe.*

8 *Si prima conceſſio facta Titio de aliqua ſtando non valet, & poſtea ſit aliqua conceſſio ſolida Caio de certo territorio, ſub quo eſt dictus fundus cum hac exceptione, quòd intelligatur conceſſum id, quod alteri eſt conceſſum, an dictus fundus ſentiet.*

9 *Aduentus ad locum quid dicatur.*

Quando ſuper facto certo, puta ſuper guerra dat̃ aliquibus plenum, liberum, & gñale mandatũ, & ſimiliter datur ſuper dependentibus ab eodem quid, pñt hi, quibus arbitrium eſt conceſſum. Conſiderandũ eſt ex ipſorum verborũ ſignificatione, & interpretatione. Et primo conſide-
1 randũ eſt verbum, plenum. † Nã plenum dicitur. i. validum, vt id, qđ hac authoritate fit, valeat. ff. de ar. l. ſi de meis. 1. reſponſo. Item plenum dicitur. i. omnia neceſſaria, & vtilia comprehendens. ff. de arb. l. ſi cum dies. §. plenum. Item dicitur plenum, cui nihil addi p̃t. 16. q. 1. bñ quidem. & no. per Hoſt. in c. per venerabilem. qui ſi. ſint leg. ſic, & plenarium videtur, q̃ adiectione non indiget, vt no. Arch. in c. licet. de præb. lib. 6. Quandoq; autem dicitur plenum, quod eſt adeo liberum, ꝙ poteſt præferre iniquum, æquo. ff. de leg. 3. l. ſi fideicom. §. quanquam. † vbi conſide-
2 randum eſt, ꝙ aut plenum arbitrium datur alicui cum tranſlatione pleni dominij in eo facta: & tunc intelligitur plenum arbitrium à mera voluntate, ſic volo, ſic iubeo: eſt prõ ratione voluntas. & quod libet licet ei, qui habet plenum dominium: vnde in mari proijcere poteſt res ſuas. ff. de condi. & dem. l. Mæuius. C. manda. l. in rem manda. & ita eſt in d. §. quanquam. nam cum hæredi. i. domino datur plenum arbitrium intelligitur dominium mera voluntate: ſecus ſi concederetur alicui plenum arbitrium, vt in miniſtro, vel officiali: qa tunc æquo, non mero arbitrio intelligitur committi. ff. de fideic. lib. l. Lucius Titius teſtamẽto, nam qui aliquid alicui committit, eius fidem, & induſtriam eligit. vñ non debet decipi, qui de commiſſario bñ præſumpſit. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. item via, &c. & ff. de opc. libe. l. item ſi li-
3 bertus. † Ita liberum autem dr̃ tripliciter, nam quando q; dr̃ liberum, qñ quis poteſt præferre iniquum æquo, vt d. §. quanq̃. quandoq; qñ aliquid nullo cogente arbitrio, ſed ſola voluntate fit, vt C. de tranſa. l. ſi quis maio. vbi eſt conſiderandum, ꝙ aut quis hẽc poteſtatẽ in actu iure ſuo: & tunc accipitur pro libertate arbitrij. C. de act. & ob. l. ſicut. ff. commo. l. in commodato. §. ſicut. aut habet poteſtatem in actu iure alieno. i. vigore mandati, vel commiſſionis: & tunc intelligitur de æquitate arbitrij. vnde licet procuratori libera adminiſtratio concedatur, tamen culpæ, & negligentiæ debet reddere rationem. C. mandati. l. à proc. nec ẽt valet, quod facit diſſipando, vel dilapidando, vel in propriam vtilitatem ſui, & non dñi procurando. qa id non conſtat ex bona fide. ff. manda. l. creditor. §. Lucius. Porrò ſi parum bona fide tranſgrederetur, non vituperaretur. ff. de cond. & demon. l. quamuis. ff. de manu. teſt. l. qui filium. quod enim induſtriæ ſuperiori deficit, fides ſupplet, quæ ſaluum facit, vt no. ff. de iureiu. l. eum, qui. §. in popularib. in glo. parua. Tertio modo dicitur liberum, in quo admittitur variatio, & inconſtantia; & quod poteſt ſæpius fieri, & caſſari, vt ff. de procura. l. ante litem.
4 † Generale autem dr̃ dupliciter. vno modo. i. indiffinitum, & ſine vlla coarctatione, vt ſi per ſtatutũ priores ciuitatis haberent gñalem bailiam in omnibus agendis ciuitatis, vt ff. de proc. l. an generaliter. Secundo modo dr̃ generale non ſimpliciter: ſed
5 cum quadam limitatione: † vt ſi concedatur alicui generale arbitriũ ſuper adminiſtratione, & gubernatione nauis, vel ſuper adminiſtratione frumenti: & iſto caſu conſiderandum eſt, quid poſſit commiſſarius, cui hoc mandatum datur. certe ſi vult trahere mandatum ſuum ad aliam ſpeciem, non poteſt. ff. de inſt. l. cuicunq;. §. non tamen omne. Sed ad indiuidua ſpeciei cõmiſſæ bñ porrigitur mandatum. vnde ſi adminiſtratio commiſſa non poteſt bene adminiſtrari, niſi acquiratur pecunia mutuo, certe poteſt acquirere pecuniam ẽt ſub vſuris cã explicandi mandati,

vt d.l.culcunq;.§.sed si pecuniam. hoc.n.venit ex quadã necessaria,vel vtili,& expedienti cõscientia: est considerandum,q in his,q̃ non possunt expresse mandari,sed veniunt tacite per cõsequentiam,& tanq̃ membra,& appendices rei mandatæ,quatuor sunt cõsideranda,sine quib.eorum, q̃ incidunt rei mandatæ,nõ constat effectus. Primo namq; requiritur,q̃ actus tendat in eam cãm,in qua est p̃missa ptãs,vt d.§.non oẽ. Et põt esse per cãm propinq̃: & per cãm remotam,seu mediatam, v.g. si datur arbitrium super guerra cõducere stipendiarios, est de substantia guerræ imponere collectas. Sine pecunia enim res militares expediri non p̃nt,vt in auth.vt iu.sine quoquo suffra.§. oportet vos quoq; acquirere pecuniã mutuo pro soluendo stipẽdiarijs, si pecunia in arce cõis non sufficit.ff.quod cuiusque vniuer.nomine.l.1.§.quib. Et generaliter quicquid ordinatur ad rẽ mandatam,siue ordinetur ad id per se,& principaliter, in quo ordine vocatur cã: siue per accidens, quod vocatur occasio, includitur in mandato.ff.de iurisd.om.iu.l.cui iurisdictio. & ff.de procu.l.ad rem mobilem.&l.ad legatum.Ea vero non veniunt,quę non habent ordinem ad id, qđ communiter non includuntur: quia prorsus extranea sunt, nempe natura mandati est appendices secũ trahere: extranea vero non,vt no.ff. de procur.l.qui proprio.§.item quæritur.sic in societate causa quęritur,sed occasio nimis extranea non curatur.ff.pro socio.l.socium.§.fin.& ff.manda.l.inter causas.§. non omnia. Secundò requiritur euidens vtilitas,vel necessitas.Frustra enim niti,&voluptatis causa impendere ad mandatũ non pertinet. ff. de exerci. l.fin.§.quod certe. Tertiò requiritur, q̃ in re permissa nõ excedatur summa, vel quantitas: commensurata.n. debet esse: & non immoderata.e.l.§.quare.quid si excedit in parte,non in toto.Respondeo: qđ est vltra modum, reducitur ad modum. ff. de vsur. l. placuit. facilius tamen fit in pecunia,quam in agris,quibus est difficilior computatio,& obscura portio.ff.de adim.leg.l. fin. Quartò requiritur loci,& temporis congruitas.e.l.§.interdum.† His p̃missis quæritur,nunquid habẽtes arbitrium plenum, liberum, & generale super guerra, quæ est inter duas ciuitates, possint donare recuperatibus castrum immobilia,seu fiscalia.Et si quidem de inimica ciuitate caperetur castrum, & daretur, posset dari præmium facilius quasi permutationis non gratuitæ loco, ar.C.de nauicular.l.nauarcorum.lib.11.& l.1.§.1.ff. de iust. & iu. per Gul.de Cun. Sed cum in finibus defensionis insistitur, insidiæ repelluntur maxime per ciues proprios, qui iure naturali tenentur defendere patriam,vt l.veluti.ff. de iust.& iu. & ob id pacisci de præmio esset forte turpe. Nam qđ virtute fieri debet, si pecunia fit,turpiter fit,vt l.fi. de cond.ob tur.cãm. & l.idẽ est. §.si tibi iudicium.in gl.ord. non videtur, q̃ arbitrium extendatur ad istud,quod quasi honestum non est. ff. de ver.sig.l.nepos Proculo. Præterea qñ est tradita certa forma in alienatione occasione remunerationis, talis alienatio fieri non potest. C. de sacrosanct.eccl.l.iubemus. Sed in alienatione immobilium est data certa forma,vt C.de vendi.re.ciui. l. fi. ergo, &c. Prætereaista non consueuerunt concedi per cõe Perusij: ergo nõ includuntur in mandato.ff.de pig.l.obligatione generali.C. quæ res pig. obl.pos.l.alumnos.probatur etiam,qñ Princeps concessit,non valet concessio,vt C.de peti.bo.subla.l.1.lib.10.C. de ope. pub. l.si alum.nisi esset ibi illa clausula, non obstante. d. l.1.† Vel nisi Princeps concedit proprio motu; quod nõ præsumitur in his, quæ ratione ambitionis prohibentur,vt in ca.si motu proprio. de præb.lib.6.Si ergo non valet factum à Principe: ergo nec ab inferiore.† Sed ponamus,q̃ non valet concessio facta de maiori territorio, in quo situatus est ille fundus cum hac exceptione, q̃ non inducatur,quod alij est cõcessum,& possessum: nunquid istud,quod est alteri inutiliter datum, videatur exceptuatum? Respondeo:affectus disponentis potius attenditur,quam effectus dispositionis.ff.de pec.lega.l.cum dominus.§. fin. ff.de adim. leg. l.legatum sub conditione. communia prædio. l. si in venditione. de lega.1.l.quod in rerum. §. si quis post. Sin autem erceptuatur, quod est certo tempore ab alio possessum: vel illo tempore non possidebatur, nec ei debebatur. tunc non includitur: alias secus,vt d.l.in venditione.ver. à quo non abhorret.vnde vbi deficit ius,& possessio specialis, totum includitur sub concessione generali.ff. de leg.1. l. Titiæ textores. Et ita dico,& consulo ego Bald. de Perusio Vtriusq; Iuris Doctor,& ad fidẽ me subscripsi. † Aduentus dicitur, cũ quis per se, vel suum procu.aliàs nuncium peruenit ad locum, vt in cã.1.de elect. lib. 6.in verbo,post aduentum: dum tamen si hoc vocabulum referatur ad dominum iurisdictionis, habeat ibi exercitium iurisd. liberum,vt ff.de offi.proconsl.l.si aliquam. & l.meminisse. & l.1. de offi. præfect. Augusta. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio Vtriusq; Iuris Doctor,& ad fidem me subscripsi.

CONSILIVM CCCLXXXIIII.

1 *Testes ad æternam res memoriam quando, & quomodo recipi possint.*
2 *Testes recepti coram arbitro an faciant fidem in alio iudicio.*
3 *Lite pendente coram arbitro index non debet adiri.*
4 *Litis contestatio an sit necessaria, si pars se opponat, vbi testes ad perpetuam rei memoriam recipi petuntur.*
5 *Arbiter an possit iterũ examinare, & ruminare testes, an dixerint vtrum coram iudice, sicut æquè posset iudex.*
6 *Testes iudex an sint repetendi.*
7 *Testi vacillanti in prima testificatione non creditur.*

Punctus qõnis, super quo iure consilium postulatur, talis est. Quidam Franc. Vannis dum esset in vltimis constitutus, coram septem testib. dixit hæc verba. s. ego volo, q̃ si Lucia filia mea dẽceserit sine liberis, q̃ medietas meorum bonorum omnium sit do. Florentiæ mĩs suæ. deinde decessit dictus Franc. deinde dicta filia Lucia eius filia post eum in pupillari ætate per nouẽ dies post mortẽ ipsius sui pris, superstite do. Iacoba matre quondã dictæ Luciæ, & dicta Florentia mẽe quondam dicti Franc. & quæ do. Iacoba adiuit hæreditatem dicti Francisci quondam sui mariti mediante persona dictæ Luciæ suæ filiæ. Modo cum quæstio verteretur inter dictas Florentiam & Iacobam: cum dicta Iacoba allegaret, & negaret prædictum relictum nunquã fuisse factum dictæ do. Florentiæ per dictum ser Franciscũ suum filium: breuiter tandẽ de dicta q.vna nimiter compromiserũt in d.P. qui arbiter dedit terminũ dictis partibus ad producendum, petendum, & probandũ de ipsarum partium iure coram ipso arbitro: tñ ipsa Florentia existens in possessione pro medietate dictorum bonorum occasione dicti relicti timens pp magnam mortalitatem tunc existentem in ciuitate, q̃ testes, qui interfuerant dicto relicto, non decederent, fecit citari dictam Iacobam coram iudice ordinario ad videndum dictorum testium iura, & examinatio. † Et ẽ examinati fuerunt ad perpetuam rei memoriam comparente curatore dictæ do. Iacobæ, & contra dicente, quæ erat, & nunc est in potestate patris, & probauerunt dicti testes ad bancum dictum legatum fuisse factũ dictæ do. Florentiæ in forma ante dicta. Modo opponitur, q̃ dicti testes non valent pro parte dictæ dñæ Iacobæ, eo q̃ fuerunt examinati lite non contestata, parte comparente, & contradicente. Ad hoc dicitur, q̃ non debuit ordo iudiciarius obseruari, postq̃ comparuit, & contradicit, vt c. per venera.§.præterea.extra qui filij sint legitimi.rñdetur ex aduerso pro parte dictæ Florentię, q̃ hoc non ob. postquam dicta domina Iacoba comparuit per proc. ipsa existente in potestate patris curator esse nõ poterat: & meritò, quia curator, neq; tutor nõ datur nisi personis liberis. & meritò dẽ dictam comparitionem non valuisse. Rñdetur pro parte dictæ domi. Florentiæ, q̃ prædicta nõ obstant: & q̃ quamuis lis non esset cont. testes potuerunt examinari, postquam erat in possessione bonorum: qa non est in potestate rei inchoare iudicium, vt l. pure. in fin. ff. de doli excep. vbi casus est ad literam in cap. signif. & c. Alberi. extra de testib. & ibi expresse tenet hoc Inn. in testibus, qui producuntur ex parte possessoris, qui timet controuersiã sibi posse inferri. Respondetur pro parte dictæ Iacobæ, q̃ prædicta de iure non obst. quia dicta do. Florentia poterat facere probationes suas coram dicto domino arbitro: & cessante cã cessat effectus, vt l. adigere. §. quamuis. ff. de iure pat. & l. generaliter. C. de epis. & cler. Et cessante causa legis cessat ipsa lex. Respondetur pro parte dictæ dom. Florentiæ, q̃ hoc non obst. quia quamuis esset causa compromissa, poterat ire ad iudicem, vt l. litigatorem. l. si quis rem. ff. de arbitris. nam fuisset dictæ dominæ Florentię periculosum, si fecisset fieri examinationem coram dicto arbitro.

2 † Nam nõ fecisset fidem in alio iudicio, vt not. & multum clare Innoc. in d.c. Albericus. reddendo rationem diuersitatis inter arbitrum, & iudicem. nam dicit, q̃ testis, qui examinatur coram arbitro, præsumitur audacior in dicendo falsum, q̃ coram iudice: qa non habet potestatem eos puniendi, sed iudex sic. Præterea casus est, in l. vlt. C. de testa. q̃ si ijdem testes venirent, esset in potestate aduersarij d. Flor. quia potuissent effici infames, & inimici, propter quæ potuerit destrui, aliàs deficit probatio dictæ Florentiæ: & cum nõ sit in totum sublatum, in dubio causa præsumitur impulsiua, remanet ipsa lex: vt not. Cy. in d.l. generaliter. & Dy. in c. decet concessum. extra de re iud. lib. 6. Modo tres ex istis septem testib. videntur velle dicere contrarium eius, quod reperitur scriptum, & probatum per eos ad instantiam partis: quia est quædam fama, quod hoc dicunt. Sed contrarium occasione lucri habiti ex parte aduersa: & hoc bene probatur per famã. Modo quæritur, nunquid dicta testium valent de iure, non obstantibus p̃dictis obiectis contra dictum examinatorẽ? Quæritur etiam, nunquid credatur notario, an dictis testibus qui dicunt cõtrarium dixisse: & an propter hoc, quamuis dicerent contrarium, vitiaretur ius dictæ Florentiæ? De iure quęritur etiam, nunquid comparitio dictæ dominæ Iacobæ, quæ erat in potestate patris, valeat: quia curator nõ datur, nisi personis liberis. † Lite pendente coram arbitris nõ debet iudex adiri, non tamen est ita præpedita via, q̃ actus ipso iure sit nullus: immo valet petitio coram iudice ob.ta.ff. de arb. l. si quis rem. §. litigatores. & l. item si vnus. §. si multum post.

4 † Sed nunquid sit necessaria litis cont. parte se opponente? Videtur, q̃ sic: vt in c. per venera. qui filij sunt legi. in gl. Contrarium vr: quia vbi petitur examinatio testium ad æternã rei memoriam, petitur, & imploratur iudicis inquisitio, videlicet, q̃ iudex inquirat veritatẽ a testib. antequã intereat actio: & concluditur iudici non parti: & ideo lit. non cont. ꝓceditur, vt in c. quoniam frequenter. extra vt lit. non conteſt. ad hoc in Auth.

5 de testi. §. pe. & hæc est veritas. † Sed nunqd arbiter possit examinare, & ruminare, an dixerint verũ coram iudice: & iterum examinando eos, sicut econtra potest iudex examinare testes, qui corã arbitro deposuerunt ad instantiam partis: vt C. de test. l. fi. Videtur, q̃ non: qa veriſimilius est, q̃ coram iudice, qui habet imperium puniendi, dixerint veritatẽ: qa qui magis timetur, magis elicit veritatem à teste. Respondeo, iste casus non inuenitur decisus. † Et dicunt quidã, q̃ testes iudicij non sunt repetendi: qa non possunt variare: sed testes arbitri sic. sed Cy. C. de eden. in l. is, apud quẽ. dicit, q̃ nouus iudex de nouo examinat: vt C. de temp. appella. l. per hanc. illa nõ facit: qa loquitur

7 in diuersis testibus. † Quicquid sit, vacillanti, vel varianti testi in prima testificatione non creditur: vt C. de fal. l. qui falsa, vel varia. sic si sæpius testificantur, creditur dicto priori, vel saltem non creditur posteriori: qa constat ante periurium, argumen.

8 extra de testi. c. testimonium. † Sed nunqd creditur notario, an testi: dico, q̃ notarius hic fungitur vice notarij, & testis, ꝓpter secretam examinationẽ. & ideo notario magis creditur, ad hoc in l.1. in fi. ff. quemadmo. tes. ape. per Iaco. de Are. & in l. si quis decurio. per Cy. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXXXV.

1 *Si alicui puellæ legatur in subsidium maritandi, & dicta puella antequam legatum petat, nubat: nunquid debet habere dictum legatum.*

1 Considerato, † quod testator videtur legasse in subsidium & c. vide in 5. parte consilium 493. inci. considerato &c.

CONSILIVM CCCLXXXVI.

1 *Quæ substituto sit tacita, instituo filium: & si filij legitimi, & naturales ex eo nascerẽtur, & si quis eorum in pupillari ætate decederet, substituo superuiuentes.*
2 *Auus, qui non instituit nepotem, an possit ipsi nepoti substituere per fideicommissum.*

Ad euidentiam puncti infrascripti sic p̃mittitur. Quidã Petrus Putij Grisfoli de Castro Papiani comitatus Perusij condidit testamentum, in quo inter cætera sic disposuit. In omnib. autem alijs suis bonis mobilib. & immobilib. iurib. & actionib. vbicunq; sint, & inueniri poterint M. filium eius legitimum, & naturalem sibi hæredem vniuersalem instituit, atq; fecit: & si dictus filius M. moreretur sine filijs legitimis, & naturalib. substituit eidem suos proximiores consanguineos vnum, vel plures tunc superuiuentes ex linea patris masculos tantum: & si ex dicto M. filio suo nascerẽtur filij legitimi naturales, & exillis quis eorum decederet in pupillari ætate, substituit ei superuiuentes: & si dicti filij nascituri ex dicto M. morerentur in pupillari ætate, substituit eisdem pupillis dictos cõsanguineos ꝓximiores ex linea paterna tantum tunc viuentes, & non alios &c. qui quidem testator non ignarus patrimonij sui, siue facultatum suarum ius sit, & expreisè vetuit vllam Trebellianicã, neq; fal. quouis modo detrahi posse, nec debere, & hanc suam vltimã voluntatem &c. Deinde decessit dictus Petrus testator iam sunt 10. anni, & vltra superstite sibi dicto eius filio, & hærede, post mortem dicti Petri M. accepit in vxorẽ dictam Vicinam Venatucij, ex qua habuit Antonium per annũ ante mortẽ suam: deinde decessit dictus M. iam sunt duo anni, vel circa, & superstite sibi dicto Anto. eius filio ætatis 18. mensium, vel circa, & superstite dicta Vicina eius vxore, & matre dicti Antonij: & post modicũ tempus duorum annorũ decessit dictus A. ætatis forte trium annorum, vel circa superstite dicta Vicina eius matre, & Martino, & Griffolio eius nepotib. carnalibus, dicti Petri testoris natis ex Banniculo Tutij fratre dicti Petri testatoris, & ꝓximiorib. consanguineis masculis ipsius testatoris, & dicti M. & dicti Antonij ex linea paterna. Modo q̃ritur viso testõ, an hęreditas dictorum M. Ranchonij veniat ad dictos Martinũ, & Griffolium, vel ad alium in totũ, vel in partẽ: & si domina Vicina mater dicti Antonij succedit in dicta hæreditate in aliquo, & in quãto? In prius est videndũ, quæ substõ sit ista, quæ fuit facta filijs filiorum,

1 secundo an potuerit fieri. † Circa primũ dico, q̃ substõ ista non potest censeri pupillaris: qa nepotes recideret in potestate patris: vnde non potuit eis pupillariter substitui per auum, vt ff. de vulg. sub. l. 2. §. posthumus. Sequitur igitur de necessitate, q̃

2 talis substõ sit fideicõmissaria post aditã hæreditatem. † Videamus ergo, vtrum auus, qui instituit filium, & nõ nepotẽ, posset nepoti substituere per fideicõmissum. & certè lex vr sic determinare istam quæstionẽ, q̃ aut testõr grauat sub nomine hæredis: & tunc potest. aut sub nomine proprio, aut quod vice nominis proprij fungitur in casu nostro, & tunc non valet, vt ff. de leg. 3. l. si fuerit. & l. si sic. vbi vr expressum: nam cum auus, nisi relinquat nepotib. non poterat eos grauare onere fideicõmissi. C. de fideic. l. ab eo. Bart. in d. l. si sic. non firmat pedẽ. qa vidit, q̃ passus erat dubitabilis, & dicit primo, q̃ forte non valet, nisi forte dicamus, q̃ grauando nepotes per fideic. ex hoc inducatur tacitè, q̃ pater sit rogatus de restituendo eis, vt l. deniq;. §. interdũ. ff. de pec. leg. ar. de vsufr. l. Procul. de alimen. l. alio. hoc dicit ipse. Ego dico sub dubio: sed non vr bene dictũ, q̃ si pater substituit filio, si decesserit sine liberis, q̃ videatur ꝓpterea liberos substituere filio: cum tacitum grauamen non subintelligatur in persona filij. ff. de hær. inst. l. Lucius. & ibi no. item nec qui grauatur, ꝓpterea intelligitur tacitè substituere. ff. de hær. inst. l. ex facto agitatur. & d. l. sed si sic. & d. l. ab eo. & hoc tenet expresse Ia. de Aret. in d. l. Luc. §. cum qs & ad Tre. l. ex facto. §. fi & q̃ no. per Cy. in l.1. C. de cond. inser. Sed pro alia parte facit. l. Titia Seio. §. Seia. & q̃ ibi no. per Dy. de leg. 1. l. si seruus. §. qui margaritam. in fin. §. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio Vtriusq; Iuris D. ad fidem me subscripsi.

CONSILIVM CCCLXXXVII.

1 *Infra quantum tempus debet conqueri ille, qui dicit se grauatum in mensura, æstimatione, vel æstimo: & quid debeat probare.*

1 Illè, qui † grauatur in mensura, vel æstimatione perpẽram facta, potest de hoc inf. annum cõqueri. & probata iniusta æstimatione, vel mensura id, quod est vltra. vel citra modum, vt C. de censi. & peræquato. l. qui grauatos. li. 11. post annum vero conqueri non potest, exceptis minorib. & absentib. vt ibi dẽ. Non sufficit autẽ querelanti, ꝓbare veterẽ æstimationẽ: qa precia rerum mutantur in tempore. ff. de fal. l. precia rerum. C. de iure dot. l. si inter. & sic pro varietate temporum dẽ mutari æstimũ cõmunis: & quilibet debet subire onera secundũ vires patrimonij. C. de col. fundo. l. hominis. li. 11. ff. de anno, & tribu. l. indictiones lib. 10. & c. & ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio V. I. D.

CONSILIVM CCCLXXXVIII.

1 *Fratribus pluribus remanentibus in cõmunione, vno recipiente dotem non debet de communi restitui, nisi quatenus probetur versa in rebus communibus.*

1 Licèt filij † alicuius remanserint in cõmunione cum patruo eorum, vel fratres remaneant in communione inter se: tamen si vnus recipit dotem, non debet refici de cõmuni, nisi quatenus probabitur versa in rebus communibus, vt no. Spe. de iu. 4. parte. §. sequitur. ver. quid in communione. cum ergo proponatur, partẽ dotis expensam in pannis, & ornamentis vxoris, & non in cõmuni: proculdubio de

communi, talis impensa non debet fieri, nec refici: sed ipsi panni, & ornamenta, qualia sunt, remanent viro. ff. sol. mat. l. in his. ff. de don. inter vi. & vx. l. sed si vir lamiam. de alijs vero expensis conuiuiorũ, & similib. consumptis cõsideranda est inter fratres affectio: nec enim qui patitur cõmune frumentũ, & vinum expendi pro honore cõmuni, potest partẽ suam repetere: qa non habuit animũ aliquẽ obligandi. ff. de nego. gest. l. Nesennius. ff. man. l. creditor. §. 1. ff. de admi. tut. l. cum plures. §. in primis. Sed si istæ expensæ factæ sunt de pecunia dotis, nulla est actio marito ad percipiendum de cõmuni: qa ad tales expensas pro fratre, vel nepos pro patruo, vel econtra cogi non potest. ff. de mun. & hono. l. qui originem. §. fi. & ibi no. sic distinguit alibi lex, ꝙ refert, ex quo patrimonio expendatur. ff. de peti. hære. l. sed si lege. §. adeo. sicut igitur dos maritũ sequitur: vt ff. fam. erci. l. si maritus. ita dotis sump. & onera sibi imputantur, vt ff. de duob. re. l. si id, ꝙ ego. nam talis impensa propriam, & simplicẽ causam concernit. id autẽ considerari debet, ꝙ in cõmuni proficit, nos autem quid vni ex ipsis. ff. pro socio. l. actione. §. Labeo. in fin. & facit. ff. fam. erc. l. si filia. §. nec solum. vbi dos data filio non percipitur, nisi quatenus in rem patris, vel cõmunem est versa. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCLXXXIX.

1 *Verbum & c. quid operetur in instrumentis.*
2 *Generalis clausula non se refert ad ea, quæ sunt specialiter declarata.*
3 *Confessio nocet habentibus causam à confitente.*
4 *Scriptura non subscripta à notario an probet, si non publicauit.*

Quæ instrumenta sint ista, Vnũ est instrumentum confessionis aliud in strumentum promissionis: tamen quia in continenti, & simul facta sunt, & clausula generalis omnia respicit, quæro vtrum, vt vnum instrũm debent ambo dicta instrumẽta simul edi: & simul æstimari authoritate iudicis: quia clausula &c. vtrunq; iungit instrũm, vel pot dici, ꝙ se paratim edi possint, sicut confessio precij, & ꝓmissio facta non obstante confessione duo instra sunt, & se eorsum eduntur. ff. de eden. l. prætor. in glo. Et illa clausula, quæ omnia, respicit secundũ instrũm: qa primũ erat absolutum: ꝙ patet per illam clausulam, remittentes &c. † Nam sub isto &c. omnia, quæ sunt de consuetudine, vel natura includuntur, vt dicunt doct. in l. si duo patroni, & in l. Gallus. §. 1. prima pars verior. Sed quicquid sit, videamus, an standum sit confessioni in reb. speci. an vero sit recessum à confessione tam in reb. speci. quã in non specificatis. Et videtur, ꝙ considerato versiculo, in omnẽ hæreditatẽ, quã habere posset in quibuscunq; bonis &c. Et cõsideratis illis verbis, videlicet res, & bona, quæ, & quas perceperit de bonis, & hereditate &c. ꝙ dictũ verbum, perceperit, non referat se ad res consideratas: † quia generalis clausula non refertur ad ea, quæ sunt specialiter declarata. ff. de ver. obl. l. stipulationes cõmodissimũ, & ita cõponere. nam absurdum esset referre clausulã non obstante ad superiorẽ particulam purã, & liberã, vt extra de dona. c. cum dilectus. & istud est verissimũ: quia res specificatæ erant confessatæ non tanquã hæreditariæ patris mulieris, sed simpliciter ad illa verba, de bonis, & hæred. nõ refert se nisi ad illud, ꝙ sub nomine bonorum, & hæreditatis patris est confessatum. & ideo in reb. alijs remanet confessio magis firma: non autẽ infirma; quia derogatio iri quibusdã videtur cætera confirmare, vt ff. de mili. testa. l. tribu. §. vlti. incipit autẽ ista dos à traditione,, & ideo mulier iurauit, alias ad quid iurasset, si nihil tradidisset cum nihil promiserit, propterea istã partẽ teneo, tanquã iuri, & veritati consonam. Et ita teneo ego Bald. de Peru. V. I. D. & ad fidem me subscripsi &c. Insuper quæritur, an per istud instrumentũ probatũ contra tertium ꝓbetur, ꝙ res istæ specificatæ fuerunt dotales. † Et dicendum est, ꝙ sic; si iste tertius habet causam à marito, qa confessio authoris nocet successori, sicut contractus, & sententia. ff. de pig. l. si superatus. cum si. † Insuper quæritur, quia notarius morte præuentus non subscripsit, aut publicauit, an dicta scriptura ꝓbat? Respondeo, ꝙ non; nisi facta comparatione literarum secundum formam iuris, & habita etiam fide à testibus instrũ, vel ab alijs de rogatu notarij sic authoritate iudicis ordinarij in publicã formã redacta citatis citãdis, vt extra de fide instr. c. cum P. tabellio. & C. de testam. l. publicati. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXC.

1 *Iudex appellationis an super desertione pronunciare debeat, prinsquã iudex à quo sententiam principalem executioni mandare possit.*

Punctus, super quo petitur consilium talis est, † videlicet, lata fuit diffinitiua sententia contra Petrum ad petitionẽ d. Ioannæ, à qua fuit appellatum tam per ipsum Pet. quã per D. Decham pro suo interesse: & probatum de interesse dictæ D. Dechæ matris dictæ D. Ioan. & processum est super istis appellationib. vsq; ad diffinitiuã: & facta est commissio iudicis consultori, quę sententia sit ferenda super appellatione D. Dechæ: super alia appellatione sunt decursa tempora, videlicet 40. dies, intra quos debet causa appellationis terminari, vel prima sententia firma remaneat secundũ formã statuti. Et nulla facta ꝓnunciatione per iudicẽ ad quẽ super appellatione interposita per dictũ Petrum, iudex ex quo fecit executionẽ primæ sententiæ, & capi fecit dictum Pet. & eius fideiussores. Quæritur, nunquid potuerit de iure dictã executionẽ facere &c. qd iuris. Eatenus appellatio impedit executionẽ quatenus pendet, & cõtra illam duntaxat personã: vt not. ff. mand. l. creditor. in prin. Et ab eadẽ sententia vtraq; pars potest appellare: vt extra de testa. c. Raynutius. & c. Raynaldus. & si vna pars renunciat suæ appellationi, vel deserat eam, potest referri executio contra talem renunciantẽ, vel deserentẽ: nec iuuat eum appellatio, quæ extincta reperitur. C. de appell. l. eos. in princ. in gl. mag. hoc est verum, si desertio est liquida: sed si est incertum, an sit deserta: tunc donec sit pronunciatum super desertione, non debet executio fieri. Et est quandoq; necessaria ꝓnunciatio super desertione, quandoq; non. C. quo, & quando iudex. l. si præses. & ꝙ no. in c. vlt. de appel. in clem. in proposito autem videtur necessaria ꝓnunciatio, antequã posset fieri executio: qa statutum loquitur de tẽpore vtili, vnde lapsus fatalium non potest apparere ex dinumeratione naturalium dierum: sed exteriorẽ causæ cognitionẽ exigit, an interuenerit impedimentum, vel nõ, vt l. 1. ff. de diuer. & temp. præscr. Et ideo anteq̃ hoc declaretur per iudicẽ ad quẽ, non credo, ꝙ iudex à quo possit executionẽ facere: qa non constat ei ad se reuolutã iurisdictionem principalem. & ideo dictam captũ dico non tenere tanquam temerariam, & indiscussam. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCI.

1 *Donatio facta per patrem filiæ, & hæredib. suis, si ipsa filia decedat sine patre, & relictis filijs, an transeat ad huiusmodi filios.*
2 *Filius rogatus restituere post mortem intelligitur, si alijs filijs decesserit.*
3 *Si vxor instituatur, & grauetur restituere, an intelligatur si decesserit sine liberis communibus ipsius, & testatoris.*
4 *Testamento nullo præteritione nepotis an aliquid operetur clausula codicillaris.*

Factum tale est, Quidam nomine Cola Putij de Spello donauit Salmitio de Spello, Pinæ inter viuos pp merita, & seruitia ab vxore dicti Salmicij, & filiæ ipsius Colæ eidem donanti impensa nomine, & vice vxoris suæ certas res, & possessiones suas: & promisit dictam donationẽ non reuocare aliqua de causa: vt de hoc plenè constat per instrtum publicum confectũ super ipsa donatione. Modo tractu tẽporis iste Cola Putij veniens ad mortẽ condidit testam. & instituit suum hẽr. Titium: & decessit sic cõdito testamento. iste Salmitius, cui facta fuit ista donatio. vigore huius donationis, vult istas res apprehendere, & tenere: & forte vult vendere: hæres institutus in dicto testamento impedit venditionẽ fieri per ipsum Salmitium ꝓtendens, & dicens in his rebus, & possessione habere ius, & dominium vigore ipsius testamenti. Et in quantũ contradicit iste hæres, ꝙ dictus Salmitius non reperit emptorẽ: quærunt modo, an iste hæres possit de iure impedire dictam venditionem: & an habeat aliquod ius in dictis rebus, & possessionibus: & quid iuris videtur de isto passu? Duo puncta notabilia sunt hic. † primũ punctum est, si pater donat filiæ, & hæredib. filiæ, donatio nõ valet quo ad filiam in potestate: & si filia moritur, omnino annullatur quo ad filiam. sed nunquid valet quo ad filios filiæ? Dicendum est, ꝙ filia præmortua donatori non valet: quia nõ est facta donatio nepotib. ex filia: sed hæredib. filiæ: & ideo si in persona filiæ euanuit, ad hæredes transmittere nõ potuit, vt C. de inoff. don. l. 2. Nam nomẽ hæredis accipitur de hærede, id est, successore, non de filijs, nisi de hæredib. ff. de pac. l. si tibi. §. si pactus. in gl. Secundus punctus est: † si filius rogatur restituere post mortem, intelligitur si absq; liberis decesserit. l. cum acutissimi. C. de fideicom. † Quid si quando instituit hæredẽ vxorem suam, & rogat eam restituere post mortem, vtrum intelligitur. si sine liberis cõmunibus ipsius, & testatoris moriatur: & videtur, ꝙ in extraneo non habet locum. l. cum acutissimi. & not. C. de inst. & sub. l. generaliter. In contrarium vr, quod vr extraneum suis filijs præferre velle: vt patet in ratione dictarum legum: eo qa extraneum ꝓtulit instituendo, vr etiam substituendo præferre. ff. de cond. & demon. l. Publius. §. 1. † Tertiò quæritur, cum testm, in quo nepotes ex filia præteriti sunt, sit nullum: vt in Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud quoq, capitulum. an clausula illa, si non valet iure testamenti, valeat iure codicillorũ. aliquid operetur? & vr, ꝙ non: quia dictum testamentum tanquã inofficiosum est nullum: & ideo institutio iure fideicommissi valere non debet, vt not. C. de lib. præte. auth. ex causa. Succedit enim ius dicendi nullum testamentum aui materni loco querelæ inofficiosæ prolatæ, ergo &c. C. de inofficio. testam. l. Titia. hoc tenet Gul. de Cu. C. de codicil. in l. fi. contrarium tenet Cyn. in auth. ex causa. secundum Dy. idem tenent quasi omnes moderni. quæstio dubia est: tamen cõmuni opinioni inhæreo: & dico, quod clausula codicillorum valet, & ideo nepotibus ex filia deberur legitima: legatarijs vero & hæredi institutæ residuum. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCII.

1 *Confessio facta absente parte probat liberationem.*
2 *Confessio facta præsente fideiussore an decetur facta absente aduersario.*
3 *Instrumentum an valeat, si notarius non rogetur ab vtraq; parte.*
4 *Si duo notarij sint rogati de eodem contractu, & conficiant varia instrumenta, an credatur talibus instrumentis.*

In primis videndum est, an confessio facta absente parte ad probandam liberationem valeat. Secundo, an dicatur parte absente, si fiat præsente fideiussore.
1 † Venio ad primũ. dicunt quidã, ꝙ non valet, nisi parte præsente. Nam confessio requirit aduersarij ꝓsentiam, sicut pactũ. ff. de confes. l. certũ. §. si qs absente viro. C. de confes. l. 1. ff. de pac. l. idẽ in duobus. facit de interro. act. l. fi. & ff. de li. leg. l. Aurelius. §. fin. alias nisi vbi talis confessio fit transmissa per nuncium, vel epistolã. ff. depos. l. Publia. §. fin. ff. de don. l. nuda. Contrarium vr verũ, ꝙ talis confessio valeat ad meram probationẽ, licèt sit facta absente aduersario, in Auth. de testi. §. & licèt, & exceptionem parit, vt not. ff. de lib. lega. l. non solũ. §. si liberationis. licèt pactum non valeat absente parte, nisi interueniat nuncius, vel epistola: qa pactũ est contractus: sed cõfessio nõ est contractus. ff. de act. & obl. l. consensu. & not. C. de sacros. ecc. l. illud. de accep. l. si acceptilatũ. §. fi. Ad hæc facit, quod no. ff. de neg. gest. l. Pomp. scribit. ff. de ædil. edi. l. quæro. §. fi. & extra de succes. ab intest. c. fi. Solutio, dicendum est, ꝙ quantũ ad effectũ aliq̃ inducendi, vel disponendi nõ valet inter absentes, nisi dispositio pendeat ex voluntate vnius tantũ: vt ratificatio, vel improbatio, vt d. l. Pomp. sed quantũ ad finẽ, ꝓbandi factã solutionẽ, & repellendã contrariam fictionẽ valet, vt d. §. & licèt. quicq̃ dicat Pet. C. de non nu. pec. l. generaliter. † Super secundo puncto dr, ꝙ non dr facta absente aduersario, si est facta præsente fideiussore: cum per fideiussorẽ potuit quæri principalis exce-
3 ptio doli. casus est in d. l. in duob. §. fi. † Sed nunq̃ instrm confectũ de dicta confessione valeat, & vr, ꝙ non: quia tabellio debet esse rogatus ab vtraq; parte, vt in Auth. de tabel. §. nos autem. sed hic non fuit rogatus, nisi à solo fideiussore: ergo non valet, nec tenet instrm. Sol. quando actus celebratur gratia vtriusq;, tunc tabellio debet esse rogatus ab vtraq; parte: sed quando fit gratia vnius tantũ, & in fauorẽ vnius tantũ sufficit, ꝙ sit rogatus ab illo, vt ibi not. Vnde qa dicta confessio fuit in fauorem vnius tantũ, sufficit ab illa parte rogatum tabellionẽ, & te-
4 stes. nam idem dico in testibus. † Vltimo quæritur, duo notarij fuerunt simul rogati de eodẽ contractu: isti conficiunt varia instra: an talibus instris credatur? Respondeo, si ex tali variatione quilibet tabellionum est in sua scriptura singularis, neutri credetur; nam licèt vni tabellioni credatur, verum est, nisi partes adhibuerint plures, in auth. de hær. & Fal. §. si vero absunt. & arg. l. 1. ff. de offi. consul. Item scripturæ variæ in substantia, vel effectu, de quo quæstio vertitur, super eadẽ re sibi inuicem derogant. C. de fide instr. l. scripturæ. & quod no. in c. cum Ioannes Heremita. per Inno. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCIII.

1 *Dote promissa pluribus, & etiam viro, an solutio possit fieri soli viro.*

Factum tale est, Franciscus, Petrus, & Laurentius fratres, & filij olim Mutij de Burgo Sancti Stepoli, & Ser Sancti Ser Francisci de dicto loco nomine proprio, & vt procu. & procuratorio nomine dñi, siue vxoris olim dicti Mutij omnes prędicti nominibus, quibus ĩ. & quilibet eorũ proprijs nominib. & nomine D. Bartholomæi, & Sodis filiorum olim dicti Mutij, de quibus de rato ꝓmiserunt, & sic se facturos, ꝙ cum ꝑdictus D. Bartholomæus, & Sodis redierunt ad Burgum, vel eorum alter ratificabunt & approbabunt ꝑtem contractum: fuerunt contenti, & confessi se habuisse, & recepisse à Matthæo, & Masso fratrib. & filijs olim Vannis Buminuti de dicto Burgo dantib. ꝓ dote dictæ Magdalenæ eorum neptis, & olim filiæ Buminuti Vannis ꝑdicti, & vxoris dicti Franc. 380. flor. aur. ad ꝑtandum Burgi: quã dotẽ supradicti fratres, & Ser Sanctes nominibus, quibus supra, ꝓmiserunt ꝑdictis fratribus stipulantib. nomine dñæ eorum neptis reddere, & restituere in omnẽ casum, & euentũ restituendæ dotis &c. Deinde incontinenti nõ obstante confessione prædicta ꝑdicti Matthæus, & Massus recognoscentes se esse veros debitores in dicta dote ꝓmiserunt dare, & soluere dictis Franc. Petro, & Laurentio fratribus, & Ser Sancti nominibus, quibus ĩ. presentibus, & stipulantib. totã integrã dictam dotẽ: videlicet 380. flor. auri. in certis terminis, vt in instro continetur, deinde contracto dicto matrimonio. inter dictũ Franciscum, & dictam D. Magdalenam ꝑdicti Matthæus, & Massus soluerunt dictam dotem totam ꝑdicto Francisco marito dictæ D. Magdalenæ irrequisitis alijs in dicto instro ꝓmisionis nominatis; & ab ipso Francisco liberati fuerunt. demũ soluto dicto matrimonio per mortẽ dicti Francisci superuiuente dicta D. Magdalena, & casu dictæ dotis restituendæ existente, dicta D. Magda. agit contra dictos alios, qui cõfessi fuerunt recepisse dictam dotem: cum bona dicti Francisci olim sui mariti non sint soluendo. Quæritur, vtrum ꝑdicti, an alij, quibus non fuit facta solutio dictæ dotis ex ꝓmisione eius facta per dictũ Matthæum, & Massum, possunt petere ab ipsis Matthæo, & Masso partẽ eis contingentẽ, vel aliquo modo eos molestare pro eorum parte, nõ obstante solutione totius dotis factæ dicto Franmarito, & absolutione ab ipso habita, ad cuius bona non potest haberi recursus, cum non sint soluendo: an vero ipsi soluentes marito Francisco ꝑdicto sint liberati, & nihil possit peti ab eis per alios creditores, non obstante, ꝙ hæreditas dicti Franciscí nõ sit soluendo. Super quibus placeat dare consilium. † Si
1 in instro fuit promissa dicta quantitas 380. flor. cuilibet ꝑdictorum stipulantium insolidũ potuit integraliter solui viro in curiusliber ꝑiudicium, sicut cum pluribus reis credendi: nam videtur vni solutũ de voluntate omnium. C. de duob. reis. l. fi. ff. de no. l. si rem aliquã. §. fi. ff. de iureiur. l. duobus. C. si. cer. pet. l. si non singuli. si autẽ fuit dos promissa pluribus, non exprimendo, ꝙ cuilibet insolidum: tunc est dubium; qa videtur promissa cuilibet pro parte. ff. de duo. re. l. reos. §. contratabulas. licèt quicunq; recipiens teneatur viro tradere: qa videtur viri causa, & contemplatione stipulatus. ff. de duo. re. l. si id, ꝙ ego. in gl. Si ergo cuilibet pro parte q̃sita est obligatio, non potuit marito insolidum solui in ꝑiudicium aliorũ. arg. ff. sol. mat. l. si cum dorem. §. transgrediamur. Contrarium tamen vr verius: qa isti ex prius obligauerunt insolidum contẽplatione ꝓmisionis futurę: & postea receperunt promissa nõ gratia sui, sed gratia viri; vt d. l. si id, ꝙ ego. vnde tacitè vr consensisse, ꝙ solidum solua-
2 tur viro. ff. mand. l. idemq;. §. si cui. cum ad eum principaliter pertineat negotium. ff. fam. erc. l. si maritus. facta ergo solutione viro impleta est causa prioris ꝓmisionis, qua se insolidum obligauerunt ad restitutionem. Et ideo concludendo vr dicendum ex prima obligatione restitutionis dotis quemlibet insolidum teneri, licèt soli viro dos soluta sit. nam hoc tacitè consensum vr ex natura dotis, ꝙ dos viro posset insolidum solui, arg. ff. de cond. & demon. l. Titio centũ. §. Titio genero. Si autem non esset instrm, quo se obligasset quilibet insolidum, tunc quilibet teneretur pro parte, vt §. cum in tabulis. Et ideo verba instri videnda sunt. agitur enim ex primo instrumento impleto per numerationem subsequentem, vt l. cum enim. de nouat. &c. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio &c.

CONSILIVM CCCXCIIII.

1 *Pater faciens aliquid scribi, vel promitti filio, quem habet in potestate, quod*

quod ipſi patri debetur, videtur hoc concedere ipſi filio in peculio, ſecus ſi filius eſt emancipatus: quia tunc præſumitur donare.

2 *Filius an teneatur communicare fructus dotis.*

1 Notandum † eſt, quod quando pater nomine filij negociatur, vel facit aſcribi ipſi filio id, quod debetur ipſi patri, vel facit filio promitti, q̃ ſi quidem filius non eſt emancipatus, ſed in pt̃e patris, vt ei pater concedere in peculium: & ideo niſi pater poſtea in teſtõ præleget peculium, pecunia talis eſt omnium hæredũ pro hæreditaria portione cõmunis: vt C.fam. ercisc. l. certũ. & l. Titij filij. de pẽ. leg. & ibi per Iac. de Are. & de leg. 3. l. nomẽ. §. filio. Si autem nomine filij emancipati pater talia faceret, præſumeretur donatio. l. 1. ff. de dona. Soluendo ergo primũ dubium dico, q̃ Fideibocannus, & Bonauentura nõ erant emancipati, quod dicti 400. flor. pro tertia parte pertinent ad dictũ Antonium, & hoc de prima parte, ſiue primo puncto. Super ſecundo puncto no-

2 tandum eſt, †q̃ ſi pater ſuſtinet onera matrimonij filij ſui, quod fructus dotis debẽtur ipſius patris pp onera, quæ ſubit. Et ideo ſi pater eos percepit, non eſt dubium, q̃ debent eſſe cõmunes omnium hæredũ pro hæreditaria parte: qa ſunt pleno iure patris. idẽ eſt, ſi filius percepit nomine patris: qa ſunt pfectitium peculium filio percipiente patris nomine. & ideo eſt cõmune omnium hæredũ, vt d. l. certum. Sinautẽ pater voluit eſſe dictos fructus ipſius filij ſui, tunc eſt conſiderandũ, q̃ pater põt renunciare vſumfructum quẽ habet in aduentitijs: & tunc illud eſt filij, & non cohæredũ, vt C. de bon. quæ lib. l. cum oportet. §. ſinautẽ res. & ita vr̃, quod Antonius dictos fructus dotis ſit lucratus: & nõ deberet cõmunicare. Tamen veritas ſic eſt, q̃ aut dos fuit numerata filio, & data ſibi à principio: & tunc eſt quid aduentitium: & pt̃ poſſet renunciare vſufructui: & pleno iure eſſet filij, vt d. §. ſinautẽ res. aut dos ab ipſo principio fuit data ipſi patri: & ſic fuit facta patris pleno iure. & tũc aut pr̃ reddit iſtam dotẽ filio: qa filius tenet ſecum vxorẽ, & alit eam, & ſuſtinet onera matrimonij. Et idẽ eſt, q̃ filius, idem q; maritus non tenetur cõmunicare aliquid fratribus: vt C. fam. erc. l. 2. & ff. eo. l. ſi maritus. aut pr̃ ſuſtinet onera matrimonij: & filius percepit lucrum, tunc talia lucra ſunt cõmunia omnium hæredũ patris: qa non pſumitur à patre in filium donatio, ſi filius eſt in pt̃e eius: ſed pſumitur nuda adminiſtrationis cõmiſſio, vt d. l. Titij filij. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. pr̃. & ideo iſto caſu emptum ex talib. lucris eſſet cõmunicandum, niſi probaretur, q̃ pater huic filio donare volebat. Nam tunc morte patris confirmaretur, niſi eſſet reuocata per patrẽ, vt no. C. fam. erc. l. filiæ eman. & C. de inoff. don. l. 2. Non põt ergo q̃ſtioni ſecundæ abſolutè reſponderi: ſed ſub diſtinctione prædicta. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCV.

1 *Teſtator legat aliquid diſtribuendum inter aliquas domicellas cum maritabuntur, & dictæ domicellæ morientur, antequam maritentur, excepta vna, quæ maritata eſt, an totum legatum cedat ipſi domicellæ maritatæ.*

Factum tale eſt, Quidam Paulus veniens ad mortem condidit teſtamentum; in quo inter alia ſic diſpoſuit; qa mandauit, q̃ omnia prædia, terræ, & omnes poſſeſſiones ſitæ in comitatu Eugubij, in ſuis locis poſitis diſtribuantur inter filias Manitij, & D. Manifi, & filiam Pacioli Sauli, & filiam Vgonitij Cocarelli, & filiã Realis Puccioli Albrici, & filiam Nicolelli Paſchi, & filiam Angiolini Aucumbali de Eugubio, & in quãliber earum æqualiter, & cuilibet earũ tantum detur pro dotibus, quãdo maritabuntur, vel quando in aliquod monaſterium ingrederẽtur, ſi habitum ſumeret aliqua earũ monachalẽ pro æquali parte: prout in dicto teſtõ apparet. Modo filia Realis p̃dicti petit portionẽ ſuam dictarum poſſeſſionũ, & fructuum ab hæredibus dicti teſtatoris. Et dicitur pro parte dictarum hæredum, q̃ dicta filia dictam partẽ non debet habere ex eo, q̃ dictus Realis tẽpore dicti teſtamenti cõditi habebat duas alias filias maiores infante, quam iſta, quæ non petit: Et quia tẽpore dicti teſtamenti conditi, & mortis dicti teſtatoris iſta erat infans & etiam nunc quando petit, eſt maritata, & modo iam ſunt duo anni, & vltra. Modo quæritur viſo dicto teſtamento, & puncto prædicto, nunquid dicta filia Realis admittatur ad petitionẽ prædictam de iure: &

1 ſi admittitur, an in totum, vel in partẽ &c. † Iſta filia Realis, rectè petit: quia cum in perſona eius exiſtat conditio nuptiarum, & non extiterit in perſonis ſeorſum, huic, quæ nunc viuit, debetur totum, vt ff. de leg. 2. l. ſi quis Titio. §. fi. & l. cum quidam. ver. planè. de condi. inſtit. l. vter ex fratribus. Item eſt legatum ſic intelligendum, vt ei ex filijs dicti Realis detur, in qua prius nuptiarũ initiandarum ab initio tẽpus, ſeu conditio extare reperitur. Cæteris ergo mortuis ſuperſtiti debetur: qa præmortuæ ante conditionis euentum non tranſmittuntur ad hæredes. & facit ff. de leg. 2. l. cum ita legatur. §. in fideicõmiſſibi dum dicit, aut poſt eas omnes extinctas &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCXCVI.

1 *Pater habens plures filios, & inter eos vnum fratrem in ordine prædicatorum, quem in certa quantitate hæredem inſtituit, & eum plus petere voluit: Alios autem filios vniuerſaliter, & æqualiter hæredes ſibi inſtituit: deinde generaliter adnuxit omnes filios ſubſtituur, quæritur, an dictus frater prædicator comprehendatur in dicta ſubſtitutione.*

Quidam habens vnum filium in ordine Prædicatorum, & quatuor alios ſeculares fecit teſtamentum in quo reliquit dicto fratri 100. lib. & in his ipſum hæredẽ inſtituit: & voluit, q̃ in bonis ſuis nihil aliud petere poſſet. deinde dictos alios filios hæredes vniuerſales inſtituit in æquali parte: & fecit ſubſtitutionẽ in hunc modum. Et ſi aliquis, vel aliqui dictorum ſuorũ filiorũ tam natorum quã naſcturorum, ſeu aliqua, vel aliquæ ſuarum filiarũ tam natarum, quã naſciturarum quandocunq; in pupillari ætate deceſſerit, vel poſtea ſine filijs legitimis, & de eorũ corpore natis non peruenientib. ad ætatẽ 25. ann. ſubſtituit ſibi pupillariter, vulgariter, & per fideicõmiſ. ſuperſtites filiõs, vel eorum filios maſculos in ſtirpes, & non in capita. Deinde deceſſit dictus teſtator remanentib. dictis ſuis filijs omnib. maioribus 14. annis, & deinde mortuus eſt Petrus vnus dictorum filiorum ab inteſtato ſuperuiuente Agnella eius filia. Deinde deceſſit Dominicus eiꝰ filius vltimus condito teſtõ, in quo reliquit dicto fratri Io. fratri ſuo 100. libr. & q̃ in ſuis bonis plus petere non poſſet. deinde reliquit matrem ſuam hæredẽ vniuerſalem nouercam dicti fratris Ioannis ſuperuiuente dicto fratre Ioan. & dicta Ametermia filia dicti Petri. Vtrum ſit vobis notũ, q̃ Amatuemus, & Petrus fuerunt fratres dicti fratris Io. ex vtroq; parente: & Dominicus, & Laurentius tantum ex patre. Modo q̃ritur q̃d iuris: & quantũ debet hr̃e dictus frater Ioan. in bonis paternis, & dictorũ filiorũ fra-

1 trum ſuorũ: † Qualiter fuit intentio teſtatoris circa filium, qui erat in ordine Prædicatorũ. ſ. quo ad effectũ ſubſtitutionis, an. ſ. pr̃ voluit eum admitti cum fratribus, nec ne, ex ſubſtitutione ſatis dubium eſt. Nam contra religioſum eſt, & facit: q̃ pr̃ eum plus petere vetuit, & ideo eum nõ vr̃ dilexiſſe in ſubſtituendo, quẽ quaſi odio habuit inſtituendo, arg. ff. de cond. & demon. l. Publius. §. 1. Nam verba generalia reſtringuntur, vt odioſi non cõprehendantur. ff. de le. 2. l. Lucius. §. Lucius Titius Damã. Et iſta vr̃ veriſimile, q̃ pr̃ voluerit ſubſtituere. ſ. remanẽtes in ſeculo. Nam ſicut fratri non vr̃ ſubſtituiſſe: qa inepta eſſet in fratre Prædicatorũ illa forma, ſi deceſſerit ſine filijs. adaptatur enim laicis, & nõ alij, vt no. ff. qui pe. tuto. l. credendũ. §. 1. & ff. de ſuis, & legit. l. 1. in princ. Item nec fratrẽ Prædicatorẽ reliquit. Nam cõis ſubſtitutio debet cõmuniter intelligi: & nõ diſpariter. ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. iam hoc iure. §. ſed ſi aliter. In cõtrarium vr̃, qa illa verba, q̃ petere plus nõ poſſet, ſunt inſerta fauore aliorũ filiorũ: mortuo autẽ non debetur fauor, nec eſt veriſimile, q̃ pr̃ voluerit filium religioſum excludere mortuis cæteris filijs, vt ff. de leg. 3. l. Paulo Gallimaco. §. Pomp. Vnde illa verba, q̃ nõ poſſet plus petere, vñr intelligenda eſſe rebus ſic ſe habentibus, arg. ff. de cond. ob cau. l. qđ Seruius. & arg. ff. de pac. l. tale pactũ. §. fin. cum gl. ſua. Subſtitutio erga facta omnibus, & de omnib. filijs neminẽ excipit filiorũ. Et ideo omnes includere vr̃. In contrarium tamen facit arg. ff. de leg. 2. l. legatorũ. §. qui plures. vbi verba generalia reſtringuntur per ſpeciẽ. Ad idẽ ff. de vulg. ſub. l. cum hæredi. §. qui patrẽ. & §. qui diſcretas. Solut. in dubio, qa maxima eſt ratio, quę pro filio, & religione facit. Credo dictum fratrẽ in ſubſtitutione includi: & venire ad partẽ deficientẽ vna cum fratribus. Item in dubio pręſumo diſpoſitionẽ talem, qualis eſſe debet: & ſic fauorabilem apud filios, arg. d. l. tale pactum. §. fin. cum ſim. Detracta ergo legitima, & Trebellianica ſuccedentium ſuccedit ſecundũ numerum liberorum non obſtante refutatione, quã dictus religioſus fecit patri: quæ non extenditur quo ad caſum noſtrum. Ego Baldus.

CON-

CONSILIVM CCCXCVII.

1 *Diuiſa ſocietate inter ſocios debent diuidi etiam res accęſſoriæ ſecundum modum principalium.*

2 *Vbi plures perſonæ exprimuntur in contractu, quilibet venit in virili, ſi vario contractus hoc patitur.*

Factum tale eſt, tres ſunt ſocij in arte ſpeciariæ, vnus videlicet Santonius, qui habet in dicta ſocietate de dictis ſex partibus, tres, alius habet duas: tertius habet vnam partem. Modo vnus ex eis conduxit pro dicta ſocietate vnam apothecam pro dicta arte exercenda pro ſe, & ſocijs ſuis. demũ finita, & diuiſa dicta ſocietate remanet dicta apotheca, & dicta conductio: qa adhuc non eſt finitum tempus conductionis. Modo quæritur, qualiter, & pro quota parte dicta apotheca pertineat ad dictos ſocios pro reſiduo futuri tẽporis, quo durat conductio? Viſis dicto puncto,

1 & dicto inſtro, † dico dictam apothecã debere diuidi quo ad vſumfructum ſecundũ portiones ſocietatis, ita q̃ dictus Santonius habebat dimidiam partẽ. Nam cum d. apotheca fuerit accepta cauſa ſocietatis, & ſit eius accęſſoria, eædẽ partes debent fieri de accęſſorio, q̃ de principali, arg. ff. de vulg. ſubſt. l. ſi in teſtõ. & l. pater filio. cum ſim. Item qa in inſtro fit mẽtio de nomine appellatiuo ſociorũ, ergo obtentu ſocietatis quæſitum pro partibus ſocietatis diuidendũ eſt. ff. pro ſoc. l. ſi non fuerit. l. qđ

2 enim, in materia. † Non ob. q̃ vbi plures perſonæ exprimuntur in contractu, quilibet venit pro virili, vt C. loc. l. ſi diuiſa. qa illud eſt verũ, ſi ratio contractus patitur, ſed hic non patitur, niſi pro portione ſocietatis. Nam & ſi vnus ſolus eſt contemplatione ſocietatis nominatus in inſtrumento, idem eſſet. & facit ad prędicta in ratione ſui. C. de agric. & cenſi. l. quẽadmodum. li. 11. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Peruſio.

CONSILIVM CCCXCVII.

1 *Conditio appoſita legato duarum filiarum in teſtamento, ſi vna admatur conditio in codicillis, an alterꝰ videatur reuocata conditio in teſtamento.*

Quidam Laurentius de Simocillis de Fulg. ſuum condidit teſtamentũ, in quo inter cætera reliquit Cathelinæ, & Bonauenturæ filiabus ſuis 400. flor. videlicet 200. flore. pro qualibet ipſarũ, & certas portiones, & maſſaritias hac conditione, q̃ ſi aliqua dictarũ decederet in pupillari ætate, vel poſtea quandocunq; , ineſſit, & mandauit de parte dictæ filiæ decedentis fieri certas eleemoſynas: & dictam partem certis modis diſtribui ad pias cauſas, prout in dicto teſtõ continetur. cum dicto teſtõ deceſſit dicta Cathelina viuo dicto teſtatore, qui teſtator de parte Cathelinæ dictæ ſuæ filiæ pmortuæ in codicillis, quæ poſtea poſuit, aliter diſpoſuit, quã diſpoſuerat in dicto teſtõ: reuocans dictam conditionem, & eam caſſans, & iubens eam de teſtõ aboleri: & diſtribui voluit dictam partem modo, & forma in dictis codicillis inſertis. mortuo teſtatore vertitur in dubium, an videatur reuocata cõditio appoſita in dicto teſtõ pro parte dictæ Bonauenturæ filiæ ſuperuiuentis: viſo teſtõ, & codicillis p̃dictis q̃ritur, q̃d iuris? Quantũ ad per-

1 ſonã dictæ Bonauenturæ nihil de teſtõ mutatũ credo: † quia de perſona eius, & de conditione ſibi aſcripta codicillinõ loquuntur: ergo remanet teſtm̃ in ſua figura mutatũ non eſſe. ff. de milit. teſtam. l. tribunus. §. 1. ff. de adim. lega. l. 3. §. conditio. cum ſimil. licèt enim conditio adimi poſſet, tamen iſti codicilli nihil diſponunt quo ad conditionẽ in perſonã Bonauenturæ: & ſic ſtat teſtamentũ firmũ. ff. de alimen. leg. l. alumnæ. §. qui filias, in fi. §. qui tex. eſt ad hoc notabilis. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio &c.

CONSILIVM CCCXCVIII.

1 *In ſtatutis verba ſunt proprię ſumenda, & ſecundum communem vſum loquendi.*

2 *Neptis an proprię dicatur ea, quæ mortuo auo concepta eſt, vt comprehendatur ſub ſtatuto &c. Et adde infra conſilium 407.*

3 *Argumentum negatiuè in ſtatutis non ſumitur.*

Punctus talis eſt, Antonius habens plures filios maſculos ſuum teſtm̃ condidit, in quo ſibi eos hęredes vniuerſales inſtituit, & eos inuicẽ ſubſtituit, ſi qs prædictorũ deceſſerit ſine filijs maſculis: & eo caſu, quo pdecedens moreretur ſuperſtite ſibi filia, reliquit dictę filię fœminę 200. flor. pro dote: & in eis eam ſibi hęredem inſtituit. Reſiduum enim hæreditatis p̃dictæ dicti prędecedentis in alios filios maſculos voluit peruenire. Mortuo teſtatore vnus ex filijs inſtitutis accepit vxorem: & vnicam filiam habuit: & ea ſuperſtite inteſtatus deceſſit. Quæritur, an iſta filia legatum p̃dictum, & hæreditatẽ dicti ſui patris petere poſſet, viſis

1 ſtatutis ciuitatis Peruſij de hoc loquẽtibus? † In lege municipali verba, ꝓpriè ſumenda ſunt: hoc eſt idem dicere, intellectu dato à iure vocabulis, quib. ſtatutũ vtitur: qm̃ à proprio intellectu verborum nõ eſt recedendum. ff. de leg. 3. l. non aliter. de exerci. l. ſi is, qui nauẽ. niſi vſus cõmunis loquendi vim ſermonis extenderet ad improprium intellectũ: qa ſi conſuetudo vocabulum interpretatur, iſta eſt interpretatio neceſſaria, à qua recedere non debemus. ff. de lega. 3. l. hbrorũ. §. q̃ tamen Caſſius. ff. de fun. inſtr. l. cum de lanionis. §. aſinam. ff. de legi. l. ſi de interpre-

2 tatione. † Videamus ergo, an propriè dicatur neptis, quæ auo mortuo cõcepta eſt. Nam ſi ꝓpriè dr̃ nep. excluſa eſt per ſtatutum. Sinautẽ non dr̃ ꝓpriè neptis, non eſt excluſa. Nam in l. municipali non eſt licitum ſumere argũ negatiuè, vt non ſuccedat nept. verè, & naturaliter, dicta ergo non ſuccedit neptis minus

3 propriè, & abuſiuè dicta. † Et maximè cum ſtatutũ eſt cõditum contra ius cõmune, ſicut eſt in noſtro caſu. vt l. q̃ contra rationem. & l. q̃ non rationẽ. ff. de leg. Et ideo qa etiam ſtatutum eſt ſtrictiuris, & vltra quã verba pateant, extenſiue nõ debemus. ff. de verb. obl. l. quicquid aſtringendę. & de teſtam. mili. l. quod conſtitutũ. & etiam qa ſequeretur iniquitas: & lex omnem iniquitatẽ expellit, vt C. de vete. iu. enuc. l. 1. §. 1. & etiam quia ius ſuccedendi dilatare, non coarctare debemus, vt inſtit. de bon. poſ. §. ad hoc. oportet ergo videre, an iſta, ꝓpriè dicatur neptis. & vr̃, quod ſic tam de iure, quã de conſuetudine loquendi. Satis enim patet in graduum cõputatione. Prima enim neptis fratri aui eſt in quarto gradu de iure ciuili: & hoc non ſit niſi mediante perſona aui, cui neptis eſt in ſecundo gradu, vnde apertè per hoc mõſtrari vr̃, quod ꝓpriè dicatur neptis, ſicut ꝓpriè dicitur eſſe in ſecundo gradu, vt inſti. de gradi. in princ. & in §. quarto gradu. & ff. de gradi. l. Iureconſ. Sed cõtrarium euidenter oſtenditur. Nam ſi iſta non dr̃ neptis in materia fauorabili, & extendenda, vt quo ad ſuccedendũ: vt ff. vnde cogn. l. 1. §. ſi quis proximior. ff. de iniuſto teſt. l. ſi qs filio. §. ſed hæc ita. ff. de ſuis, & legi. l. Titius. in inſtit. de hær. quę ab inteſt. §. cum autẽ. ff. de bon. lib. l. Paulus. §. Paulus. verſ. reſponſum enim. C. de inoff. teſt. l. ſi qs filium. in prin. Ergo multominus in materia excluſiua, & odioſa, ſicut eſt iſta, vt l. maximũ vitiũ. C. de lib. prætę. & cõfirmatur; qa cum auus tali tẽpore deceſſerit, quo iſta nõ erat in rerũ natura, certũ eſt, q̃ tẽpore mortis ſuæ ipſe nõ erat auus: qa in correlativis duo requiruntur extrema. Poſt mortẽ autẽ auus incipere eſſe non potuit. Nemo enim poſt mortẽ incipit eſſe aliqd, vt ff. de oper. lib. l. qui libertinus. §. poſth. Et licèt quædam leges vocent iſtum auum, & iſtã neptẽ, iſtud deſignat potius naſcendi, & deſcendendi ordinẽ. Nam aliter deſcribi non poteſt caſus ſucceſſionis, quæ radicẽ habet in ipſo iure ſanguinis. Quantum ergo ad ſucceſſionẽ, & ſic reſpectu ſucceſſionũ, & non abſolutè loquẽndo, iſta neptis eſt omnino extranea huic auo: & non hr̃ pro nepte in materia ſucceſsionum, in qua ſumus. Nam ſermones ſunt adaptandi ſubiectæ materiæ, vt ff. de in diem adiec. l. Imperator. & ſi ſtatutũ diceret, q̃ neptis ſuccedat auo, non intelligeret de iſta nepte concepta poſt mortẽ aui, ergo econtra ſi dicit, q̃ neptis non ſuccedit: ſimiliter non intelligeretur de illa, q̃ non ſuccedat quia cõtrariorum eadem eſt diſciplina, & intellectus, vt l. fin. ff. de leg. 3. & l. etſi contra. de vulg. ſubſt. & non dr̃ dotata ab auo: cum ipſe nõ fuerit auus, & illa poſthuma aliena eſt neptis, in inſtitut. de leg. §. poſthumo. Verbum enim iſtud neptis, tam ciuile, quã naturale vocabulum eſt. ff. de cap. dimi. l. tutelas. & inter eum, qui eſt in rerum natura, & eam, quæ non eſt, nulla cadit naturalitas. Nam etiam ius ciuile debet accõmodari quo ad propriam, & veram ſignificationẽ, & intrinſecam rationẽ. Præterea cui nõ applicatur habitus ſignificatio, eidem non applicatur priuationis ſignificatio. ff. de ſuis, & legi. l. 1. in prin. ſed huic tanq̃ nepti nõ applicatur habitus ſuccedendi: ergo non priuatio: huic ergo abuſiuè vocatæ neptiauus dotando non potuit imponere legẽ excluſiuã à ſucceſsione paterna. non dico, quod iſta nõ ſit dotata, vt l. cum plures. ff. de admi. tut. ſed hoc eſt duplici concurrente fictione, quæ concurrere non debent. ſi q̃ ſit dos ante matrimonium: & quod priuſquã ſit in rerum natura perſona dotãda, ſit dos. vel quod priuſquã quis non eſt in rerum natura, intelligatur dotare eam, quæ dudum poſt

mortem

mortem eius nascitur, tot enim fictiones non debent concurrere, vt l. 1. C. de dot. promiſ. & dico, ꝙ non eſt dotata ab auo, quando tẽpore mortis ſuæ iſte non erat auus. & hæc verba ad tempus mortis referuntur, arg. ff. de teſta. tut. l. tutoribus. Et eſt aduertẽdum, ꝙ Antonius ſubſtituit per fideicõmiſſum filio decedẽti relicta filia: propter ꝙ vĩ grauaſſe ipſum filium, & hæredes legitimos filij pro reſtituenda hæreditate: per ꝙ etiam tacite videtur vocaſſe legitimos ad ſucceſſionẽ inteſtati filij: vt ff. de iure codicill. l 2. Iſta ergo filia filij Antonij tanquã hæres patris ſui ab inteſtato reſtituet hæreditatẽ, deducta legitima, & Trebellianica, vt in cap. Raynutius. & c. Raynaldus. & hoc habuit ex perſona patris ſui, ꝙ ex ſua perſona habere non poſſet: quia ipſa ex ſua perſona non eſt grauata: ſed pater eius, ad quem verba ſtatuti non diriguntur. & ſæpe quis habet ex perſona alterius, quod ex ſua habere non poteſt, vt ff. quæ res pig. ob. poſ. l. Ariſto. Punctus ergo, & concluſio ſtat in hoc; quia iſte dotans nunquam fuit huic auus realiter, & verè loquendo: ac etiam ciuili modo vocabulum hoc intelligendo. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Peruſ. I.V.D. & ſub fide me ſubſcripſi, & ſigillo mei nominis ſigillaui concludens, quod ſuccedat: quia ſtatuto ceſſante ſumus in iure cõmuni, non ob. quod ſtatutum dicit, vel alio quocunq; dotante: vel poſtea ſubdit, ſaluo &c. Nam hic ex parte iſtius puellæ nullus extat maſculus: & ſic de iure cõmuni, & municipali ſuccedere poteſt remittendo dotes in hæreditatẽ ſecundum formam iſtius verſic. ſaluo ſemper.

CONSILIVM CCCXCIX.

1 *Stante ſtatuto, quod mater non teſtetur ſine præſentia filij, ſi habet filium, aliàs dabat hæreditas ad ſementes ab inteſtato, ſi mater teſtetur in præſentia filij bannitj, an ualeat teſtamentum.*

Statuto ciuitatis Aſſiſij cauetur, ꝙ nulla mulier poſſit teſtari, ſiue aliam voluntatem vltimam condere ſine præſentia filij, vel filiorum ſuorum, ſi filios, vel filium habeat. Si vero non habet filios, & habuerit nepotes, ſeu nepotes ex filio, ſeu ex filijs, ſeu ex fratre, vel fratrib. carnalibus, & ſi aliter teſtatũ fuit, teſtamentũ eſt ipſo iure nullum. Modo quædam D. Angelutia filia quondam Vannis, & vxor quondam Putij de ciuitate Aſſiſij, & eius comitatu tres filias fœminas habuit: videlicet Cather. Cecham, & Mathiolam dotatas à patre, & vnum filium. ſ. Iacobum, qui Iacobus erat exbannitus ciui Aſſiſij, & eius comitatus in hauere, & pſona. & habebat nepotes carnales tres ſuſceptas ex dicta Mathiola minores 14. annis, & duos nepotes fratres carnales ex fratre carnali ipſius teſtatricis non exbannitos, nec condemnatos in aliquo maiores annis: veniens ad mortẽ dicta Angelucia fecit (ſubaudi abſq; præſentia dicti Iacobi, & dictorũ ſuorum nepotum) teſtamentum, in quo inter cætera reliquit dictis ſuis filiab. certam quantitatem pecuniæ iure inſtitutionis, & certam quantitatem reliquit dicto Iacobo filio ſuo: & inſtituit Bechum Accoli ſuum hæredem vniuerſalem. poſt quæ deceſſit dicta teſtatrix ſuperſtitibus dictis ſuis filiabus, & dicto Iacobo filio ſuo exbannito. demũ deceſſit dictus Iacobus ſuperſtite ſibi Franciſca eius filia, & à dicto Iacobo ſuo patre dotata. Quæritur viſo teſtamento prædicto, & viſo ſtatuto prædicto, an dictum teſtamentum valeat, nec ne? Item quæritur viſo teſtõ patris dicti talis Iacobi banniti, & condẽnati, an aliqua dictarum ſuarum filiatum, & ſororum dicti banniti, & pro quanta parte, & quæ ipſarum attentis omnibus ſtatutis, & teſtis prædictis ſuccedat.

1 † Quia bannitus non poteſt eſſe præſens, ſicut ſtatutum requirit, perinde eſt, ac ſi quo ad hoc non eſſet in rerum natura, vt ff. de contrahenda. l. 1. in fi. ff. de bon. libe. l. ſi necẽ. §. ſi deportatus. ff. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. & ideo ad ſequens caput ſtatuti veniendum eſt, dum dicit: & ſi careret viro, filijs, alio filio & c. Nam caret filio quo ad hoc, quæ filium habet inhabilẽ. ff. de excuſat. tuto. l. non ſolum. §. ſi libertus. quia ergo dicti nepotes nõ conſcripſerunt, nec fuerunt præſentes, dictum teſtamentum fuit nullum, ex quo ſequitur bona teſtatricis dictæ pertinere ad proximiores venientes abinteſtato: quia enim bannitus non adiuit hæreditatẽ, non poteſt confiſcari & nihilominus hæreditatẽ non aditam pro parte ſua tranſmiſit ad filiam. C. de his, qui ante aper. tabul. l. vnica. & quia filia non eſt bannita, debet effectualiter habere hæreditatẽ: nec fiſcus habet aliquod ius in hoc, fient ergo quatuor partes dictæ hæreditatis ab inteſtato: & quælibet venit pro parte quarta; quæ ſunt tres filiæ, & vnica neptis ex alio filio. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Peruſio I.V.D. & ad fidem me ſubſcripſi.

CONSILIVM CCCC.

1 *Super ſententijs, & præceptis, quæ tranſiuerunt in rem iudicatam non poteſt impetrari reſcriptum à Principe, per quod impediatur effectus pronũciationis.*

2 *Priores, & camerarij non poſſunt facere iniquum ſtatutum, ex quo generetur præiudicium finale, vel perpetuum, vel ad tempus incertum alicui ſpeciali perſonæ.*

Pro parte Zannini Zechichi procuratoris Vanatelli Petri Mercatoris de Peruſio petitur coram Dominis Conſulib. mercatorum renouatio cuiuſdam licentiæ dudum conceſſæ per eorum prædeceſſorẽ contra filios Lucæ Angelini, opponitur contra dictam renouationẽ ordinamentum factum in fauorẽ dictorum filiorum Lucæ per dominos priores, & camerlengos, per quod inhibetur iuriſdictio ſingulis officialib. contra prædictos filios Lucæ: & indicuntur feriæ, prout in dicto ordinamento continetur. Obijcitur, quod dictum ordinamentũ non valet: neq; domini priores, & camerlengi iuriſdictionem habuerunt condendi dictum ordinamentum.

Quæritur pro parte dictorum dominorum conſulum, quid iuris: & vtrum dicta licentia debet renouari, viſis ſtatutis communis Peruſij, & ordinamento quæritur, quid iuris eſt? Viſo dicto puncto, & dicta reformatione diligenter inſpecta, dico non obſtante dicta reformatione dictam licentiam reformandam, ſeu renouandam: Et hoc triplici ratione. † Primò, quod ſuper ſententijs, & præceptis, quæ tranſiuerunt in rem iudicatam, nõ poteſt impetrari reſcriptum à Principe, per quod pronunciationis impediatur effectus: vt C. ſent. reſc. non poſ. l. fi. & ſi non poteſt impetrari à Principe, ergo nec à prioribus, & camerarijs. Secunda ratio eſt, quia etiam ſi fieret per modum legis, vel ſtatuti, non traheret ſe ad cauſas finaliter terminatas, in Auth. vt cum de app. co. in prin. & no. extra de conſt. c. cognoſcentes. per Compoſt. † Tertiò, quia priores, & camerarij non poſſunt facere iniquum ſtatutum, ex quo generetur præiudicium finale, vel perpetuum, vel ad tẽpus incertum alicui ſpeciali perſonæ: ex eo quod poſſunt exceptionẽ dilatoriam concedere ad tempus certum alicui ſpeciali perſonæ, tamen non poſſunt ad tẽpus incertum; & quod poſſet eſſe perpetuum. C. de prec. Impe. offe. l. quot. ff. quod quiſq; iur. l. 3. §. ſi is, pro quo. & not. ff. de pollic. l. Toties. per Bar. & d. l. 1. in prin. quod quiſq; iur. Ex quo ergo non tenet dicta reformatio quo ad principale, non tenet quo ad pœnale. ff. ad l. Falc. l. Seius, & Augerius. Item conſules mercantiæ habent iuriſdictionẽ à cõmuni Peruſij: & ideo nõ poteſt eis auferri per minus conſilium. ſ. prioris, & camerariorum: quia inde debet naſci priuatio curæ, vnde naſcitur collatio curæ: vt in Auth. de defen. ciui. §. interim. &c. Et ita dico, & conſulo ego Baldus de Peruſio vtriuſq; Iuris Doctor, & aduocatus mercantiæ ciuitatis Peruſij &c.

CONSILIVM CCCCI.

1 *Si reperiantur duæ ſcripturæ de eodem contractu, & manu eiuſdem notarij admodum diſcordantes, quid iuris eſſe debeat: puta, quia vna reperitur apud gabellam, alia reperitur in ſcripturis notarij. & nu. 4. infrà in conſiſeq.*

2 *Inſtrumentum publicum ex abbreuiatura ſumi poteſt, & redigi in formam authoritate iudicis ſupplentis ex ſuo officio, quod deficit.*

3 *Iudex debet deferre iuramentum illi, qui habet maiorem adminicula.*

1 Punctus † talis eſt, ſtatutum eſt in ciuitate Cort. quod omnia publica inſtrumenta ſuper contractib. ritè factis faciat Vicarius, ſiue rector teneri, & obſeruare ei, cui facta fuit, vel rogata, vel eius hæredibus: niſi inſtrumentum factum fuerit in fraudẽ, & probatum. Et ſi aliqua abbreuiatura, vel protocollum alicuius notarij defuncti inueniatur ex ſua litera, vicarius, ſiue rector teneatur ei dare fidẽ, ac ſi eſſet publicum inſtrumentum: & hãc, & tenere ei firma. & hoc locum habeat in præteritis, & futuris. Item quod ſi in aliquo protocollo, vel rogitu, vel abbreuiatura in regiſtro alicuius notarij, qui viuat, vel mortuus ſit, inueniatur aliquis defectus, niſi ſit ibi tota ſubſtantia contractus, habeatur, & credatur, ac ſi eſſet tota forma, & ſubſtantia appoſita: & iudex cauſarum ciuiliu n, ad quẽ ſpectat cognitio ipſius, ipſum contractum ſic defectuoſum executioni mandari teneatur, non obſtante defectu, ac ſi tota cõtractus forma eſſet ibi appoſita. Item eſt aliud ſtatutum apud

apud gabellã ſic dicens: Statutum & ordinamentũ eſt, ꝙ omnes notarij de ciuitate Cort. & eius Burgi ĩ quinq; dies, & de comitatu ĩ octo dies à die celebrati contractus teneantur cũ effectu aſſignare officiali gabellæ, vel ſuis notarijs, officialibus, & mittere ſub breuitate verborũ omnes contractus, quos conficient vel rogabunt: videlicet nomina contrahentiũ, quantitatẽ, rem, diẽ, & annũ: ita ꝙ verè perueniat ad manus ipſius officialis ſine defraudatione, &c. Modò accidit, ꝙ reperiuntur ſcriptæ duæ abbreuiaturæ manu ciuſdẽ notarij, vna apud librum gabellarũ huius continentiæ & tenoris: videlicet Gulielmus quon. Ceri. Nerius quondam Andreæ de Corton. de bonis, & hæreditate quondã D. Chriſtophori olim Vgutij phyſici venerunt ad tranſactionem: & D. Nerius dedit eidẽ Guliel. omnia iura, quę haberet in hæreditate dicti Chriſtophori pro ſex libris, quas cõfeſſus fuit habuiſſe dictus Nerius, &c. die 22. Februarij.

Alia verò abbreuiatura reperit in quodã folio in libro eiuſdem notarij ſcripta manu dicti notarij, cuius tenor apparet ex forma copiæ, q̃ vobis mittit, in quo deficit locus, dies, & teſtes: & variant in precio; quia dicit pro precio 450. lib. prout in ipſa continetur. Modò petitur, dictã abbreuiaturã repertã in libro notarij prędicti executioni mandari vigore dictorũ ſtatutorum non obſtantib. aliquibus defectib. in ea exiſtentibus. Conſiderato etiã, ꝙ de p̃dictis ſit fama in ciuitate Cort. & viuit vnus teſtis, qui p̃dictis interfuit. Item q̃ritur, cui debet deferri iuramentum, an hæredib. dicti Nerij, vel reo: non obſtante, ꝙ ſit magna quantitas, cum reus habeat pro ſe famam, & teſtẽ adhuc viuentem. † Prædictæ conſultationi rideo, ꝙ ex abbreuiatura p̃dicta ſumi põt publicũ inſtrumentũ: & redigi in forma authoritate iudicis ſupplendo ex ſuo officio ea, q̃ deficiunt: & q̃ iuris ſunt: & q̃ in facto cõſiſtunt ſupplendo extrinſecis probationib. & conſiecturis, extra de fi. inſtr. c. cum P. tabellio. & ibi per Io. And. publicum inſtrumentũ ſupplendo in his, q̃ deficiunt ex induſtria iudicantis, vel per ſcripturã aliã eius manu confectã in eodẽ, vel ſimili negotio, vel p teſtes, vel per cõfeſ. partis, vel p ſimiles conſecturas. ff. de leg. 1. l. ſi filiabus. & l. ſi ſeruus pluriũ. §. fi. de vſu. l. qui ſemiſſes. de leg. 2. l. vnũ ex familia. §. fi. & l. cũ pater. §. cũ imperfecta. de pet. hær. l. vtrum. ff. quod fal. tuto. l. 2. de pign. act. l. vel vniuerſorũ. & no. in Spec. de inſtr. edi. §. 1. ver. quid ſi abbreuiatura. & Hoſt. & Io. And. in d. c. cum P. tabellio. nõ obſtat igitur alias, quin ex dicta abbreuiatura ſumi poſſit dictum inſtrumentũ authoritate iudicis: quia in ea deficiat dies, locus, & teſtes; tñ debet ſuppleri iudicis authoritate habita coniectura, vel p̃batione veritatis per teſtes in ſufficienti numero: vel ſi ſit minus ſufficiens teſtiũ numerus, ſupplendo per iuramentũ partis, & per famã, & alia concurrentia ſigna dictis iuribus. & ſi fama adminiculũ cum vno teſte cõcurrat, & maximè ſi fama ſit adminiculatiua aliquo iur. ſimili coniectura, tñ facit plenam probationem, & de viſu in ciuilibus cauſis. & ff. de teſti. l. 3. §. eiuſdem. & quod ibi no. ſuper verbo confirmat. de excuſ. tut. l. 2. §. 1. & ibi per Dy. extra de teſt. c. de teſtib. & per Cy. de prob. in l. proprietatis. per Bart. ff. de q̃ſtio. l. 1. §. 1. & in l. admonendi. & hoc etiam ponit Spe. in ti. de noto. cri. §. fama. verſ. fama. & in tit. de teſte. §. reſtat. ver. hoc tñ fallit. cum gl. 4. q. 3. Itẽ Spec. & ſic non erit hoc

3 caſu neceſſariũ iurãm. † Et ſi iudex vellet vel putet expedire probationes ſuppletionẽ indigere, tutius poterit iuramentũ deferre illi, qui pro ſe habet tot adminicula: quia in illam partem inclinare debet, pro qua plura adminicula, & argumenta cõcurrunt, & de facili aũ ſupplementum eorũ moueri per ſacramentum deferendũ ei, q̃ huiuſmodi adminicula pro ſe habet: & non ei, aduerſus quem ſunt in 10. col. de conſuet. recti feudi. §. ſacramentũ. vbi eſt rex. no. ad hoc, & arg. in d. l. 1. §. 1. ff. de q̃ſtio. & d. l. 3. eiuſdẽ. ff. de teſti. Non ob. natura cauſæ: quia nõ de re minima eſſe dicitur; qa tñdetur ad hoc, ꝙ magnitudo cauſæ cõſideratur ſecundũ conditionẽ perſonarum, vt in auth. niſi breuiores. Itẽ ſecundum breuitatẽ articuli, ſuper quo venit deferendum iuramentum. ſ. ſuper eo, quod venit ad fundandam de ſe totã intentionem partis, an ſuper eo, quod venit ad declarandum obſcuritatẽ fundamenti, & adiuuandum intentionem, quod reputatur leuius & facilius. probatur hoc in l. hæredes palam. §. ſed ſi not. & ibi no. ff. de teſt. Item magnitudo cauſæ ciuilis non remouet remedium iuris ex diſpoſitione alicuius legis: ſed eſt quoddam magiſtrale dictum fundatum ex cõparatione ciuilium magnarum cauſarum ad cauſas capitales. Quæ comparatio cadit, q̃n cauſa eſſet de omnib. facultatibus; vel de maiori parte patrimonij illius, cui iuramentum veniret deferendum: quia ex hoc ſuſpicio oritur, in §. item inimicitiæ. quæ non contingeret dici in proprijs terminis. & hoc in facto eſt: & etiã habendus eſt reſpectus ad coniecturas contrarias, q̃ remouent ſuſpiciones: vt l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. & ꝙ ex hoc, ſuper quo iurari quæritur, non fundatur radicaliter intento, ſed quædã obſcuritas & ambiguitas orta ſuper ſcripturis notariorũ ſuper negocio cõfectis, quę faciliorib. probationib. amouetur, quaſi intentio ſimpliciter fundaretur, vt d. §. ſed ſi notã. cum ſua gl. † Et

4 ſimiliter ſupplendo circa ſummam omiſſam, videlicet numerũ de quinquaginta ex ſcriptura exhibita apud gabellam per eundem notarium. Non ob. ꝙ in omnib. non cõcordat cũ dicta abbreuiatura relicta inter protocolla dicti notarij; quia gabel. minus plenè edidit. Vnde in hoc, ꝙ ibi deficit, ſtandũ eſt originali, vt ff. de eden. l. vbi. & in eo, quod in originali minus ſcripſit, ſuppleri debet ex eo, quod plus adiecit apud gabellã. C. de teſta. l. error. ff. de codic. l. fi. de reg. iu. l. ſi librarius. & d. l. vtrum. de pet. hær. & ſic per iudicis induſtriam ad conſonantiam reducendo dictas varietates, vt locus ſit veritati. ff. de prob. l. fin. C. de Iuſti. Cod. comp. §. quibus. nec ex diuerſitate ſummarum infertur, ꝙ diuerſi fuerunt contractus, ex quo in protocollis notarij nõ inuenitur, ꝙ inter eos fuerit niſi vnus contractus. ff. de leg. 3. l. patronus. §. Sempronius. & §. liberti, de manu. teſta. l. qui habebat. & infertur ex hoc, ꝙ in altero eorum ſit error, & ꝙ tm̃ ſit vnus & idem cõtractus errore ſublato de medio, vt d. §. Sempronio. & §. libertis, quod debet fieri per ſigna coadiuuantia vnã de diuerſis formis prædictis illã præferendo, & in ea parte, & reliquã in alia, cui adminicula, & ſigna extrinſecus ſuffragãtur: & cui atteſtãtur extrinſecæ probationes, & cõiecturæ, vt d. §. ſacramentum. & ff. de teſt. l. ob carmen. §. ſi teſtes. & de hær. inſt. l. his verbis. §. fi. Et ex omnib. vnam verã colligendo ſententiã, & ſecundum illã inſtrumentũ in publicã redigi facien. formã. C. de nouo. C. compo. §. colligentes in vnam ſanctionem, quæ in varijs conſtitutionibus compoſitæ ſunt, & ſenſum clariorem facientes, &c. Vno addito in prædictis, ꝙ ei, qui non interfuit actui, & qui de conſenſu proprio iurare non poteſt, non debet iuſiurandum deferri, vt no. in l. in bonę fidei. C. de iureiur. Igitur non eſſet dirigendum & deferendum hæredibus contrahentis: ſed ei magis ex eis, qui ſupereſt, videlicet Guliel. præfato.

Et ego Franciſcus de Albergotis de Aretio minimus legum Doctor, conſulo, vt ſupra dictum, & conſultum eſt.

Adidem. CONSILIVM CCCCII.

1 *Quædam ſunt de ſolennitate negocij: quædã ſunt de ſolennitate inſtrumenti: & quædam de ſubſtantialitate & perfectione: & quædam mixtim de ſolennitate actus & ſcripturæ.*

2 *Notarius an poſſit ſupplere, quæ deficiunt in inſtrumento.*

3 *Scriptura vna ſuppletur per aliam: & ex coniunctione teſtium, ſeu inſtrumentorum reſultat probatio.*

1 Super eodem † puncto ſupra proximè præmiſſo conſiderandum, ꝙ quædam ſunt, quæ ſunt de ſolennitate negocij, ſeu contractus: quædã ſunt de ſolennitate inſtrumenti: quædam non dñr propriè de ſolennitate, ſed de ſubſtantialitate, & perfectione: quædã ſunt ſimul, & mixtim de ſolennitate actus & ſcripturæ. De ſolennitate negocij ſeu contractus habemus exemplum in l. quæcunque. §. fi. de pub. cum ſim. De ſolennitate inſtrumenti habemus exemplum in auct. vt præp. nom. Imperat. & no. C. de tab. l. generali. ꝙ perfectione quo ad voluntatẽ ſeu conſenſum, quæ propriè appellatur ſubſtantialitas, habemus. C. de fide inſtr. l. contractus. ff. de teſt. l. ſi is, qui. de leg. 3. l. fideicõmiſſa. §. 1. de mixto habemus exemplum de teſtamento facto per publicũ inſtrumentum: nam ſeptẽ teſtes ſunt realiter de ſolennitate talis inſtrumẽti, & de ſolennitate teſtamẽti, vt plenè colligitur p not. C. de fideic. l. quæ-

2 ſtionem. † Hoc ergo p̃miſſo ſtatutũ intelligo, quantum ad volũtatẽ ipſius teſtamenti, aliàs inſtrumenti. Sed imperfecti quo ad ſolẽnitatem introductã de mero iure ciuili. Si verò in inſtro deſit indictio, vel deſit dies, non vult ſtatutũ, ꝙ inſtrm̃ vitietur. Idẽ ſi deſint teſtes, vel locus. Nam ſoli notario credi vult, quod bene fieri põt per conſuetudinẽ vel ſtatutũ, vt extra de fid. inſtr. c. cum dilectus. in auth. vt præp. nom. Imperat. quod incipit, in nomine. in fi. q̃ dicit, ꝙ talib. ſeruanda eſt cõſuetudo, ſeu lex municipalis. † Conſiderandũ eſt etiã, ꝙ q̃n ſuper eodẽ duæ ſcriptu-

tæ proferuntur, vna suppletur & determinatur per aliã. de leg. 2.l.Sempronius Proculo. Sicut enim ex cõiunctione pluriũ testium optima resultat probatio. Item ex coniunctione plurium instrumentorũ. ff. de eden. l. si quis ex argentarijs. §. si initium tabularum. & ex mixta cõiunctione testium & instrumentorũ, vt no. Inn. de fid. instr. c. cum Ioannes Heremita. vbi est sciendum, q̃ in ista probatione mixta ei debet applicari nomen probationis: quod plurimum in hac re potest. ff. de statu hom. l. quæritur. Vnde testes prædicti ad confirmandam fidẽ instrumenti accedunt instrumẽto tanq̃ principali: & per hoc ipsum instrm̃ debet probare, & meretur executionem datã instrumentis à statutis: cũ in instrumento consistat origo probationis: testes verò veniunt ad coadiuuandum. C. de eden. l. fi. Ex quibus concluditur instrumentum, de quo quæritur, valere: & executionẽ mereri vigore statuti, quod incipit. Item si aliquod protocollũ, &c. Nam istud instrumentum dici debet, ex quo statuto iuuatur, & testibus confirmatur. C. de proba. l. iubemus. testibus enim venientibus ad declarationem instrumenti non dicitur fieri principalis probatio per testes, sed per instrumentũ, vt ff. de prob. l. hæredes palam. §. sed si no. nec agitur ex probatione testium. ff. de iureiur. l. sed si possessori. §. fi. sed instrumento attribuitur robur & virtus. C. de test. l. publicati. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio V.I.D. &c.

CONSILIVM CCCCIII.

1 *Hæreditas nõ potest adiri, nisi primò sciat hæres, rerum hæreditas sibi competat ex testamento, vel ab intestato. cum consilio sequenti.*
2 *Filius an præsumatur ignorare testamentum patris, & quid in extraneo. num. 5.*
3 *In consistentibus in animo oportet per coniecturas ire.*
4 *Aditio an præsumatur solenniter facta.*
6 *Vbicunq; aliquid est necessarium ad fundandum intentionem, dato, quòd illud præsumatur à iure, adeo vt in dubio nõ sit necesse probari, tamẽ semper est necessarium allegari.*
7 *Repudiatio facta à cohærede non nocet creditoribus, nec cohæredi.*
8 *Non licet alicui venire contra factum suum, etiam si de iure non tenuit.*
9 *Repudiatione facta per filium de hæreditate paterna, quam post ea cõsecutus, vel substitutus adiuit, an possit filius iterum adire.*

Lucas Francischini de Pergula decedit cōdito testamēto, in quo Andreā suū filiū sibi hēdem, vniuersalē instituit: & si dic. Andr. eius filius decesserit sine filijs, ante quam sit ætatis 20. ann. voluit dictus testator, q Vannes Iunctæ magri Ioan. de Pergula hēat, & habere debeat de bonis suis adueniētē casu illo, vt dicendū est, centū lib. dena. & in residuo omniū bonorū si di. Andr. decesserit sine filijs legitimis J ætatē 20. annō, substituit sibi Nico. Iac. de Pe. vulgariter, pupillariter, & per fideic. deinde superuixit post mortē dicti testatoris di. Van. legatarius: & deinde decessit viuente dic. And. Vltimò decessit dict. And. sine filijs, & antequā perueniret ad 20. ann. & in pupillari ætate supstite Baldutia eius auia p̄na, q̄ nunquā petijt tutorē: & supstitib. p̄dictis Nic. & Pet. substitutis, q Nic. assum̄pserit tutelā dicti pupilli. Nunc quæritur, vtrū hędes p̄dicti Vannis pñt petere dictū legatū centum lib. Sed o quæritur, ad quos debeāt pervenire bona, & hæreditas prædicti Andr. pupilli, seu prædicti Lucæ: & qđ de bonis m̄nis, seu abinde aliunde q̄ctis. q̄ à p̄fe? & q. qđ de parte dic. Iac. q decessit ante dictū pupillū, quid iuris, quæritur?

1 † Super isto primo puncto dicendū est, q cum legatū fuerit cōditionale, videlicet, si dict. Andr. decessit sine filijs, & dict. Vannes legatarius decesserit pendente condi. q tale legatū euanuit: nec peti pōt per hæredes tale legatū: vt C. de cad. tol. §. finaute sub conditione. de reg. iur. l. quæ legata. & not. de his, quæ ante

2 aper. tab. cum si. † Super secundo puncto dicendū est, q dictus Nic. qui tutelam suscepit, si eam suscepit J annum à die scientiæ, succedit ex dicta substitutione pupillo in omnib. bonis pupilli tam à patre, quā vndecunq; venientib. ff. de vul. sub. l. sed si plures. §. ad substitutos. Si autē J annum à die scientiæ nō suscepit tutelam, tunc nō succederet in aliquo dictus subst. vt C. de legi. hær. l. sciant. Sed ipsa auia succederet in totū: nec repelletur occasione nō petiti tutoris: qa cum nō speraret principaliter successione, non pertinebat ad eam ius petendi tutorē. † Scientia

3 aūt testamenti non præsumitur, C. de iure delib. l. quoniā sororem. & q no. ff. de li. leg. l. cum hæres. §. 1. fi cert. pet. l. eius, qui in prouincia. & l. fi. pro suo. & de prob. l. verius. cum s. nisi probaretur, q fuerit præsens in testō: quoniā tunc scientia ex præsentia p̄sumeret. imo veritas est, q omnino veniunt substituti: qa non potuerunt suscipere tutelam, antequam auia repudiaret eam: vnde annus incipit à die, quo auia repudiasset tutelam: & non ante. Cum autem auia statim repudiasset tutelam, & Nic. suscepit ir, satis factum est. l. sciant. & ideo substituti succedūt ex pupillari expressa, quia in totū exclusa. Et ita dico, & consulo, Ego Bal. de Perus. I. V. D & sub fide me subscripsi.

CONSILIVM CCCCXI.

1 *Mater, quæ non petit tutorem filio, excluditur ab eius successione, non obstante, quod haberet legitimum tutorem.*

Factum est tale, Quidā Pe. de Montido habuit duos filios scil. magistrū Io. & Lellum, ex dicto magro Io. natus fuit Io. scil. ex Lara eius vxore. Mortuo dicto magro Io. dict. Lara nupsit sc̄do viro nomine Tosio. & ex dicto Tosio suscepit sc̄dm filiū nomine Frudosium. Et ex dicto Lello natus fuit Collutius: ex dicto Io. natus Michael: ex dicto Frudolo natus fuit Ang. ex ea scil. & domina Stelucia eius vxore. defunctus ita q; primitus Petro, sc̄ndo magistro Io. tertiò Io. quartò Frudosio. quintò Michaele, decessit dictus Angel. superstite dicta Stelucia, quæ nunquā ei tutorem petijt, nec tutelā suscepit, nec tenuit: & pluribus annis steterit superstite Collutio filio Lelli, superstite Cincio filio Frudosi. quæritur. ad quē

1 pertinet hæreditas dicti pupilli? † Respondeo, si dicta Stelucia tempore mortis mariti erat minor 25. annis ad eam pertineat hæreditas. C. si aduer delictum. l. fi. vbi dicitur, q minor non excluditur obtentu tutoris non petiti. Si autem tunc erat maior 25. annis, etiam tunc nemo excluditur; quando dictus pupillus habeat legitimos tutores. secundum gl. l. 3. C. ad Tert sed sc̄dum modernos excluditur: quia nō obstat, q aliàs obstat legitimus, nisi renunciet tutelam. vt in Auth. ma. & aui. & istud est verius, exclusa ergo matre venit proximior dictus Cincius in sc̄pto gradu: licēt non attineat nisi per matrem: & ideo ratione gradus præfertur: vt in auth. post fratres, & in corpore vnde sumitur. Et ita dico, & consulo. Ego Bal. de Perus. V. I. D.

CONSILIVM CCCCXII.

1 *Stante statuto, quod mulier dotata, &c. an filia succedat in bonis patris, vel fratris.*

Factum est tale, Quidã nomine Masciolus comitatus Assisij cõtraxit matrimoniũ legitimè cum dña Rosa de Bai. Patrogriani dictis comitatus Assisij, ex quo matrimonio sic cõtracto præfatus Masciolus habuit duos filios, videlicet Andricum, & Cecham eius filiã, & Passaram de dicta Baiacoste: & ei dedit in dotẽ 40. lib. denari. Deinde euenit casus, q̃ Rosa mater eius, & dicti Andrici moriẽ ab intestato superstitib. sibi dictis suis filijs. & dicto Masciolo eius viro, & patre ipsorũ. successiuè moriẽ Masciolus ab intestato superstitib. sibi dicto Andrico, & Cecha suis filijs. demũ moriẽ Andricus ab intestato sine filijs superstite d. Cechæ, & sorore, q̃ mõ viuit: ex quib. oriẽ quæstio inter fratres cõsobrinos di. Cechæ ex parte vna, q̃ dicũt † q̃ di. Cecha in bonis, & hẽditate di. Masciolo quondã sui patris, & di. Andrici sui fratris in aliquo nõ succedit: cum fuerit dotata à patre suo, vt prædicitur: obstãte statuto ciuit. Assisij, quo cauetur, q̃ mulier dotata, &c. quod statutũ opponiẽ. ex aduerso rñdet parte d. Cechæ, q̃ ipsa nõ obstãre dicto statuto, & omnib. supradictis de iure succedit in bonis di. Masciolo sui patris, & dicti Andrici sui fratris. nũc quæriẽ ex narratis, quid iuris: verba aũt statuti prædicti sunt hæc. Si qua mulier fuerit dotata à patre, vel à matre, fratre, vel auia, vel ab aliquo, nõ possit, nec debeat ipsa, vel filius ex ea descendens recurrere, vel venire ad hæreditatẽ, vel successionẽ alicuius eorũ dotantiũ: nec aliquid petere, vel habere de bonis, & super bonis alicuius prædictorũ dotantiũ quocunq; modo, quousq; ex prædictis, vel aliquo prædictorũ fuerit, & remanserit filius, nepos, vel pronepos, vel hæres masculus de legitimo matrimonio natus descẽde. ex eo, vel ea veniens in successione prædicta. Sed ipsa mulier sic dotata esse debeat sua dote contenta: & ipsa, vel aliquis ex ea proueniens, vel succedens, vel descendens in bonis alicuius prædictorũ nõ possit aliquid petere, vel habere: testamentis, vel vltimis voluntatib. factis semper saluis. Viso puncto, & statuto, quæstio stat in hoc. vtrum illa verba statuti, quousq; ex prædictis, &c. intelligantur ex prædictis patre, auo, &c. an vero intelligantur ex prædictis, de quorũ successione tractatur. Nam si intelligantur primo modo, nõ succedit filia dotata: sed frater patruelis defuncti, qui est descendens masculus aui istius defunctæ. Si autẽ intelligantur ex prædictis, de quorũ successione tractatur: tunc succedit filia: quia ex eo, de cuius successione tractatur, nullus extat masculus. Sol. dico, q̃ debet intelligi ex prædictis, de quorũ successione tractat: quia talis interpretatio minus habet iniquitatis. & p̃t in ea saluari significatio illius verbi, ex p̃dictis: cũ s̃ de succ. & per cõsequens de his, quib. succedit, fecit mẽtionẽ. ff. de legi. l. in ambigua. de reg. iu. l. sp in dubijs. & hoc verũ, nisi cõsuetudo latius interpretaretur hunc sermonẽ. ff. de lega. l. si de interpretatione. nõ ergo refert, à quo sit dotata: sed bñ refert, an ex eo, de cuius successione tractaẽ, extãt masculi descendentes, qui excludũt fœminã. Transuersales aũt nõ excludunt: qa absurdũ esset, vt C. de fideic. l. cũ acutissimi. de inst. & sub. l. generaliter. de libe præt. l. maximũ vitium. cum si. Et hoc etiam confirmatur per illa verba, veniens in successione prædicta cum ipsa muliere dotata & sic innuit de descendentibus defuncti. Ille ergo, qui de iure communi veniret cum ea, excludit eam: non autem ille, qui excludit filiam, qui non veniret cum filia: quia est extraneus. Ego Baldus de Perus.

CONSILIVM CCCCXIII.

1 *Satisfiare, an debeat ille, qui tenetur alteri aliquid reseruare: & num. 2.*

An ille, qui post mortẽ tenetur alteri aliquid reseruare, debeat de eo post mortẽ restituendo satisdare.

1 † vñ, q̃ sic, C. vt in pos. leg. l. cum Archimedorã. In cõtrariũ vñ, q̃ nõ, quia inducit votũ captandæ mortis. C. de pa. l. fi. hinc est, q̃ licet pr̃ teneatur filijs legitimã reseruare, tñ non tenet̃ de reseruando satisdare. ff. de lib. agno. l. fi. quia viuente patre filij nullũ ius habẽt in legitima, vt ibi no. p Dy. ad idẽ. ff. ad Treb. l. Imperator. simile habemus, pr̃ dotẽ, quã pro filia dedit, & recuperauit, tenet̃ reseruare in sequens matrimoniũ: tñ interim nõ debet filiæ de hoc satisdare. C. de rei vx. act. l. tam in præsenti. & auc. sed quamus. Sol. aut loquimur in satisdatione, aut in nuda cautione, id est absq; fideiussore, vel pignore, cum interuenit pignorũ traditio. Sed si dẽ loquimur de satisdatione: tũc refert, aut sunt personæ, inter quas nõ cadit ciuilis obligatio: vt inter patrẽ, & filiũ in ptãte: vt ff. de cõd. & dem. l. frater à fratre. & tunc aut pr̃ dilapidat. & tũc auferẽ sibi rerũ administratio. aut nõ dilapidat: & tunc non: sed liberè pater possidet. ff. ad Treb. l. Imp. Aut de personis, inter quas põt fieri ciuilis obligatio: vt inter matrẽ, & filiũ: & inter extraneos. & tunc refert, aut imminet onus reseruationis ex præcedenti ordinatione testatoris: & realiter̃ est satisdandũ. ad Treb. l. Imp. ff. qui sat. cogan. l. inter oẽs. l. i. §. si quis sub cond. vt l. no. cau. In qua satisdatione omnis qualitas, & cõclusio vltimę voluntatis adeo videt̃ repetita, vt nõ censeatur talis promissio loco contractus: sed loco vltimæ voluntatis quantum ad transmissionẽ: vt ff. de leg. 2. l. bellissimè. & sic cõtractus causatus ab vltima voluntate eius naturam assumit: quia in eius locũ subrogatur. aut imminet onus reseruationis ex præcedenti ordine contrahentiũ: & tũc debet interponi cautio. ff. de act. emp. l. si quis seruum. §. & præterea. Et intelligo, q̃ debeat cauere arbitrio boni viri, vt si persona sit suspecta, satisdet. Si vero sit idonea, nõ satisdet, vt no. ff. mand. l. si mandato. §. fi. bona tamen sua tenetur obligare verbaliter: nõ dico, q̃ tenetur tradere loco pignoris: nam verbalis obligatio bonorũ creditori prodest, & debitori non præiudicat, vt no. in l. fi. C. quæ res pig. ob. pos. ergo debet interponi, ar. ff. sol. mat. l. 2. vers. nisi. ff. de aqua plu. l. 2. §. idem Varus. Et quod no. in l. 2. §. fi. dubitet̃. ff. de iud. aut imminet onus reseruationis ex dispositione legali: & tunc aut lex vltra procedit mandãdo satisdari simpliciter, & absolutè: & tũc satisdandũ est. & si omittitur satisdatio ab homine, supplet̃ à lege, quia fingitur promiss. ff. de adop. l. his verbis. ff. de vulg. substit. l. causa cognita. Sinautẽ lex vltra procedit nõ simpliciter, & absolutè, sed cum distinctione. tunc vbi lex distinguit, & ibi similiter distinguamus. Nam aut vterq; offert satisdationem: & præfertur agens, qa habet ius in actu potentius. nam ius in actu potentius est, quã ius in potentia. ff. de exce. do. l. purè. in prin. & in dubio præfert̃ ille, ad quẽ primo loco ius pertinet. C. de edi. diui Adr. tol. l. i. ff. de leg. 2. l. si quis seruũ. §. certũ. ff. de bo. lib. l. si filius. §. & sine dubio. aut alter offert satisdationẽ in forma debita, alter non: tunc præfert̃ satisdans in forma debita aut neuter offert: & tunc præfert̃ in pari negligentia, vel in potẽtia agens, qui habet ius rei, magis quam reus, qui habet ius spei. C. de sec. nup. l. hac edictali. §. is illud. Aut lex nõ procedit vltra, sed solum mandat reseruari nõ autem mandat satisdari: & iste est propriè

2 casus noster, † qa statutũ mandat dotẽ reseruari filijs primi matrimonij pro virili. & est quæstio, an sit satisdandũ de restitutione: & vñ, q̃ sic. ff. de iud. l. in omnib. sol. mat. l. si constante. §. quoties. ff. de priuil. credito. l. si creditores. In contrariũ vñ, q̃ nõ: qa ex isto statuto oritur condictio ex. l. municipali, quæ est stricti iuris. ff. de cond. ex lege. l. i. in inst. de act. §. actionum. sed in stricti iuris iudicijs non est satisdandũ futuro creditori, vt no. in d. l. in omnib. nisi aut suspicio imminear: vt l. si creditores. aut dolus debitoris intercedat: quia impetrauit ius iniquum. C. de prec. imp. offe. l. vniuersa. Sed quæstio nostra est in condictione ex lege, & ideo dicendũ est, q̃ in casu nostro satisdatio præstanda nõ est. nam statutũ figit pedes in reseruatione: & nõ disponit quicquam de satisdatione. Item istud statutũ est onerosum, & cõtra ius commune, vnde nõ extendam ipsum, nec multiplicabo inconueniens. ar. ff. sol. mat. l. si verò. §. de viro. cautio autem quælibet prodest, & cauenti non nocet: quia nõ interponitur cum damno cauentis. & illa forte interponenda est. vnde mater cauerit de dote seruanda secundum formã statuti absq; onere fideiusdan. vel traditione pignoris. Cauebit tamen sub hypotheca bonorũ, iurium suorũ. & sic erit nomen mariti obligatũ: ipse autẽ maritus nõ cogitur cauere liberis primi matrimonij: quia cum eis non contraxit, vt C. de act. & ob. l. sicut. ff. commo. l. incommoda. §. sicut. Si emẽ cautio nõ habet in eadẽ persona alterius causæ originẽ: non tenetur quis cauere ad originẽ noui cõtractus: quia non habet præexistentem materiã, ex qua pendeat cauendi necessitas: quia regulariter nemo cogitur contrahere. & ita est hic: quia iste non cõtraxit cum priuignis, sed cum vxore: nisi vxor mallet, q̃ in persona liberorũ formaretur promissio restitutionis, vt d. l. i. §. 2. ff. sol. mat. quia tunc si ei nõ noceat, tenetur promittere: prout ibid. plenè no. sufficit ergo liberis simplex cautio matris: qua præstita iste vir sẽdus poterit agere ex iure sibi cesso contra hæredes primi viri. Ego Bal. de Perus.

CONSI-

CONSILIVM CCCCXIIII.

1 *Forma per legem, vel statutum data, & non seruata in contractu, in quo iuramentum intersemt, an à tali iuramento recedi possit.*

Casus talis est, Quidã Massius de Gualdo ex vna parte, & quædã Dõnina de eodẽ loco ex alia parte cõpromiserunt in quosdã arbitros de omnilite, & cõtrouersia, q̃ esset inter eos occasione diuisionis bonorum communiũ, vel alia quomodoliber: & iurauerũt dictę partes laudum ferendũ per dictos arbitros ratum habere: & nõ venire cõtra: deinde laudũ latum fuit per dictos arbitros, & cauet̃ per formam statuti dictæ terræ, q̃ partes cõtrahentes teneant̃, & debeant facere registrari cõtractus, & instrumenta ascẽdentia lib. 50. in quodã libro existenti in camera massariorũ communis Gualdi. x. dies à die celebrati contractus, & si prædicta seruata nõ fuerint, ex nunc cõtractus contra dictã formam non valeat ipso iure: & nulli partiũ de tali cõtractu resultet actio petendi, vel agendi vigore cõtractus nõ registrati, vt præmittitur: cum dictus contractus cõpromissi fuerit à 50. lib. s̃, & pp negligentiã partis nõ fuerit registratus sẽdm formam dicti statuti, & sit nullus ipso iure. Quæritur, nunquid posset peti eum pronũciari nullũ non obstante iuramento præstito in dicto contractu cõpromissi: & non petita absolutione iuramẽti prædicti per dictum Massium: cum dictus Massius nõ veniat cõtra dictũ compromissum, & laudũ ex forma dictorum compromissi, & laudi: sed tm̃ ex negligentia partis nõ registrantis, nec registrari faciẽ-

1 tis dictũ contractũ. † Vbi est data forma per legẽ, vel statutum contractui, si nõ est obseruata, & est iurarũ: quandoq; per iuramentũ recedi põt, q̃nq; non. nam siquidẽ forma est data fauore contrahentis, p̃ recedi ab ea, si iuretur. extra de iureiur. c. cum mulieres. & in auth. sacramẽta pub. Sed si est data forma probatoria, à tali forma non põt recedi, licet iuretur, vt plenè no. per Bart. ff. de fideiu. l. si quis pro eo Et ideo si cõtractus requirit insinuationẽ, si nõ insinuetur, nõ valet iuramentũ: quia nõ p̃t insinuationi renunciari, vt no. doc. C. de sacros. eccl. l. illud. sic est in proposito, vnde si nõ fit insinuatio, ex tali cõtractu nõ resultat ius, neq; probatio: nec dẽ esse periurus, qui iuris authoritate vtitur. ff. qui satisd. cog. l. pen. C. de non nu. pec. l. fi. Et maximè qa iuramentũ præcedens nõ tollit defensionẽ, quę postea nascitur ex negligentia sequenti, vel ex alia noua causa. ff. de iureiur. l. sed & si possessori. §. 2. Ex quib. concludo, q̃ nõ debet reputari periurus: quia rationabiliter statuti beneficio vtitur, cum l. vicem apostolici teneat. & iuramentũ relaxare possit, vt legitur, & no. ff. de iurepa. l. adigere. §. fi. Et licèt cõpromittere, prout est actus ei electiuus personarũ, non sit cõtractus, nec laudũ arbitratoris transactio. tamẽ promissio de stando laudo est cõtractus, & ista promissio debuit registrari, aliàs est nulla, & sic remanet laudũ sine vllo vinculo obligationis: & per cõsequens inualidum est, nisi partes postea consenserint laudum implendo. C. communia vtriusq; iudicij. l. 2. cum gl. &c. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXV.

Super eo, quod quæritur, an confessio, quod instrumentum dotis fuerit simulatum, facta per vxorem viro, &c. vide in quinta parte consi. 471. incipit, super, &c.

CONSILIVM CCCCXVI.

1 *Si sint plures mercatores soci, & vnus ex ipsis de voluntate aliorum conducat merces communes omnium ipsorum, & ipse mercator derobetur in via, vtrum periculum debeat esse commune.*

2 *Communi signaculo appositio omnibus ballis præsumentur balle communes.*

Proponitur quoddã mercatores conuenisse inter se, q̃ quilibet eorũ pet̃ se emerent illã zafarani, seu croci quantitatẽ, quam possent: & empto zafarano illud ad Venetorum ciuitatem portaretur: & q̃ lucrum, & damnum, quod de dicta mercantia peruenisset, commune esset, cum quilibet eorũ emisset duas ballas zafarani: illas sex ballas vnus ex seipsis versus Venetias mittebat. Casus accidit, q̃ dictum zafaranum in itinere fuit derobatũ: & quatuor ballæ emptæ per duos ex eis, qui erant Florentini, fuerunt eis restituitæ aliæ duæ quæ erant portatoris, eo q̃ erat de Camerino, fuerunt

1 sibi retentæ. † Quæritur an periculum sit commune? & in quæstione ista considerandũ est, an istud zafaranũ fuerit communicatum, nec ne. & an portator eius fuit in culpa, nec ne. si enim ballas adinuicem communicauerunt, portator non fuit in culpa: sed casu incidit in latrones, & periculum est cõmune. & quatuor ballæ, quæ supersunt, sunt communes, vt ff. pro soc. l. cum duobus. §. quidã fagariam. hoc enim cõtingit ex natura societatis. si verò ballæ non erant communicatæ, ita quod societas non erat in earum proprietate, sed in redigenda ex eis vtilitate: tunc res domino perit, & non alij: ar. ff. loc. l. in naue Sauselli. & hoc contingit ex natura proprietatis. Accedit, quod in simili no. & legitur. C. loc. l. si damnum. per Cyn. si verò fuit in culpa eundo per loca notoriè non tuta sibi, tunc sibi imputet, ad hoc. ff. loc. l. pen. § naue. ff. pro soc. l. cum duob. ad fi. ff. de cond. ob causam. l. si pecuniam. in fi. lex enim vult, q̃ vnusq; quisq; sit sapiens, & diligens. Ideo eñ natura dedit homini rationẽ, & intellectũ, vt ea vtatur, nec enim frustra natura hoc sublime donũ dedit hominibus. Ideo secundum genera contractuum veniunt genera

2 culparum. ff. commo. l. si vt certo. §. nunc videndum. † Si autem est dubium, an dictum zafaranũ fuit cõmunicatum, nec ne, videtur, q̃ fuit communicatum: ex quo fuit appositũ vnum signale commune omnibus ballis: quia per appositionẽ signaculi videtur mutua possessio tradita, ar. ff. de peri. & commo rei vend. l. i. §. si dolum. In contrarium videtur, quia non fuit consultum: sed remanet incommixtum, & separatum, arg. ff. de rei vend. l. Idem Pomp. & quia in dubio non videtur ista communicatio præsumi, vt no. in l. i. ff. pro soc. Ad hoc facit, quod in mutuo dicitur. Nam vbi non est commixtio, non reconciliatur mutuũ: sed vbi commixtio sic. ff. de sol. l. si alieni. ff. si cer. pet. l. nam & si fur. Sol. si socij asserebant se quilibet habere suas ballas, nõ præsumitur à principio communicatum, ar. ff. pro socio. l. itaq;. Si autem apparet commune signaculum, & nil aliud dictũ, vel factum apparet in contrarium, præsumo factam communicationem: nam omnis contractus præsumitur purus, nisi probetur conditionalis. ff. de ver. obl. l. si ita stipul. §. Chrysog. in fi. §. ergo præsumitur contractus societatis celebratus super re, & dominio præsenti, nedum super precio futuro. nam quod in futurũ tendit, censet̃ conditionale, de ver. obl. l. interdum. de cond. & dem. l. i. in fi. præsumo igitur in dubio purum esse contractũ: & mutua vice hinc inde translatum esse dominium. Ego Bald.

Ad idem. CONSILIVM CCCCXVII.

Vel ponas casum aliter magis vetum in facto, videlicet, duo Florẽtini, & vnus de Camerino nullã inter se habentes societatem conuenerũt de emendo zafaranũ: & q̃ quilibet emeret separatim ab alio illud, quod quilibet poterit emere. modo inter omnes tres emerũt mille quingentas libras zafarani, & quilibet soluit partẽ suam de pecunia propria: & fecerunt sex ballas: & deliberauerũt omnes tres insimul mittere illud zafaranum Venetias per manus vnius ipsorum: & id, quod redigeretur ex dicto zafarano, siue damnũ, siue lucrum, diuidatur inter eos æqualiter, & dictæ ballæ nõ fuerũt signatæ aliquo signaculo alicuius ipsorũ: sed fecerunt super dictis ballis vnum aliud signum, siue signaculum extraneum: ille de Camerino conducebat dictas ballas vsq; ad marinam, & ibi debebat eas facere auiare, & reuertit postea ad domũ suã, & de prædictis non fuit facta aliqua scriptura, nec requisitis aliquib. testibus, nec de aliquo instrumẽto: & sic simpliciter, & pura fide prædicta gesserunt, demũ, & iste de Camerino cõducens dictas ballas fuit captus ad Mathelicam, seu in Mathelica cũm dictis ballis. Modo quilibet istorũ petit dictas ballas ab ipso, qui derobauit. Iste verò derobator voluit scire veritatẽ, cuius ipsorum essent dictæ ballæ: & omnes tres dixerunt, q̃ quilibet habet tertiam partẽ: hoc est, q̃ cuiuslibet ipsorum sunt duæ ballæ: & ita coram prædone confessi fuerunt, hoc audiens derobator restituit quatuor ex istis ballis istis duob. Florentinis vt Florentinis: alias duas sibi retinuit, & retinetur, quia dicit esse illius de Camerino. Modo quæritur, an damnum amissionis illarum duarum ballarum amissarum debeat esse commune omnium

1 ttium, an illius de Camerino tantum? † Natura societatis hæc est, quod si vnus sociorum proficiscitur pro factis societatis, & incidendo in latrones damna patitur, etiam in reb. suis proprijs periculũ est cõe omniũ sociorũ, vt ff. pro soc. l. cũ duob. §. quidã fagariam. & hoc verum, nisi fuerit in culpa eundo per loca periculosa, quia tunc etiam si in communibus, ne dum in proprijs damnum emersit, periculum est ipsius solius. debuit enim insidias præcauere, nedum apparentes, sed verisimiles. ff. eod. l. & si vt cer-

si vt certo §.sed vbi.cũ l.seq. ff. pro soc.l. socius socio. videamus ergo in primis, si isti erãt socij adhuc. Nã in themate proponit, ꝙ quilibet habebat suas ballas per se distinctas vnus ab altero: & societas hãc habebat conditionẽ, & hunc intellectum, si zafaranũ venderetur, vnde casus interim contingens in zafarano impedit societatẽ contrahi, & sic periculũ non est commune, ar.ff. de peri.& commo.rei ven.l.necessario.futuri eñ redditus, seu precij nõ præsentis zafarani societas proponitur. Omne autem, quod in futurum confertur, tacitã habet conditionẽ, si supercrit.ff.de verb.obl.l.interdum.de cond.& dem.l.1.in fi.Non enim habendi zafarani causa, sed vendendi inita societas. ff. pro soc.l.si id, ꝙ.in prin. vbi vẽ expressum. Scdõ videndũ est, an iste fuerit in culpa. & vẽ, ꝙ sic, qa guerra erat inchoata inter illos de Camerino, & illos de Mathelica, vñ cũ ipse esset de Camerino, & ꝓprio odio suæ patrię, & illius inimicitia, & nõ societatis, damnum sit passus, imputet sibi, ar.ff.loc.l.si merces.§.culpæ.& ff. sol.mat.l.in his. vñ si vera sunt, ꝙ in themate ꝓponunt, sibi imputet, ꝙ fuit in culpa: nec præuidit casum, ꝙ sibi ruinã minabat. & iõ habeat sibi dãnũ solus: qa culpã cõmisit solus, &c. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCXVIII.

1 *Fructus rerum paraphernalium quomodo sint restituendi per maritum, & fratres.*
2 *Minor, quando peruenit in eam ætatem, in qua potuit contrahere societatem, debet cum alijs tanquam socius habere suam partem.*
3 *In societate qua veniant communicanda, & nu.4.*
5 *Lucrum, quod venit vero vigore statuti ex dote vxoris, an sit communicandum.*
6 *Socius tenetur reddere rationem de omnibus.*
7 *Expensa facta in rebus societatis ad perpetuam vtilitatem an sint repetenda.*
8 *Filia alterius sociorum non debet dotari de communi, nisi actum sit inter socios.*

1 Ad primum dico, ꝙ † fructus rerum paraphernaliũ tam vir, quã eius fratres, qui ipsos perceperunt, restituere renentur: vt no.C.de pac. conuen. in l. fi. in gl. quid in naturalib.& C.de iure do.l. vbi adhuc. in gl. sicut ergo scilicet medietatẽ. Nã aliã medietatẽ isti, qui sunt laboratores, debent habere iure laboratoris, & operarũ: quia medietas fructuum in dubio attribuitur rei, & medietas operæ. ff. pro
2 soc.l.cum duob.§.in cõeunda. † Ad scdm respondeo, ꝙ postquã fuit ætatis, in qua potuit cõtrahere societatẽ, & operas suas ponere sicut cæteri, debet quasi socius habere partẽ suam, vel saltem aliquam recompensationẽ operarum causa. filius eñ potest esse socius sicut pater, postquã adoleuit. ff. pro soc. l. si id, ꝙ §. si filius. Interim illi, qui nullius sunt operæ, debent ali expensis patris. Si verò aliquã operam in communi præstiterunt, forte eundo post bestias, vẽl porcos, debẽt ali in cõmuni. Nam etiam impuberis aliquæ operæ esse possunt: vt ff. de rei ven. l. cæ-
3 terum. ff. cõmo.l. in reb.§. possunt, in ratione illius.§. † Ad tertiũ dico, ꝙ non venit hæreditas in cõmunione, vt ff. pro soc.l. nec
4 adijcit. cũ l.seq. † Ad quartũ dico, ꝙ debet cõmunicare. ff. ꝓ soc.
5 l. coiri. in verbo, emptione. † Ad quintũ dico, ꝙ dictus Putius vẽ lucratus dictã tertiã partẽ ex causa cohærẽte sibi soli, ita ꝙ non venit cõmunicanda. ff. fam. erc. l. si maritus. Nã est quędã mortis causa capio ꝓp mortẽ vxoris, q̃ venit in societate. ff. pro so. l. nec adiecit. in verbo, causa mortis. & ꝙ cõsequens fructus non sunt cões. f. medietas fructuũ, alia sic, qa iure laboretij est perceptа. Sed veritas est, hoc lucrũ cõmunicandũ esse, vt ff. ꝓ soc. l. ꝙ si eo
6 tpe. vbi est casus notab. † Ad sextũ dico, ꝙ tenetur de omnib. reddere rationẽ taliter, qualiter reddi pt. Nã nõ de omnib. pñt haberi testes: sed in quibusdã statur suo sacramẽto scil. in modicis. Item & in modicis, si nõ personæ qualitas, & verisimilitudo, & iudicis motus cũ hoc cõcurrat. C. de don. l. si quis ꝓ redemptio-
7 ne. C. de iure delibe. l. fi. §. in cõputatione. in gl. † Ad septimũ dico, ꝙ expensę ad ꝑpetuã vtilitatẽ factę repetunt̃. tñ fructus quatenus debent restitui mulieri, seu viro cõmuni nomine suo, & vxoris, seu suo proprio nõ curo, cõpensabunt, ar. ff. de rei vend.
8 l. sumptus. & ꝙ no. eo. tit. l. cũ in fundo. † Ad octauũ dico, ꝙ non debet filia alterius sociorũ dotari de cõmuni, nisi actũ sit. ff. pro socio. l. si socius pro filia. quia istud nõ esset diuidere, sed percipere, id est ante partẽ habere. & ita tenet Spec. in tit. de iud. §. sequitur. vers. quid si vnus ex fratribus. Ego Bald. de Perus.

CONSILIVM CCCCXIX.

1 *Si per statutum filia fœminæ excludantur à successione, & dicatur, quod sint contentæ dote sua, si sint dotatæ, & non, quod dotari debent arbitrio propinquorum, & si contingat filiam decedere, antequam nubat, & sit aliqua dos taxata fuerit per propinquos, numquid mater succedens sibi possit aliquid petere in bonis patris ipsarum.*
2 *Quod debetur filio loco legitimæ, vel dotis per statutum, an transmittatur ad matrem.*

Adeuidentiam dicendorũ præmittẽdum est statutũ infrascriptum: videlicet, ad decus spectare ciuitatis, & gloriã opinamur locupletes habere subiectos: & aggregationibus mulierũ facultates non minui, masculorum maximè in ac. & consilia mulierũ repetiantur interdũ aduersus bonos mores, & commoda propria laborare. Ideoq; statuimus, ꝙ si aliqua persona decesserit ab intestato superstite filio, vel filijs masculis, vel nepote, vel pronepote, & deinceps aliquo ex se decedente, qui masculus fit: dumtamẽ coniunctus fuerit defunctæ personæ per lineam masculini sexus per eundẽ sexum continuati, ꝙ tales ad supradictorum successionẽ admittantur in totũ, etiã ꝙ filia, vel filię vna, vel plures: aut nepris, vel neptes, & deinceps aliqua ex illa pręmortua persona descendens coniunctę illi personæ per masculinũ, vel masculinos filium, vel nepotes, vel alios descendẽtes masculos nõ admittãtur ad successionẽ defunctæ personæ cum vno, vel pluribus masculis. supradictis filiabus autẽ, & alijs supradictis, quas diximus nõ debere ad successionẽ admitti, vni, vel pluribus taliter prouidimus, ꝙ id tm̃ de bonis defunctæ personæ habere debeant, ꝙ eis pro dote fuisse datũ monstrabitur. Cęterũ si nulla dos data fuisset, illud solum de bonis defunctę personæ habere debeant, ꝙ proximiores de parentela mulieris, tres scilicet ex parte matris, & tres ex parte patris, si potuerũt inueniri, & si nõ potuerunt inueniri, duo ex parte patris, & duo ex parte matris: dumtm̃ valeant reperiri, super hoc fuerunt concorditer arbitrati: inter quos si qua discordia verteret, iudiciũ accedat, & authoritas ptãtis, qui pro tpe fuerit: & ipsius dicto ꝙ omnia pareat semp cõsideratione habita diligenti, si mulier voluerit, aut spreto mũdo tpali aliam virã eligere, quid, & quantũ sit ipsi tribuendũ, inspecta quantitate, & qualitate, & facultatibus personæ: dumtm̃ ꝓpea, quæ dicta sunt, nõ debeant dores constitui alicui mulieri de bonis aui, vel ꝓaui materni, & deinceps aliquorum descendentiũ. Sed in illis obseruetur, ꝙ leges, & iura constituunt, vt admittant ad successionẽ defunctæ personæ cum filio, vel filijs: aut deinceps descendentibus masculis supradictis: nec in testamentis ascendentibus liceat extraneis personis, vel locis dimittere, ꝙ excedat tertiã partem bonorum suorum: & si fiat, nõ valeat: sed duæ partes debent ab intestato venientibus applicari. Non autẽ hoc intelligatur, q̃n testator relinqueret ꝑ restitutione malè ablatorũ, & ꝙ liceat patri, & alijs ascendentibus exhæredare filios, & nepotes, & alios descendentes ex causis approbatis à iure. Præmisso dicto statuto casus talis est. Titius decessit relicto vnico filio masculo ex prima vxore, & relictis duab. filiab. ex secunda vxore, & similiter relicta sęda vxore intestatus, nulla dote cõstituta eiusdẽ filiab. suis, nec aliquo eisdem filiab. designato pro legitima, aut nomine dotis: demũ decesserunt istæ filiæ in pupillari ætate, & sic j̃ nubilẽ ætatem cõstitutæ superstite dicta matre suã, quæ se fecit hæredem dictarũ filiarũ suarum. Modò quæritur, an dicta mater tanquã hæres prædicta habeat aliquod ius petendi aliquid in bonis dictis patris ipsarũ vigore dicti statuti, vel aliquo alio iure? In hoc siquidem dubitationis articulo si vellẽ prolixũ extẽdere sermonẽ, & charitas occupare, possem hic inserere, ꝙ scripsit Ric. Ma. in quadã quæstione, quã Pad. disputauit, quæ incipit, habet cõsuetudo, & statuta ciuitatũ, &c. in qua cõcludit, ꝙ debitũ bonorũ subsidiũ filiæ debitũ debeatur mortuo testatore incontinenti filiæ, & si decedat, ad hæredẽ suũ transmittat. nec per statutũ tolli possit, cũ succedit loco legitimæ, q̃ omni dilatione, & grauamine remotis purè debeat, ergo idẽ in eo, ꝙ debet vigore statuti, vt purè debeat: & sic transmittat, si decedit interim filia. Sed tñ cõsidero, ꝙ tãtus vir forte nõ bene determinauit: & quia Dy. vẽ sentire oppositũ in l. scimus. in fi. C. de nup. reiectis illis opi. qa nihil
1 ad ꝓpositũ, vel modicũ facientibus † in quæstione nostra, considero verba statuti, quæ quidẽ in quantũ excludunt filias à successione bonorũ paternorũ, propter fratres, sunt odiosa: vt C. de libe. & posth. l. maximum. & de leg. hær. l. lege. In quantũ verò ad aliquid admittuntur, sunt fauorabilia: & odia restringi debent, &

bent, & fauores ampliari: vt ff. de lib. & posth. l. 2. & l. cum quidã. Si ergo statutũ, ꝓuidit filiab. in bonis paternis duob. modis, vno modo iã dotatis, vt sint cõtentæ dote sua, & hoc vsq; ad ver. cæterum. vbi aduersando in facto, & iure prouidet filiab. Nã ver. Alio modo nõ dotatis, in ver. cæterũ. aduersatur superioribus in facto, & in iure: cum ista non sit copula. facit, ꝙ no. in l. 2. §. lenociniũ. ff. de adul. & l. mariti. §. fi. eo. tit. & l. 2. §. fi. ff. ne quis eũ, qui in ius voc. &c. & l. 2. §. 1, de don. & l. patris, & filij. §. fi. de vul. & pu. subst. vnde filiab. iam nuptis prouidetur, vt sint contentæ dote sua. nondũ verò nuptis prouidet circa dotẽ tm̃, nec eñ ibi facit mentionẽ nuptiarum: vnde non expedit expectare nubilẽ ætatẽ. sed statutum prouidet filiab. nondum nuptis, vt incontinenti mortuo patre possunt petere, ꝙ propinqui in statuto cõprehensi prouideant sibi de bonis paternis. & hoc fuadet fauor filiarũ, qui ampliari debet. suadet & ratio naturalis, quæ vult, ꝙ mortuo patre filiæ in bonis paternis ius habeant: vt in Auth. de hær. & fal. §. 1. & §. prohibemus. & l. cũ ratio. in prin. de bo. dam. l. scripto. in fi. vnde vi. & l. in suis. de lib. & posth. cũ si. Sed quantum postea debeatur, veniat declarãdũ postea per propinquos:
2 quos. † & illud ius sic eis applicatũ in solatiũ, siue tristitiæ transmittent ad matrẽ. facit l. 2. ad orfi. hoc probo. certum est, ꝙ vbi legatur optio alicuius serui alicui antequã optet nullus sibi debetur: vt C. de op. leg. l. cum optio. quia opertet, ꝙ prius declaret voluntatẽ suam: & quasi conditionale censetur legatum. C. eo. de leg. l. si duob. in prin. ff. de op. legati. l. illud, aut illud. quod magis filiæ in casu nostro istud ius sibi competit in bonis paternis succedens in loco legitimæ, eiusq; naturã sapiens, quæ legitima purè, & sine mora filijs debebatur, per l. qm̃ in prioribus. & sic purum, & simplex, & sine mora, licèt declarationẽ expecter parentũ: non vt ius habeant in bonis paternis per declarationẽ parentum, sed vt per declarationẽ eorum sciatur, in quot bonis ius habeant. Si eñ rectè aduertantur verba statuti in ver. cæterum. vbi id solũ de bonis defunctæ personæ propinqui, debeãt arbitrari, an filiæ in bonis patris ius habeant, sed quantũ de bonis paternis habere debeant, transmittunt ad matrem. nam (vt dixi) filiabus incontinenti mortuo patre vigore statuti ius competebat adeundi iudicẽ, vt cogeret propinquos ad declarandũ, quantum de bonis patris habere debeant: non autem an ius habere debeant in bonis patris: & illud ius sit purum, transmittit ad matrem: quæ mater ex illo iure sic applicato in bonis paternis filiabus suis petere poterit, vt propinqui filiarum in statuto comprehensi declarent, quantum in bonis paternis filiæ suæ habere debebãt. & illa bona sic declarata debita fuisse filiabus applicabuntur matri. Et his paucis sum contentus: quia scribitur, pauca sapiẽti dic. cui loquor: & multa intelliget, vt no. in Auth. de cõsangui. & vter. fra. circa principiũ. coll. 6. Et ita dico, & cõsulo ego Bartholomæus de Capitibus. Vaccæ de Padua.

Addem. CONSILIVM CCCCXX.

1 *Commissio arbitrandi facta in aliquem tam in vltima voluntate, quàm inter viuos, an & quando habeat conditionem.*
2 *Filia an transmittat dotem adhuc sibi non taxatam ad matrem si ante statu. &c.*
3 *Debitum bonorum subsidium transmittitur.*

Super puncto præmisso, & præsuppositio, ꝙ statutũ valeat, videndũ est, quid statuũ velit. & dico primo, ꝙ statutum prouidet descendẽtibus masculis admittendò eos ad virilem successionẽ in totum filiabus exclusis, & hoc vsq; ad ad ver. filiab. autẽ. Secundò prouidet ipsis filiab. & hoc triplici casu. primo, cum sint dotatæ statuendo dotẽ penes eas remanere. Scdo, quando non sunt dotatæ prouidendo ipsis scdm arbitrium propinquorum. Tertiò specialem casum ponendo ibi, ꝙ si ingredi monasteriũ, &c. Primus casus durat vsq; ad ver. cæterum. Scdus casus durat à ver. cæterum. vsq; ad ver. semper cõsideratione, &c. Quæstio nostra est super ver. cæterum. an prouidentia istius ver. sit conditionalis, ita ꝙ filia mortua ante hoc
1 arbitramentum latum, nil transmittat. † Et ad euidentiã distinguendi sunt tres casus. quando q; commissio fit in alicuius arbitrium inter viuos: & tunc tacitã habet conditionẽ: si de substantialibus compromittatur scil. si at bitratus fuerit. C. de contrah. emp. l. fi. ff. de ver. obl. l. si qs arbitratu. quãdoq; fit in vltima voluntate: & tunc aut est expressa conditio, si arbitrabitur, & est conditionale, an, & quantũ. aut nõ est expressa conditio: & tunc nõ est conditionalis dispositio, sed incerta quantitas. prima facie scdm interpretationẽ iuris non est incertitudo: quia tanta est, quanta debet esse arbitrio boni viri. ff. de leg. 2. l. 1. quandoq; commissio fit per legem. Et hic est considerandũ, an ista commissio reducatur ad similitudinem vltimæ voluntatis, an ad similitudinem dispositionis inter viuos. ibi pro certo dico, ꝙ lex disponens de successionibus reducitur ad intellectũ vltimæ voluntatis: & nõ ad instar cõractus ff. de reg. iur. l. si quis. de leg 1. l. si fundum. per fideicõmissum. §. Iul. de leg. 2. l. codicillis. §. pen. Qui eñ non testat̃ expresse, vẽ illud ordinare, ꝙ de successione
2 ordinat lex, vt no. C. de col. bo. l. 1. §. vel maximè. † Ex qua theorica in proposita quæstione concludit, ꝙ ordinatio statuti non est conditionalis: quia nõ est in ꝑte propinquorũ, sed in ꝑte bonorum virorũ. licet ergo prima facie sit obscura portio, non tñ est conditionalis dispositio. & ideo transmissibilis ad heredẽ. Nec obst. ff. de ver. obl. l. qui Romæ. §. Augerius. vbi post mortẽ non potest declarari, quia ibi loquitur in contractu, vel in conditione expressa, hic verò nulla est conditio. Item nõ obst. si dicatur, ꝙ finita est causa finalis prouidendi puellæ arbitrio coniunctorũ, ex quo puella decessit, quia hoc nego, quia cum loco
3 legitimæ debitæ iuris communis auth. succedat, eiusdẽ naturæ debet esse. Certum est autem, ꝙ † debitum bonorum subsidiũ transmittitur. C. de in off. test. l. si quis filium. ar. de suis, & legit. l. apud hostes. nam si transmittitur hereditas ad matrẽ, ergo multo magis legitima iure naturę debita. pro causa eñ finali est ipsa natura accidens præter naturã, id est matrimonium. & sic non ob. quia alio casu loquitur scilicet cum puella vult ingredi monasterium. nam si talis casus, seu conditio, &c. ff. de cõd. & dem. l. Titio cen. §. Titio genero. & in Auth. de sanc. epis. §. sed hoc in præsenti. Item non obst. versus semper considerationẽ habita. quia alio casu loquitur scilicet cum puella vult ingredi monasterium, nam si talis casus scilicet cõditio est, habet locũ ille versus. Sed nõ sumus in illo capite statuti, sed in capite generali, in quo statutũ non loquitur conditionaliter. aliud est eñ substantiæ actus conditionẽ inferre, aliud declarationem quantitatis, vel portionis in arbitrium conferre. casus est in d. l. ff. de leg. 2. & confirmantur prædicta. quia licet argumentari de leg. ad verba testatoris, vt ff. de manu. test. l. si ita fuerit. §. conditionem autem. qui rex. ad conclusionem est multum notabilis. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCXXI.

1 *Instituto filio sub conditione non potestativa, & in casu defectum non exhæredato, an debet, quantum est legitima, illa conditio reijci, an verò possit dici testamentum nullum.*
2 *Statutum, quod exantibus masculis filiæ dot. ætæ non succedant, &c. quomodo intelligatur.*
3 *Dicta in præcedentibus an intelligantur repetita in seq. & nu. 6.*
4 *Dictio, autem, est aduersativa præcedentibus. & nu. 7.*
5 *Statutum potest legitimam filiorum minuere.*

Super eo, † quòd nuper in dubiũ reuocatur, posito, ꝙ dicta institutio in 400. fuit conditionalis, nunquid reijciatur per l. qm̃ in priorib. & l. omnimodo. C. de inoff. test. Aduertendum, ꝙ de iure communi, vel reijceretur illa conditio, quantum est in legitima per prædicta iura scdm opi. gl. in l. suus quoq; ff. de hær. instit. & l. si pater. C. de instit. & sub. sub cond. fa. vel scdm opi. communẽ doctorum posset dici testamentũ nullum, quasi filia sub cond. non potestativa instituta, & non exhęredata in eius defectũ sit præterita. & in tali conclusione nõ loquitur dicta lex, qm̃ in prioribus. in quo nõ insisto, quia non expedit ad casum nostrum, & dubium est magnũ: & iam vidi magnorũ doctorũ cõsilia pro, & cõtra. † Sed dubiũ, ꝙ hic fit, consistit in virib. & mente statuti positi sub rub. ꝙ mulieres dotatæ, &c. ꝙ incipit, filiæ seu mulieres, &c. Et vbi tractatur de successione ab intestato, nõ est dubiũ, ꝙ nõ excludereñ filia, nisi masculis fratrib. seu liberis masculis taliũ fratrũ, &c. vt expresse dr̃ in prin. dicti statuti. Sed hic tractatur de successione ex testõ: quia Ioannes olim pater Victoriæ posthumæ eam instituit in 400. lib. &c. & sic decessit condito testamento, quo casu insurgit dubium, an statutum prædictum requirat existentiam fratrũ, seu liberorum in ea parte, in qua vult, & disponit filiam esse cõtentam datis, vel relictis à patre, & sic prout datum, vel relictũ fuerit, &c.

rit, &c. & excludi à petitione supplementi legitimæ, & facultate infringendi testũ, &c. an verò simpliciter intelligatur talis mulier exclusa, etiã si non extent fratres masculi, vel liberi masculi talium frattrũ, &c. Et hic aduertendũ, q̃ statutum prædictũ habet duas partes principales. prima, quę loquitur de succes. ab intest. à prin. statuti prædicti vsq; ad ver. ex testamento autem. abinde in antea loquitur de successione ex testamẽto, quamuis postea in sequentibus inferantur aliqua de successione ab inte. quæ nõ pertinent ad casum nostrũ. pro primo autem, q̃ requiratur superexistentia fratrũ masculorum, vel liberorũ frattrum,
3 &c. † omnia iura faciunt, quæ dicunt, q̃ dicta in præcedentib. intelligant in sequentib. repetita, vt l. Titia. §. idem respondit. ff. de ver. obl. l. quemadmodũ. in fi. ff. ad l. aqui. §. hoc tñ capite. vñ illa verba posita in prin. statuti, extãb. frattrib. masculis, &c. debent intelligi repetita in ver. ex testõ autẽ. licet ibi nulla fiat mẽtio de fratrib. &c. pro hoc. quia verba prędicta, extantib. frattrib. masculis, &c. faciunt conditionẽ, cum sint ablatiui absoluтè positi, vt l. à testatore. ff. de cond. & dem. l. eunctis. ff. de vsu. & conditio præcedentib. adiecta intelligit in sequentib. repetita: saltẽ q̃n nõ vitiat, vt l. cũ pater. §. ab intestato. ff. de leg. 2. & l. licet. ff. de leg. 1. & l. fi. §. 1. ff. de fideic. libe. cum si. pro hoc facit, quia verba generalia sequentia restringuntur, & declarãtur per præcedẽtia, ar. l. fi seruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. l. hæredes palam. in prin. ff. de rest. Pro hoc etiã facit, quia statutum, quod est stricti iuris, & odiosum, debet restringi, declarari, & adaptari ad ius cõmune, inquantũ potest, arg. l. vt gradatim. §. sed si lege. ff.
4 de mu. & ho. & l. 2. C. de noxa. cum si. † pro hoc ẽt fortius faciat dictio, autẽ, posita in statuto ver. ex testõ autẽ, &c. cuius natura aduersari est præcedentib. vt l. hoc amplius. §. his autẽ. & ibi no. ff. de dam. infect. & in his, quæ sunt eiusdẽ generis, vt l. mariti lenocinium. §. fi. ff. de adult. ex quib. vĩ, q̃ disposita in statuto prædicto in verbo, ex testamẽto, &c. intelligi, & restringi debeãt. s. extantib. frattrib. masculis, &c. vt ponit in prima parte statuti. Sed his non obstantib. vĩ veritas esse in cõtrarium, ponderatis verbis, & mente statuti: pro quo primò facit generalitas dispositionis statuti in illo verbo, ex testamento aũt, &c. in quo nunquam amplius fit mentio de frattribus masculis, quæ erat facta in prima parte statuti, qua tractat de succ. ab inte. nam in dubio standũ est verbis gñalib. vt l. 1. §. gñaliter. ff. de leg. præstã. & l. 1. §. in re igitur dubia. ff. de exerci. cum multis si. Pro hoc facit diuersitas rationis inter primam partẽ, & secundam statuti. Nam primæ partis ratio est solus agnationis fauor in psonis illis, in quibus fit mentio in prin. statuti Scilicet quæ autẽ partis est ratio, & fauor vltimæ voluntatis, vt liber sit eius stylus. in auth. de nup. §. disponat. & l. 1. C. de sacrosc. eccl. Modò restringitur per iura, quæ vo-
5 cant filios ad legitimã. † voluit eñ statutum ipsam minuere, q̃ potest, iuxta no. per Dy. in c. indultum. de re. iu. li. 6. & per Cy. in l. sancimus. C. de nup. cum moderamine tñ, videlicet si tñ sit illud datũ vel relictum mulieri, q̃ posset cõmodè maritari, &c. aliàs ad supplementũ posset agere: vt expressè dĩ in secunda parte statuti prædicti. Nam posito, q̃ fratres masculi extarent, nemo diceret, q̃ ĩn alium nõ posset testator de bonis suis disponere ex gñalitate statuti, ergo. &c. pro hoc etiã facit: quia hæc verba, extantib. frattrib. masculis, &c. posita in prin. sunt verba fa-
6 cti narratiua, & quæ conditionẽ faciunt, vt dictum est. † sed alia in prima parte legis, vel statuti prolata non intelliguntur repetita, etiã si lex sit pœnalis, & sic odiosa, vt colligitur ex tex. cũ gl. in l. 2. in prin. §. iuncta. l. 4. §. eritq; differẽtia. ff. vi bo. rap. ergo, &c. Hoc videt consonum menti statuti prędicti, cuius mens, si bene ponderetur, est in ver. prædicto, ex testamẽto autẽ, &c. Nouam dispositionem facere in multis à præcedenti: primò in eo, q̃ loquitur de filia etiam nõ dotata. secundò in eo, q̃ loquitur de superioribus pro auo ibi, & deinceps. &c. tertio in eo, q̃ limitat, dummodo datũ, vel relictũ mulieri sit tñ, q̃ commodè posset
7 maritari, &c. † Et etiam si rectè ponderetur dictio, autem, bene aduertabitur hic, & in his, quæ sunt eiusdẽ generis: nam ab intestato repellebatur in totum secũ formam primæ partis statuti: ex testamẽto autẽ, vel codicillis admittitur. & bene dixi in his, quæ sunt eiusdẽ generis. Nam disposita in ver. ex testamẽto autẽ, &c. habent bene locũ extantib. frattrib. masculis, &c. Sed & non extantib. per iura statim allegata. Ex his satis patet intelligenti responsio ad obiecta, nolendo verba ampliare: quia hic posset discuti tota materia dictorũ in præcedentibus an intelligantur in sequentibus repetita, quæ est longa, & diffusa. & etiã de significato dictionis, autem, quæ multa significata habet in iure, aliquando ponitur inceptiuè, aliquando restrictiuè. &c. in quo vlterius non insisto: & remitto ad nota. per Bart. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infect. &c.

Ego Franciscus de Ramponib. legum doctor prædicta, vt supra dixi, & manu propria subscripsi, & sigillaui.

Ego Ioannes de Lignano idem, quod supra, sentio, & propria manu subscripsi, & sigillaui.

Ego Ant. de Presbyteris legum doct. vt ẽ dictum est, consulo, & sigillum meum in signum præmissorum apposui, &c.

Ego Io. de Casalli legum doct. nunc ciuis, & habitator ciuit. Ferrariæ me propria manu subscripsi: & sigillum meum, &c.

CONSILIVM CCCCXXII.

1 *Substitutio, qua substituitur pupillo cum hac conditione, si decesserit sine liberis, an intra tempora pubertatis censeatur directa, an verò toto tempore dicatur fideicommissaria.*

2 *Verbum, distribuatur, quid importat.*

1 **Statutum,** †& declaratio, de quib. ẽ fit mentio, non disponunt in casu nostro: qa nõ loquunt, vbi pater, nec filius fecit testamentũ. vñ scimus statutũ, & debemus seruare ius cõmune: & maximè quia statutũ est odiosum: & ideo nõ est extendendũ. ff. de lib. & posth. l. cum quidã. sol. mat. l. si verò. §. de viro. C. de pa. qui fi. di. l. 2. videamus ergo, quid sit de iure cõmuni Et quæstio stat solum in hoc, an dicta substitutio sit directa ĩ tempora pubertatis: quia pupilli decesserũt: an verò sit fideicõmissaria, q̃ videt probari: quia quoties à substitutione tempora distincta nõ sunt, tunc substitutio omni tempore est fideicõmissaria: vt no. C. de impu. & alijs sub. l. precib. sed hic tempora nõ fuerunt distincta: ergo substitutio censẽda est fideicõmissaria. Item quia vbi apponitur simpliciter ista conditio, sine filijs, substitutio fideicõmissaria fieri cõsueuit, & nõ directa, quia videt testator voluisse grauare hæredẽ absq; liberis decedentẽ: vt in ea. l. Itẽ quia vna est oratio verborũ: ergo debet vno, & vniformi modo intelligi omni tempore. Sed istud nõ potest esse, nisi sit fideicõmissaria, quæ omni ætate, & omni
2 tempore cõueniens est: vt no. in l. centurio. & no. in substitutione de pup. sub. §. extraneo. † Itẽ apparet hoc ex verbo, distribuatur, q̃ exigit ministeriũ dantis: ergo est verbum obliquum, non cõmune: ergo ista substitutio est fideicommissaria ex vi sermonis obliqui. C. de vsufruct. l. si quis ita. & ff. de vsufr. leg. l. fundi Trebatiani. In contrariũ vĩ, q̃ substitutio sit directa in pupillari ætate. primò, quia cũ pt valere iure directo, ergo est censenda directa potius, quã obliqua, vt c. si pater. de testamentis. li. 6. sed hic pt valere directò, nã vñr executores instituti ad distribuendum pauperib. C. de epis. & cle. l. si quis ad declinandã. extra. de test. c. cum tibi. Sol. quia in dubio debemus sequi mentẽ testatoris etiã taciturn: & etiam contra matrem, vt no. in d. l. precib. in gl. parua. & C. de testa. mil. l. in testamento. sed hic apparet de mente testatoris: quia dixit, residuũ verò totum. & sic loquendo directa substitutio significatur, quia si esset obliqua, defalcaret: sed directa non recipit falcidiã. Cum ergo ille, qui vult effectũ, velit etiã modũ, ex quo talis effectus sequit. l. 3. de mil. testa. de acq. hær. l. illud. concluditur, q̃ substitutio directa debet iudicari ista, ergo si fit in quibusdã permissio, videt in cæteris prohibere. C. de proc. l. maritus. C. de pac. conuen. l. fi de neg. gest. l. qui alia. §. libertus. de mil. testamento. l. tribunus. §. vlt. sed hic maritus prouidit vxori in certo relicto: ergo fuit de mẽte testatoris, quod plus de bonis suis non haberet, & licèt nesciuit dicere, pupillariter substituo, tamen pro expresso debet haberi, C. de testamentis. l. indignum. C. fam. erc. l. quoties. Certè de hoc habemus gl. ord. insti. de pup subst. §. qua ratione. ff. de vul. sub. l. verbis ciuilibus. & Cyn in l. precibus. & Ioan. And. in d. c. si pater. & ita tenet Bart. in l. centurio. & ita etiam consuluit. Et ita hic idem credo propter illud verbum, totum. Nam hoc non potest esse, nisi sit substitutio directa: quia legitima detraheret per mattẽ de subst. fideicommissaria. non obst. verbũ, distribuatur, quia non respicit substãtiam substitutionis: sed modum inter pauperes faciendæ diuisionis, &c. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCXXIII.

1 *Vxor, cui legatus est redditus, & prouentus omnium bonorum suorum mobilium, & immobilium, non debet habere, quod percipitur ex nominibus debitorum: sed quid de fœtu equorum, & pecudum. nu. 2.*

Andreas

Andreas q. Pet. de Florentia inter alia, quæ in suo testamẽto disposuit, reliquit B. eius vxori red-
ditus, & prouentus omnium bonorum suorũ mobilium & im-
1 mobilium sub quibusdã condi. & modis incertis. † Modò quæritur, an dicta vxor vigore dicti legati debeat habere ea, q̃ percipiuntur ex nominibus debitorum. Ad cuius responsionem dico, q̃ non. quod probatur ex eo, q̃ dicit suorum, &c. quod intelligi debet de his, q̃ ad testatorem pertinent iure dominij, vel quasi, non eorum, quæ sunt in nominib. debitorum. vt l. quintus. §. argento. ff. de auro, & argen. leg. Item dixit, bonorum suorum mobilium, & immobilium: sed nomina debitorũ non sunt mobilia, nec immobilia: sed sunt quoddam tertium genus per se. l. à diuo pio. §. in venditione. ff. de re iud. & in l. quam Tuberonis. §. pe. ff. de pec. quod etiam tenet Iaco. de Are. in l. mouentium. de verb. sig. & ispe. in eisdem terminis de fruc. & interesse. §. 1. vers. 2. Ex quibus concluditur, dictam dominã non debere habere vsumfruct. de nominibus debitorum. Non obst. ff. de vsufruct. leg. l. vxori meæ. quia ibi relictus fuit vsusfructus simpliciter: in quæstione nostra fuit adiectũ mobilium, & immobilium: quod habet restringere significatum verborum, vt dictum est. Item fuit adiectum hoc pronomen, suorum, quod habet restringere significatum bonorum, vt de his mobilibus & immobilib. intelligatur, quæ iure dominij pertinẽt ad testatorem: vt d. l. quintus. §. argento. Et licet in d. l. vxori meæ. fuerit adiectum istud pronomen, meorum: & tñ continet nomina debitorum: illud ideo, qa illud pronomen, meorum, habet illud subiectum omnia comprehẽdens, non restrictum per aliquam adiectionem. sed in quæstione hoc pronomen, suorum, refertur ad substantiam bonorum mobilium, & immobiliũ tantum, & sic restrictum, & non generale omnia cõprehendens. Non ob. gl. quę dicunt, q̃ actiones, & iura iudicantur mobilia, & immobilia secundũ id, quod in actione deuenit: qa illud est verũ, q̃n iura, & actiones de necessitate debent applicari mobilib. & immobilib. quia de eis nihil est dispositum. verbi gratia, dicit lex, q̃ bona immobilia minoris non possunt alienari: sed de nominibus nihil dispositum, iudicabimus de eis, vt æquiparentur mobilibus, & immobilibus filij id, quod in actionem deuenit. hoc autem non contingit in quæstione nostra. Nam de mobilib. & de immobilibus relinquit vsumfruct. vxori: iura vero, & actiones relinquit hæredibus, vt ex serie testamenti apparet. & sic non necesse, q̃ alicui prædictorum. s. mobilib. & immobilib. applicemus nomina debitorum, sed stent in tertio genere per
2 se: vt d. §. in venditione. vt ẽ. probatum est. † Adhuc quæritur, quid de fœtu pecudum, & equorum, an ad dictã dominam perueniant tanquam ad vsufructuariam. an ad hæredes? Ad quod dico, q̃ ad dictam dominam pertinent. Et saluo, quod eorum, quæ consistunt in grege, debẽt in loco mortuorum, vel inutilium substituere secundum formam l. fœtus. §. fi. cum l. sequ. ẽ. de vsufr. &c. Et ita dico, & consulo ego Bald. de Perusio. V. I. D. & ad fidem me subscripsi, &c.

CONSILIVM CCCCXXIIII.

1 *Patruus coniunctus ex vtroq; latere anteferatur coniuncto ex vno latere tantum, sicut in fratribus, & fratrum filiis coniunctus vtrinq; præfertur coniuncto ex altero tantum.*

Punctus talis est, Titius decessit instituto fi-
lio masculo impubere: & idẽ pupillariter, & per fideicommissum substituit, quandocunque decesserit sine liberis Seium, & Lucium fratres ipsius testatoris, & cuiusliber eorum filios in stirpes, & nõ in capita. demum decessit dictus filius institutus sine filiis, & pubes ab intestato, superstitibus dictis Seio, & Lucio patruis suis, & fratrib. dicti testatoris, quorum vnus erat ex vtroq; parente, alter ex patre tñ, quæritur, an ambo patrui dicto filio instituto eorum nepoti pariter succedant, an præferatur dictus patruus, idemq; frater dicti testatoris ex vtroque parente: quæritur, quid iuris est, &c.
1 † In substitutione non cõsideratur duplicitas vinculi: sed cõsideratur tenor, & ordinatio testamenti, vt in auth. de confang. & vterinis frattrib. §. quia igitur. colla. 6. Et ideo quæstio ista non pcedit respectu substitutionis, sed respectu successionis ab intestato, & ista quæstio in hoc, vtrum sicut in frattrib. & fratrum filiis vtrinque coniunctus præfertur ex altero latere tantũ coniuncto: quia duplex ratio, & causa fortior est, quam vnica tantum. & duplici ratione vtens excludit eum, q̃ vnico tñ iure vti posset, vt dicit tex. in d. auth. ibi, & excludunt duplici vtẽres iure eos, qui vno solo vti possunt: & ira & in patruis fit. nam q̃ duplex ratio fortior sit, q̃ vnica, ista vĩ ratio naturalis, quæ vĩ extendi de similib. ad similia. Ex natura ergo similitudinis ita videtur esse: nam id tacite cautum putatur, in quo eadem ratio reperitur. C. de reuo. do. l. his solis. mens enim legislatoris semper rationem considerare vĩ. ff. de excu. tu. l. scire oportet. §. & si manifeste. ff. ad l. Aqui. l. illud. So. hoc vĩ esse verum ex natura correlationũ: nam sicut se habet nepos trãsuersalis ad patruum, & ius successionis, sic econtra correlatiue se habere debet patruus ad successionem nepotis. sed in nepote ad patruum attenditur duplicitas in actiua successione nepotis patruo: ergo idem ecõtra in passiua succe. sienda nepoti: nam correlatiua non possunt separari, etiam vbi agitur de legum correctione. C. de in. vidui. toll. l. fi. Et confirmatur tertia ratione, quia iniquum est alterum succedere alteri, & aliter illum succedere sibi: cum iura successionum ab intestato reciproca esse debeant, vt C. de legi. hære. l. lege 12. tab. vers. & cum aliqua. æqualitas. n. seruanda est: vt ibi paret, & eo. ti. l. memini. post prin. In contrarium vĩ, nam dicti patrui sunt in eodem gradu: ergo pariter succedũt per regulam iuris antiqui, vt ff. de suis, & legi. l. post consanguineos. §. hæreditas. secunda ratio, ibi, dum dicit, si plures sint eiusdem generis, omnib. competit: sed isti sunt in eodẽ gradu agnationis, & cognationis, quia omnis agnatus est cognatus: ergo pariter succedunt. licet. n. vtring; cõiunctus, & sit agnatus, per consequẽs cognatus ex linea paterna. Item si sit cognatus ex maternatñ ex duplici cognationis ratione non auget effectus: satis. n. est inesse alicui qualitatem, quæ sub stantialiter requiritur, licet vni insit per vnam rationem, alteri insit p plures rationes, & causas: vna. n. ratio tñ sufficit, quantũ plures. ar. ff. de succe. edic. l. 1. §. sed videdum. ver. & post hos. Et pbatur hoc aperta ratione: nam speciale est in frattrib. & frattrum filiis, quod distinguatur, q̃n succedunt, an sint vtring; coniuncti, necne. ergo in contrarium est ius cõmune. & q̃ sit in eis speciale, apparet per tex. in auth. de confan. & vteri. fra. ante finem ibi, dum dicit, hæc igit lex in isto casu sit posita, &c. ĩ ibi dum dicit, & sic in huiusmodi casib. &c. & loquit ibi de fratre: sed de filiis fratrũ loquit alia auth. vt fratrum filij. in istis. ſ. frattrib. & frattrũ filiis, q̃n ad succẽssionem vocantur, lex contenta est ponere differentiã suam, an sint vtring; coniuncti, & præferantur ex vno latere tñ coniunctis: & vltra pcedit statuens, q̃ in aliis non attendatur prima differentia. In aliis dico. ſ. remotiorib. vt C. de leg. hæ. aucten. post fratres, & in auth. de hære. ab inte. §. si igit defun. ver. ſi vero neq; fratres. vbi dicit, q̃ si defunctus nõ habet fratres, nec fratrum filios, succedunt agnati secundũ gradũ: sed in casu nostro defunctus non habet fratres, nec filios fratrum, & patrui sunt in eodẽ gradu. ſ. in tertio: ergo pariter succedunt, & pariter vocantur. Præterea q̃ patruus sit vlterior à filio fratris, apparet: qa filius fratris excludit patruum, vt in auth. post fratres. vers. hi autẽ si sunt remotiores. ergo nõ attẽditur nisi gradus. & in ista ratione fundat se Bar. q̃ tenet hãc partẽ in d. l. post cõsanguineos. vbi, p ista parte determinat. & cõfirmatur: qa ista differẽtia vtring; coniũctorum nõ erat cognita de iure veteri: cœpit. n. dignosci p Iustinianũ, vt ipse aperte dicit in auctẽ. de consan. & vter. fratr. in §. qa igitur cõsiderantes. Et statuit Iustinianus nouum ius, quod non habet locũ nisi in casib. in eo expressis. ar. C. de colla. l. illã. cum. n. lex illam differentiã non extendat, immo ad fratres, & fratrum filios succedentes se arctet, & restringat: nõ est vlterius ptrahenda, vt ff. de legi. l. ius singulare. solũm. n. legislator extẽdere potest ea, q̃ sunt in priuilegiũ cõstituta: vt C. de insti. & sub. l. generaliter. §. fi. C. de fideiuſ. l. cum acutissimi. Dicet aliquis, si vtring; coniunctus succedit fratri excluso coniuncto ex vno latere tñ, & sic coniunctus ex vno latere repellitur, nec succedit fratri, qui est ꝓximior: ergo multo minus succedit filio fratris, q̃ est remotior. Sed respondeo, ista argumentatio non pcedit: qa hac ratiõẽ dicere emus, q̃ nec filio filij fratris, qui est adhuc remotior, q̃ est falsum: nam ei sine dubio succedit pariter cum coniuncto vtring; altero patruo magno, vt d. auctẽ. post fratres: quia ergo legem habemus hanc differentiam, & prælationem in patruis inducentem, iuri veteri tanquam incorrecto stabimus: immo tanquam confirmato, quod ius vetus in vlteriorib. à fratre, & filiis fratrum est confirmatum expresse. sed patruus est vlterior, & remotior, licet non gradus dinumeratione, tñ

iuris dispositio. ergo de primo ad vltimum concludendo sequitur, dictos patruos patiter ab intestato succedere. nec reperitur lex, quæ dicat contrarium: quæ enim lex fecit inter patruos hãc differentiam, seu distinctionem? Certe nulla lex hoc dicit. Nõ ob. arg. à simili: qa non est similitudo, vbi non est æqualis iuris dispositio. Item non ob. arg. de correlativis, qa non semp correlativorũ est eadem ratio, & natura. vñ alibi dicimus, ꝙ testũ valet inter liberos coram duob. testib. sed non inter parẽtes. C. de test. l. hac consuluissima. §. ex imperfecto. & §. pe. Item nõ ob. ratio iniquitatis, qa ampliare successiones non est iniquum, sed æquum, in insti. de bo. poss. §. quos autẽ. ex quib. cõcludo, & teneo, ꝙ vterq; patruus succedit sequendo in hoc opi. Bar. fortificatam & declaratã, vt superius patet. Item non ob. C. cõmunia. de succe. auth. itaq;. & quod ibi per Cy. no. qa debet intelligi ꝙ vtrinq; coniunctι præferãtur in casibus expressis iure nouissimo authenticorum: nec. n. possumus ius nouissimum auth. ad correctionem iuris antiqui extendere, nisi in casib. expressis à iure: quia legum correctio strictissimi iuris est, vt no. in auth. quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. Et ita dico & consulo ego Baldus de Perusio V. I. D.

CONSILIVM CCCCXXV.

1 *Interdictum recuperandæ an competat pro iuribus incorporalibus.*
2 *Expoliatio in iuribus incorporalibus li. contest. an. per contradictionem inducatur.*

Visis actis duo puncta principaliter sunt examinãda. primum est circa processum attento libello in iudicio porrecto, qui prima facie vt concernere possessorium ꝓ parte domini Patriarchæ. Secundũ est circa processum attẽto instrumento concessionis, siue compositionis factæ per abbatem, & monachos Sanctę Trinitatis de Brundulo, ꝙ processus concernit ꝓsecutionem petitorij. Circa primum est attendendum, ꝙ in libello pro parte domini Patriarchæ producto narratur qualiter per abbatem facta fuit solutio: & qualiter Patri. fuerit in quasi possessione illius iuris: & qualiter nunc subtrahatur: & pe
1 rebatur reintegratio, siue restitutio. †Circa primum attendendum est, ꝙ licet ꝓ iurib. incorporalib. non competat interdictũ directum recuperandæ, quod competit solum ꝓ reb. soli, vt ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. interdictum. cum l. seq. tñ competit vtile interdictum. ff. de mortuo infer. l. 1. §. item si. ff. de vi, & vi ar. l. 3. §. vnde vi. §. pertinet. ff. de serui. l. quot. & extra de elec. c. querelã. & ibi p Inno. de cã posse. c. cum ecclesia. si ergo hoc competit ei, ꝓ hoc iure seruitutis intentare potuit interdictum recuperandæ, qa hic vt intentatum. nam hoc cõpetit ei, ꝙ possedit, & spoliatus fuit cõtra spoliatorẽ mandantẽ, vel ratũ habentẽ: ꝓbatur extra de offi. dele. c. consultationib. de re. spo. c. cum ad sedẽ. sic fuit hic, nam narrat, ꝙ fuit in quasi possessione, & subtraxerũt: & sic spoliauerunt, & concluditur restitutio: & sic nudum possessorium recuperandæ, licet in fine libelli adijciat, petendo ne turbetur in futurum, quæ videtur sapere naturam interdicti vti possidetis. l. r. & l. si duo. ff. vti pos. & l. vnica. C. eod. & ibi plene no. tamen illud coadaptatur narratis: qa narrat se spoliatum per subtractionem. interdictũ autem vti pos. quod datur turbato, & inquietato: vt l. statim allegata non consonat conclusioni: qa petit reintegrari, & restitui: quod consonat interdicto recuperandæ, vel conditioni, ex c. reintegranda. 3. q. 1. Sed hic obijcietur, in præstationibus & solutionib. personalib. non procedit possessorium, nec petitorium, & sunt correlatiua. ff. de acq. pos. l. 1. in prin. & §. fi. in insti. de ac. §. sic itaq;. ꝙ autem contra debitorem obligatum non ꝓcedat possessoriũ, ꝓbari videt ꝓ tex. ff. quorũ bo. l. 1. Hic attendendũ, ꝙ Petrus in l. si certis annis. C. de pac. motus ista ratione tenuit, ꝙ in ꝓstationib. non sit dare possessorium: quia ibi non est dare petitorium. & dicebat contra c. querelã. aliàs, ꝙ in c. querelã. de elec. erat opus q̃rela. Sed salua reuerentia sua male intellexit. c. querelam. qa ibi loquit de reali seruitute, qua vna ecclesia tenetur alteri, & sic ibi est ius reale: quia vna ecclesia debet alteri, sed in casu nostro hic est ius realis seruitutis, quo monasteriũ de Brundulo tenetur ecclesiæ graden. s. ad præstationẽ annuam duorum modiorum frumẽti: sed opi. Pe. non ꝓcedit in casu nostro, quia hoc ius reale debitum est ecclesiæ graden. à monast. de Brundulo, nec etiam opi. Pet. vera: qa in præstationib. psonalib. esset reperire possessorium, hoc demonstratur: quia ibi est reperire ꝓscriptionẽ. ff. de præscri. l. cum de in rem verso. ergo & possessorium, qm̃ sine possessione non currit præscriptio. ff. de vsucap. l. siue pos. & in c. sine possessione: de reg. iur. lib. 6. & hoc tenet Guli. de Cu. in l. solet. ff. de offi. ꝓcõ. in d. c. querelam. de elec. & c. peruenit. de censib. hic etiam cõtra libellũ obijcieꝫ. nã hic agit ad annuã præstationem duorũ modiorũ, quia aliàs præstita sunt, & nulla causa allegat, quare præstari debeant. & sic obstet d. c. peruenit. 18. q. 6. c. seruitium. C. de pac. l. si certis annis. nam certi sunt modi obligationis inducendæ, vt inst. de oblig. & in rubricis sequentib. Solutio autem, seu annua præstatio non est de illis. Item solutio per se non inducit obligationẽ, qñ inducit liberationẽ: qa solutione eius, qđ debeꝫ, omnis tollitꝫ obligatio, in insti. ꝙbus mod. toll. oblig. in prĩ. ergo non importat obligationẽ. ff. de sol. l. 1. §. hominũ. Item cõpus p se nõ inducit obligationẽ: ergo ambo simul iuncta. ff. de excu. tu. l. spadonẽ. §. q iura. hic attẽdendum, ꝙ obiectio ꝓcederet, vbi ageretur ad annuã ꝓstationem ex eo solo, ꝙ ante ꝓstitum fuerat nulla cã obligationis allegata, sed hic non agitur ad prẽstationem annuam: immo agitur vtili interdicto recuperandæ, qa graden. ecclesia dicit se fuisse in quasi possessione huius iuris, & tunc esse spoliatam, & sic concludendo petit restitui, & reintegrari, & in pristinum statũ reponi. & non est opus, ꝙ causa petitorij exponatur, quantumcunq; etiã prædo, ac spoliatus est restituendus. C. si per vim, vel alio modo. l. fi. extra, de resti. spo. c. in literis. & c. item cum quis. concluditꝫ solutis obstaculis hunc libellum pro parte ecclesiæ graden. porrectum concludere in possessorio recuperandæ ad minus, non attentis verbis in fin. addi. quæ sapiunt naturam interdicti vti possid. quia debent haberi pro non adiectis ponderata conclusione, solum, qua petunt restitui. faciunt not. per Innocen. de iudi. c. examinata. supposita petitione sic concludente in possessorio restat transeundum ad ipsius iustificationem, seu probationem: vbi aduertendum, quod agenti hoc interdicto incumbit onus probandi, quod possederit, & quod spoliatus fuerit per eum, contra quem actionem dirigit: vel quod eius mandato, vel ꝙ ipso rato habẽte spoliationem factam eius nomine: hoc probatur extra de offi. deleg. c. consultationib. iuncto c. ad sedem. de resti. spo. & procedunt hæc in interdicto recuperandæ, quare hic fuit intentatum canon. reintegranda. vel ex capitulo sæpe. nam hæc omnia de necessitate concurrunt. & his probatis fundata est plene restitutio possessionis. Non obstat aliqua exceptio proprietatis, vel criminis, de ordi cog. cap. cum dilectus. de restitu. spo. c. in literis. & c. item cum quis. & cap. ex conquæstione. hæc autem omnia sunt probata per ecclesiam gradensem. s. quasi possessorium, quoniam aliàs solutum est. probata est spoliatio: quia subtractio plurium annor. immo &
2 hodie subtrahitur. † Immo li. contest. per contradictionem in his iuribus incorporalibus inducitur spoliatio, vt no. Compo. de reseri. c. mãdato. faciunt, quæ no. per Inn. c. olim. el 3. de resti. spol. & sic concluditur. ecclesiam gradensem restituendam ad quasi possessionem huius annuæ præstationis, & ad omnia subtracta ex die spoliationis, ff. de vi, & vi ar. l. 1. §. ex die. de rest. spo. c. contra ius. & ibi no. dixi legitime probatum, vt asseritur: quia in processu inserta non sunt dicta testium. illud autem attendendum, an sufficienter probẽt. scripsi ex mihi productis, suppositа probatione legitima, & sic concluditur primus passus, & processus. Circa secũdum passum instrumenti compositionis, seu transactionis Abba. monasterij de Brundulo cum domino Patriarcha initi: quia illud instrumentũ fuit productum li. contest. super possessorio, recuper. sapit naturã petitorij: & actum est solum possessorio, licet adijci possit petitoriũ ad iustificationem ex superabundanti, tamen quia ex illa non concluditur etiam de necessario, sed solum ex possessorio intentato interdicto non est necessarium illud discuti. sed si placuerit ex superabundanti ad conscientias exagerandas, vt appareat medullaciter veritas conscientiæ iuris, si in iudicio deduceretur peritorium, directe, & principaliter scribam, cum mandabit reuerendus pater, & dominus meus dom. Patri. tetigi solum necessaria, attento processu. Et ita dico, & consulo ego Ioannes de Lignano, &c.

CONSILIVM CCCCXXVI.

1 *Statutum excludens filiam dotatam à successione extantibus masculis: an videatur disponere, & privare filiam legitima.*
2 *Filiæ exclusæ extantibus masculis, &c. an transmittant interim masculis extantibus.*
3 *Statutum excludens filiam dotat. extantibus masculis, an interim eneruet funditus existentiam suæ hæredit. an suspendat pure, condissonaliter, vel in diem.*
4 *Ius accrescendi conditionale etiam transmittitur ad hæred.*
5 *Ius accrescendi an in legitima locum habeat.*

Antiquum statutum ciuitatis Perusij dictabat, ꝙ si qua mulier fuit, vel erit dotata à patre vel matre, vel fratre, vel auo paterno, vel materno, vel zio, non possit, vel debeat reuerti ad hæreditatem vel succe. prædictorum, vel aliorum eorum, quousque superuixerit aliquis filius masculus ex ipsa, vel ipso in ipsa hereditate, vel successione, ad quam mulier reuerti vellet & subdit, saluo testamento, & vltima voluntate prædictorum, quod obseruetur: & postea subdit, saluo, ꝙ fœminæ possint venire ad successionem parẽtum, & fratrum, vel aliarum personarum ad se de iure spectantem. Nec obst. si hęres masculus non superfit remittendo dotes suas in hæreditate. Modò accidit, ꝙ ex quadam valde nobili domo de Gracanis de Perusio post mortem domini Philippi militis vltimi masculi nullus extat masculus: dominæ etiam, quæ sunt ex progenitoribus dictæ dominæ processerũt ex dicta agnatione, similiter nullæ extant, sed superfunt ex eis nonnulli filij nepotes & posthumi ex aliis agnationib. seu domibus procreati, qui ad supplementum legitimæ matrum, vel auiarum dictę domus de Gracanis quondam ab ipsorum progentorib. dotatarum volunt venire, & dictum petere supplementum: quæritur,
1 nunquid possint. †Et in primis considerandum est, vtrum istud statutum dispoñat de legitima, & vt, ꝙ non: qa per verba generalia, ꝙ non possit quis venire ad hæreditatem, vel successionẽ, non excluditur à legitima, nisi hoc specialiter dictum fuerit. C. de inoffi. testam. l. si quando. §. fin. Idem ergo, & multo fortius debemus dicere in statuto. nam si pactum liberatorium, quod est fauorabile, non excludit legitimam: ergo nec generalia verba statuti, quod procul dubio mixtum est fauore, & odio. C. de libe. præte. l. maximum vitium. ad hoc facit, quod no. Gul. ff. de transa. l. de his. Contrarium determinare videtur Bart. expresse. ff. de condi. & demon. l. Titio centum. §. Titio genero. in quæstione, quæ incipit, quæro statutum. vbi videtur determinare, ꝙ istud statutum excludit filiam dotatam à legitima extantibus masculis: vt enim filia contemplatione dotis exhæredata per l. arg. ff. de hæredi. instit. l. qui volebat. vel legitima diminuta, & redacta ad ipsam dotem, vt no. C. de nup. l. scimus. per Cy. arbitratur enim statu. dotem esse congruam portionem mulieris dotatæ, & legitima non est aliud, nisi quædam congrua portio taxata legis arbitrio personis, quib. iure naturæ, vel quasi debetur successio. C. de inoffi. testa. auth. nouissima. appellatur enim debi. bonorum subsidium, sed mulieres dotatæ habent subsidium dotis & maritorũ. C. vnde vir, & vxor. l. 1. & succedit loco alimentorum. sed mulieribus dotatis rarò deficiunt alimenta. hanc ergo dotem esse legitimam portionem masculis superstitibus, sine causa statutũ arbitratur. C. de adul. l. publico. per Iac. de Are. & Cy. siue ergo quia interdum integram legitimam statutam habeant, siue, ꝙ à iure communi interim videantur excluſæ, vt eas interim plus petere non posse. & si interim plus petunt, ob. eis exclusio ex l. municipali, quæ censetur peremptoria per tempus incertum. ff. de cõd. inde. l. sufficit. immo & sine exceptione ipsa l. municipalis ob. q̃ cum excludat à succe. principaliter non est necessaria exceptio: cũ actio fundari nõ possit: iuxta ea, q̃ leguñ. & no. C. de transa. l. vbi pactũ. In contrarium consultũ fuit ꝓ excellentes doc. do. Thomã de Corsiuis, D. Frã. do. Bechi de Aretio, D. Fontõ. de Mancianellis, & Collegium Florentinum. dicũt. n. ꝙ si recte considerent verba statuti, non excludunt filiam simpliciter ab hæredi. paterna. sed ex eo certo modo per existentiã quarundam personarum: & earũ contemplatione, & fauore ad tempus impediunt: quod dicunt verba dicti statuti, in quo habetur, quousq; superuixerit aliquis filius masculus, per q̃ verba signatur tempus: vt C. de le. l. 1. de excu. tu. l. Titius. de cond. & de l. si quis ita. temporalitatẽ autẽ ad exclusionem perpetuam trahere non oportet. ff. de pact. l. epistola. §. fi. paret ergo filiam à legitima non esse prorsus exclusam: sed eius petitionem esse ad tempus suspensam, s. donec masculi superuixerint. ista est ipsa veritas in hoc primo puncto, nec Bart. dicit cõtrarium, si bene aduertatur. immo dicit, ꝙ statutum minuit in tempore, non in quantitate, & sic ius prima facie iud. ff. ad l. Fal. in l. Fal. nõ habetur pro puro: qa verbum, quod importat impedimẽtum temporale, diuersum est ab eo, quod importat impedimentum perpetuum, & ꝓcisum: qa primum impedimentum cursus temporis, vel simplici, vel qualificato amouet: secundum autẽ nõ, vt no. in regula nõ firmatur. lib. 6. Nũc videdũ est de secundo puncto, † nunquid istæ filiæ interim descendentes transmittant in suos liberos: & siue dicamus eas exclusas, constat non transmittere, siue eas inhabiles, similiter non transmittunt: siue eas habere ius conditionaliter: vt Bar. sentit in d. §. Titio genero. adhuc non transmittunt: quia iura generalia ad successionem non transmittuntur, siue dicamus datum ordinem prælationis masculorum ad fœminas, ordine isto perfeuerante posterior moriens non transmittit, vt hic probatur aperte. C. de iure delib. l. cum antiquiorib. qui enim agnoscere non potest, non transmittit, vt ibi patet. sed ista filia non habet ius agnoscendi viuentibus masculis: ergo non habet ius transmittendi. & hoc ad literam tenet Barto. ff. ad Turpil. l. fin. in q. quæ incipit, quæro, quid si filia decedat. sed altior est ista inquisitio salua reuerentia præceptoris: considerari enim oportet ius commune, quod defert legitimam: vt l. quoniam in prioribus. & l. quoniam nouella. & l. scimus. C. de inoffic. testam. in auth. de tri. & se. §. 1. & in auth. de rest. & ea, quæ parit. §. quamobrem. defert ipso iure quò ad nomen hæredis in legitima, ita ꝙ dominium continuatur de patre in filio, & filias in potestate.
3 ff. de lib. & posthu. l. in suis. †Oportet ergo videre, nunquid statutum istam existentiam suæ hæred. eneruet funditus, an suspẽdat, & certum est ꝙ non eradicat funditus, vt supra dixi in primo puncto, sed suspendit. Et tunc vltra oportet ruminare, qualis est ista suspensio, an quæ ius purum legitimæ redigat in conditionale, an vero non. Sed si dicamus, ꝙ ius conditionale, sequeretur, quod istud non esset minuere in tẽpore: sed esset mutatio substan. quia ius purum, & conditionale differt vt contradictoria, quia in vno inuenitur natiuitas in alio vero non inuenitur natiuitas. ff. de cond. & de l. nõ ad ea. sed si dicamus, ꝙ dies incerta non faciat hic conditionem, abrumpitur iuris regula. ff. de condi. & de l. dies incertus. si autem dicamus, ꝙ facit conditionem, ergo interim non transmittitur, de cond. & de l. dies incertus. & l. quib. dieb. §. quidam Titio. ibi videtur expressum, qñ dies le. ced. l. ex Titio. vt. n. ex ordine prælationis dato per statu. ꝙ masculus instituti loco habendus: fœminam vero loco substituti, ergo interim moriens non transmittit. ff. de vulg. sub. l. sed si plures. in prin. ff. de suis, & le. l. si ex plurib. In cõtrarium: nam sciendum est, ꝙ qñ persona, cui debetur legitima, non impeditur in ipsa ꝓpter defectum intrinsecum iuris sui, sed ꝓpter defectum extrinsecum alterius personæ, quę suspendit hoc ius, & differt ipsam legem, interim moriens transmittit. C. de inof. test. l. si quis filium. Sed hic cum ordinatio iuris communis procedat circa legitimã, & deferat eam filiæ, & ipsum ius cõmune non sit correctum p statutum in substãtia leg. nec eis quotitate secũdum dubium in tẽpore ꝓpter extrinsecã psonam. s. masculorum, meritò istud cum sua suspensione transmittitur ad liberos filiæ. C. de his, qui ante apert. tab. l. 1. quotiescunque enim non est defectus in iure deferẽdi, sed est suspensio in iure agnoscendi, vel petendi, ibi lex dispensat: vt fiat transmissione impedimentum, quod dictum esset temporale, aut suspensiuum fiat precisum, & perpetuum, vt ff. de acquir. hæred. l. ventrem. & ibi patet in gl. quæ est in prima regula, quam ibi summat Bart. & in reg. Iaco. de Bel. in secunda regula, quæ est, quoties suus hæres habet impedimentum accidentis vel impotentiæ iuris, vel facti, quod interim, &c. & istam regulam tenet ibi Bar. per quam vt rarò ratio sopita. ad idem. ff. ad Sill. l. si quis in graui. §. fi. cum l. se. ff. de contrat. l. illud. §. illis. & quod ibi no. ad idem: quia quãdo per mortem alterius non quæritur alteri ius, sed retro quæsitum potest intẽtare, ibi moriens transmittit. C. quando dies leg. ced. l. ex his verbis. & ita est hic: qa mors masculorum tẽdit ad intẽtionem: non autẽ differt legitimã, sed ius commune iam detulit. bene dici potest, ꝙ ius masculorũ facit interim dormire, sed non expirare, vel eradicare legitimam filiarum, merito filiæ interim morientes transmittunt ius istud, quod habẽt habitu: sed non actu, arg. de mil. test. l. ex militari. §. fi. cum l. seq. ff. de stip. ser. l. liber homo. §. vlt. C. de suis, & leg. l. apud hostes. & C. de cur. fu. l. fi. §. 1. ff. de iur. fisc. l. Lucius. Præterea Bar. in quæstione incipien. Bartholuciæ. consuluit, ꝙ amoto impedimẽto

masculorum per ipsorum obitum ista amotio impedimenti retro fingat impedimentum non fuisse: vel filia præterita secundum eum nõ posset succedere nisi esset illa fictio, cum ipsa succedit: ergo lex fingit, & istud potest esse pro constanti. Sed tunc arguo, mors succes. non impedit istam fictionem: immo habere fingit nõ obstãte morte eius, qui si viueret, succederet, & mortuum fingit retro, & hæredẽ, vt ff. ad sil. l. si exhæred. ergo moto impedimẽto, ꝙ filia interim decesserit: ex quo retro fingitur, transmittit per d. l. si exhæredatus. quæ est vnica ad hoc. & nor. Modò restat respondere ad l. cum antiquioribus. quam allegat Bar. pro casu in d. l. fi. ad Tertu. certe illa lex dicit non transmitti ius repudiatum. sed istud non est ius repudiatũ, sed est ius hæredis, quod transmittit cum sua quali. & natura. ff. de acquir. hære. l. si quis filium. Item illa lex loquitur de regulari transmissione: sed nos sumus hic saltem in transuisione irregulari, & anomala. Item non obst. ablatiuus, remittendo dotes, &c. qui facit conditionem, quæ non potest impleri ab hær. ff. de l. §. test. Nam dico, ꝙ hoc casu non facit conditionem, tex. est expressus in l. prætor. in prin. ff. de col. bon. l. bonorum. & C. eo. l. si soror. cum si. amplius cõsideremus, ista dos in legitima ipso iure computatur: habet ergo filia partem legitimæ pure: in alia parte habet spem per mortem masculorum, moritur interim: certe licet moriatur suo tempore sua pars accrescit, † nam ius accrescendi etiam conditionale transmittitur ad hæredem, vt plene le. & no. ff. de acq. hær. l. qui patri. in ꝓpria. n. legitima ipsius filię suus facit partem per concursum, donec filius viuit, & est quasi coniunctus ipsi filio in hac legitima coniunctione legali, & etiam te. sicut filius coniungitur nepotib. per edictum de coniungen. eo ipso, ꝙ aufert nepotibus partem per existentiam sui hæredis cõperten. in diuidendo cum eis. Sed in casu nostro istud ius coniunctionis diuidendum est, cum quadam tñ temporalitate. s. quãdiu vixerit, vnde eo mortuo reintegratur, & consolidatur legitima: & istud ius reintegrandi, & consolidandi legitimæ transmittitur ad hæredẽ, non tñ ideo qa lex filiam ad tẽpus suspendendo onerat, ideo priuat. nempe aliud est suspendere, aliud tollere. C. de pac. l. si vnus. §. 1. ff. de don. inter vir. & vxo. l. cum hic stat. §. fine. & in iuribus istis habẽtibus causam ad tẽpus, & finem ipso iure ex tempore, & post concursum iuris accrescendi ratione concursus finita. ff. de vsufr. accre. l. 1. §. interdum. & facit quod not. ff. de legat. 1. l. plane. §. si duobus. per Dy. Nec obstat, ꝙ statutum antiquum loquitur solum de filia: quia posthumi veniunt ex persona filiæ. s. iure transmissionis, quæ fit de liberis ad liberos: vt d. l. si quis filiam. quæ specialiter ad hoc facit, &c. Item (vt dixi) propter ius accrescendi de legitima, credo numero ad seipsam: vnde non est extendere legitimam vnius ad legitimam alterius, sed est ad suam naturã per quandam consolidationem. & facit. ff. de coniungen. cum emancip. li. l. 1. §. si quis ex nepotis. Item non obstat præscriptio tempore. quia cũ in præscriptionibus non consideretur ius, ꝓut est in habitu, sed ꝓut est in exercitio, vt l. cum notissimi. §. ibidem. & §. in his. de præscriptione 30. annorum. & dictus Philippus decesserit de recenti, constat præscriptionem non esse decursam: sed ob. ei, quod dixit de iure accrescen. quod not. Bar. ff. de inoffi. testam. l. pater filium. in 2. & 3. quæstione. † Vbi dicit, quod in legitima non habet locum ius accrescendi ex coniunctione legali, quæ est successio singularis, argumen. l. 2. nam in contraria opinione est Dy. & Iacob. Butr. in publica disputatione: eo addito, quia priuile. legitimæ debitæ iuris necesse est, ꝙ habeat ius accrescendi, vt no. omnes doct. C. de inoffi. testa. auth. nouissima. & C. de hære. instit. l. quot. per Iac. & in auth. vt cum de ap. cog. §. cæterum. immo in casu nostro est ius nõ diminuendi. quod. n. abstulerat filiabus de earum legitima concursus masculorum, restituit obitus ipsorum. ius autẽ non decrescendi habet locum ex qualibet cõiunctione, & in qualibet successione, qđ est potius eius impedimenti amissio, q̃ extensio successionis. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio V. I. D.

CONSILIVM CCCCXXVII.

1 *Sponsæ remanent eæ, quæ sibi dantur, vel mittuntur per consanguineos viri secus si per extraneum.*
2 *Emphyteusis ecclesiæ non confiscatur propter delictum emphyteutæ.*
3 *Auia, quæ suscepit tutelam, præfertur sorori in successione pupillaris.*

Factum tale est: Ser Ioannes ser Laurentij de Menania accepit in vxorem dominam Nicolutiam Sechi de Menauia: & sicut est de consuetudine dicti loci, quidam consanguinei ser Io. dederunt ei quædam de donamenta, quæ appellantur mentę. Item mater dicti ser. Io. misit dictæ D. Nicolutiæ quoddam Fronzolo de argento, & quoddam Scaziale argenteum, deinde dictus ser Io. duxit dictam suam vxorem: & postea dictus ser Ioan. decessit. quæritur, cuius debeãt esse
1 dictæ mente, & dictum Fronziole, & Scaziale. † Ad quod sic respondeo. quod ea, quæ dantur, vel mittuntur à consanguineis, vel coniunctis viri præsumuntur mitti, & dari per modum donationis: & ideo debent remanere dictæ Nicolutiæ, vt legitur, & no. ff. de tut. & ra. distr. l. 1. §. sed nonnullos. & §. præterea. ff. de administr. tut. l. cum plures. §. cum tutor. & l. tutor secundum dignitatem in soluendis. & quod ibi not. nam vbicunque est midio, seu munus, donatio appellatur. aut talia mittit vir: & non præsumitur donatio, sed missio ad hoc, vt magis ornata veniat ad eum. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. sed si vir extraneus. §. penul. ff. commo. §. interdum. idem credo in quocunq; mittente nomine sponsi, nam talia reddenda sunt tanquam ad vsum missa, & non propriẽtatem, no. Iac. Butr. C. de dona. ante nup. l. ex his. l. cum in te. cum l. seq. ex his apparet, quæ debent manere apud dictam Nicolutiam: & quæ penes hæredem dicti
2 ser Ioannis eius mariti. & hoc dico ego vester Baldus. † Res emphyteutica ecclesiæ ex delicto confiscari non potest inuita ecclesia, quę habet proprietatem: sed potest retrahere, vt in auth. de alien. & emphyteut. post princip. & not. ff. de damn. infect. l. finita. §. si de vectigal. per Bar. & facit, quod no. in gl. ff. de verb. oblig. l. si ita quis. §. ea lege. & ideo ratione prædicta iuncta ecclesia, quæ est proprietaria, dictam rem possidere non potest
3 de iure, facit quod not. C. de bo. lib. l. 1. † Veritas est, quod si auia materna accepit tutelam succedit dictæ Tancredellæ exclusa Cecha sorore dictæ Tancredellæ ex latere patris tantum. & hoc per text. in authen. de hæred. ab intesta. §. consequens. vnde non cum ascendentibus, & ibi fingitur, nam sicut vtrinque coniunctus excludit ex vno latere tantum coniunctum, sic auus & auia, quia æquiparantur fratri vtrinque coniuncto, vt ibi, & in auth. defuncto. & licet sit auia, & frater consanguineus, vel soror consanguinea tantum in eodem gradu, non tamen possunt in eadem qualitate. nam auiæ, & auo quasi iure naturæ debetur hæreditas legitima, sed non sorori ex altero latere coniunctæ, de inoffic. testamen. l. fratres. coniuncta l. fin. ff. eo. nam & si parentib. plus dico, ꝙ etiam si auia tutelam non susceꝑit, non nocet, quia mater erat in medio, vt no. C. qui pet. tul. nepotib. Et ita dico, & consulo ego Bald. de Peru. V. I. D. & sub fide me subscripsi.

CONSILIVM CCCCXXVIII.

1 *Si apparent duo testamẽta eiusdem testatoris, & per eundem tabellionem, & eodem tempore, & coram eisdem testibus, in quorum altero nulla substitutio continetur, in altero sic, Verum debeat fides adhiberi.*

Casus talis est, † producuntur duo testamẽta eo-
1 dem tempore confecta per eundem testatorem præsentib. eisdem testib. & manu eiusdem tabellionis, in quorum vno cõtinetur institutio hæredis sine substitutione: in alio vero continetur institutio, & substitutio: quæritur, cui debet fides adhiberi, vel dicatur vnum ex eis, vel vtrunque, vel nullum, vel suspectum. quæritur, quid iuris, &c. Si in duabus scripturis eiusdem testamenti apparet diuersitas, aut vnum est ꝓtocollum, sine vlla rasura, suspicione, vel adiectione apparẽte. altera vero est scriptura posterior, & tunc primæ scripturæ creditur tanquam originali: quia origo scripturæ inspici debet, & exemplar, vt in auth. de tabel. ad fi. exemplar. n. non exemplũ inspici debet. & sicut testi credit in primo dicto, sic creditur tabellioni in prima scriptura, vt no. doc. ff. de sta. ho. l. Imperato. statim. n. ꝙ tabellio publicat instrm, æquiparatur testi, cuius dictum est apertum, & publicatũ, arg. ff. de test. l. Domitius. aliquando vtraq; scriptura est protocollũ, aut vtraq; est propria manu publici notarij, qui fuit rogatus, nec apparet de primario ꝓtocollo: tunc aut scripturæ sunt contrariæ, sed vna est vituperata, altera non, & tunc illi scripturæ statur, in qua vituperatio non apparet. C. de edic. diui Adria. toll. l. fin. aut vtraque est vituperata, & tunc neutri creditur. C. de proba. l. iubemus. aut neutra est vituperata prima facie, & tunc aut sunt contrariæ, aut in vna est plus q̃ in altera. primo casu neutri scripturę statur, sicut non statur æqualib. testib. contraria deponentibus. C. de si.

C. de fi. instr. l. scripturæ. Secundo casu quando est in vna plusquam in altera, creditur ei, quæ magis ligat. ff. de leg. 2. l. Nesennius. quantum consonant ambæ scripturæ, ar. ff. de arbi. l. diem proferre. §. si plures. vel quia de minori summa nõ est dubium, sed de maiori est incertũ, ideo in dubio fauemus, vt l. Arrianus. & nõ facit ad casum, aut est plus. i. reperitur plus scriptũ in vna, & minus in alia: vt qa in vna est vna clausula, vel substitutio, quæ non est in alia: & tunc credo substitutionem valere: qa quod reperitur in vna scriptura omissum, suppletur p aliam eadẽ manu factam, seu scriptam, vt ff. de eden. l. vbi exigitur. §. 1. vbi dicitur, ꝙ eadem scriptura minus plene edita debet postea edi plenarie: frustra autem ederetur secundò si fides non haberetur: & ita in proposito dico, & consulo, ꝙ non potest videri suspectũ testiñ, in quo substitutio continetur: quanq̃ in alia scriptura subtiliter edita non sit inscriptum notarij nomen, vt quia non totum editur: aut malitia, aut imperitia, aut quia certa particula non debet edi perenti. prudenter autẽ faciunt, si ponunt dictionem, &c. quia aliquid scribendo superest. sed si notarius est ita grossus, ꝙ non ponit. &c. non propterea vitiatur. C. de preci. Impe. offe. l. fi. ff. de eden. veluti in verbo minus pleno, de fi. inst. c. cum contin. & maxime in casu nostro, cũ instrm, & testes examinati habuerint in se consonantiã luculentã. nec credit testiñ æpius factum, ꝙ non præsumit reiteratio, vt in c. cum Io. Heremita. qa facta non præsumunt, nisi quatenus probẽtur. Et ita dico, & cõsulo ego Bal. de Peru. V. I. D. & ad fidẽ me subscripsi, &c.

CONSILIVM CCCCXXIX.

1 *Mandatarius an possit esse testis de crimine contra mandantem.*

An mandatarius † criminis possit esse testis
1 sup illo crimine contra mãdantem, refert aut ad instructionem: & põt. ff. de pœ. l. q. vltimo. aut ad probationem: & tunc refert, aut acceptauit mandatum: & non potest esse plenus testis: quia socius criminis. C. de accus. l. fi. C. de test. l. qñ liberi. & no. C. de libera. causa. l. si filiũ. mandans enim & mandatarius vnum delictum perpetrant, vt plene not. per Cyn. C. si reus, vel accu. mor. fu. l. 1. vel non acceptauit mandata, sed solummodo fuit requisitus, & tẽtatus de delicto: & tunc ꝓprie iste non dicitur criminosus: quia innocenti animo, & facto perseuerauit. immo valde laudandus est: quia non consensit, sed potius reuelauit, text. est expressus. C. de furt. l. si quis seruo. & facit. C. de parricid. l. vtrum. & C. si quis Imper. maled. T. 1. & Dyn. Maleficium autem requirit voluntatem, & propositum delinquendi. ff. de furtis. l. qui iniuriæ. sed in isto, quem deteriorem non fecit oratio, non deprehenditur iniquitas. propterea est integerrimus testis: & facit indicium ad torturam, vt C. ad l. Iul. maiest. l. si quis. in prin. vlti. glo. præsertim si alia adminicula suffragentur, vt fuga, vt in authen. de exhiben. reis. §. si vero & quidam. ff. de ædil. edi. l. quæro. §. fin. ff. de custo. re. l. diuus. scriptum est enim à Salomone. Fugit impius nemine etiam persequente. facit de suspect. tu. l. impuberibus. & not. per Cyn. in l. 1. C. de rap. vir. quod autem dicitur, quod ad probandum indicium, requiruntur duo testes, vt not. C. famil. erc. l. fin. & in cap. sicut. de simo. per Innocent. est verum, quando non deponunt directo super crimine principaliter probando, sed super indiciis criminis. & facit, quod legitur, & not. ff. de q. l. maritus. & not. per Cyn. C. de quæstionib. l. fin. in 2. quæstione. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio vtriusque iuris Doctor, &c.

CONSILIVM CCCCXXX.

1 *Appellatione primæ rite interposita, secunda autem non, secunda non debet dici appe. secus e contra. & tunc fatalium cursus incepit à secunda. & nu. 2.*
3 *Quando prima appe. est interposita 5. die in scriptis, etiam 8. & die 2. appe. quæ ipsarum valeat.*
4 *Quando prima appel. est facta viua voce, & secunda in scriptis, quæ ipsarum valeat.*

Considerandi † sunt quatuor casus: primus, qñ
1 appellatio prima fuit rite interposita: secunda non. & tunc inspicitur appellatio prima: quia ipsa habet esse, & formam esse. secunda vero quæ non habet esse, nec formam esse, non debet dici appellatio propter vim appellationis. ff. de pœ. l. si quis ad. §. testm. de excu. tut. l. qui testõ. nam appellatio, quæ non tenet, nullum habet principium, nec originẽ, & qđ nõ habet ortũ, nõ habet occasum. de verb. sig. l. q̃ mortui. ff. de ver. ob. l. decem. & sola prima appellatio est in ꝓse-
cutione: igitur ea sola est in defectione, vel irritatione, arg. ff. de li. & posth. l. si filius. de iniust. test. l. cum de secunda in institutione
2 te. §. posteriore. † Secundus casus est econtra: qñ appellatio secunda est rite interposita, & non prima, tũc fatalium cursus incipit ab appellatione secũda, nõ à prima, quæ nulla erat. appellatio nam q; secundo loco interposita non debet dici secunda, sed vnica, qa non habet aliam ante se, q̃ posset dici appellatio. vnde non tam secunda, q̃ sola dicenda est, ar. ff. q ꝓ. in pig. hab. l. q generali. Item tẽpus est cõcomitatiuũ, vt de re iud. c. oblatę. vnde ꝙ non est ens in sua natura, nõ habet tẽpus: qa vbi non est principale, non est accessoriũ. Ité à quo remouet principium, remouetur ꝓcessus, & finis esse, veluti securi apposita ad radicem idq; manifestum est, ꝙ non esse prius desinit, q̃ incipit, nec priuatio prior habitu. l. fi. ff. si cer. pet. & expressius. ff. de condi.
3 & dem. l. Titio vsufr. † Tertius casus est de duab. appellationib. eiusdem generis, & formæ per omnia: vt quia quinta die appellauit in scriptis, & octaua die similiter appellauit in scriptis: & hic est dubium, an secunda appellatio valeat, & videtur, ꝙ non, quia prima appellatio traxit secum totaliter effectum: & proinde pronuntiatum: & à iurisdictione iudi. à quo absoluit appellantem, ꝙ autem semel ruptum est, amplius rumpi non potest. & sic geminare appellationem, & sic non noceat. extra de appe. c. dilecto. tñ nihil prodest: quia secunda appellatio supernacua est: & fatuus esset, qui eam ꝓsequeretur, qa non traxit secũ effectum præueniente in hoc appellatione prima, ar. ff. de ver. obl. l. si ita qs stipulet, siue in annis. præsertim si super appellatione prima iudex dedit apostolos dimissorios, an deinceps non fungitur vice iudicis à quo, sed vice priuati, vnde frustra de priuatione additur, cum redacta sit ad instar priuati, vt in c. appella-
4 tionib. §. si vero iudex. de ap. li. 6. † Quartus est de appellationib. non consimilib. vna viua voce, alia in scriptis inspicitur: & tũc refert, aut tempore appellationis appellãs nihil sibi reseruauit: & tunc prima appellatio intuenda est. nam cum tunc incœperint tempora appellationis introducendæ currere, vt in auth. de iudi. §. appellationes. col. 6. necesse est, vt suo cursu procedãt, ar. ff. de vsuc. transfor. l. 1. §. hoc termino. continuum enim tempus non habet intermissionem in cursu: quia non esset continuum, sed discontinuum, & interpolatum, sicut dicitur in alia materia in l. foramen, aut reseruauit sibi beneficium appellandi in scrip. & tunc est videndum, quid ista appellatio operetur: & hoc ex euentu apparet, nam si non appellatur in scriptis, nil importat, vt l. 1. C. de inst. & sub. si autẽ subsequitur appellatio in scriptis: tunc Bar. ponit duas opi. q̃ sibi magis placent. prima est, ꝙ talis appellatio non est secunda appellatio, sed reductio primæ in scriptis, & ꝙ ista secunda retrotrahatur ad tempus appellationis primæ: quia prima non fuit inserta in scriptura sub cõmemoratione secundæ, ar. de hære. inst. l. asse toto. ff. ad l. Fal. l. si præmi. & quod prosequendo quis appellationem scriptam videt etiam non scriptam prosequi: qa est vna appellatio essentialiter: licet superficialiter videant duæ appellationes secundũ Bar. quod est verum, qa sunt eiusdem substantialis formæ, & rationis, licet ad cautelam adijciatur scriptura. Sed tamen hoc nõ obstante credo Bar. dicere verum in sua secunda opi. non in prima, quia ex secunda ap. non augetur effectus, vbi prima sibi totum effectum applicauit. non obst. l. si domus. cum si. quia duo remedia rescissoria: nisi vnum subueniat plenius, q̃ alterum. ff. de contrata. l. si post mortem. §. li. C. de inoffi. test. l. cõtra maiores, & l. eum, qui. Item non obst. reseruatio, quia quando nil additur actui primo, per quod aliquid includatur, vel excludatur in secundo actu, quod non includebatur, vel excludebatur sub primo, tunc reseruatio nihil operatur. secus si aliquid adijciatur in materia, vel cum forma, quod non includebatur sub veteri: quia tunc reseruatio multum operatur, vt l. item Labeo. §. 1. ff. famil. ercis. Et ideo si posterior appellatio aliquid emendat de prima, tunc sola posterior est intuenda, ff. de inst. & iu. l. ius ciuile. & quod not. in simili. ff. de pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit. idem si venit suppletiue supplendo defectum primę. ff. de præto. stipul. l. Valerianus. ff. locati. l. cum in plures. §. l. dicta. ff. de rescin. vend. l. fi id, quod. §. 1. C. de appel. l. si quis libellos. ff. de hæred. instit. l. si ita scriptum fuerit. tunc & satis de milite tribuimus. §. fin. de hære. inst. & no. 2. q. 6. c. si vero is, qui appellauerit. & l. si quis libellos. concludendo, & præsupponendo, quod prima appellatio fuit rite interposita ex forma

constitutionis, dico appellationem desertam, quia tempus est necessaria concomitantia appel. primæ, nec ab eo potest separari. Et ita dico, & consulo ego Bald. de Perusio V.I.D. & aduocatus mercantiæ ciuitatis Perusij, licet indignus, & ad fidem me subscripsi.

CONSILIVM CCCCXXXI.

1 *Clausula illa, si non valet iure testamenti, &c. an habeat locum, quando testamentum deficit vitio testatoris ex causa præteritionis: vel exhæredationis.*

tenet Dyn. Gul. de Cu. & hoc verum dixit D. Dyn. quando diuidentes sciebant testamentum; quia ignorans remittere non videtur. ff. de act. & ob. l. ex maleficijs. §. longè minus. & ita consuluit D. Dy. & Io. And. tenet. Hoc fortius confirmatur; quia hic non tantum tenet promissio, sed etiam remissio, & quietatio, & finis generalis, ergo generaliter valet in omnibus, vt l. emptor. §. Lucius. ff. de pac. nam licèt in vna charta duo contractus scripti sint. ſ. diuisionis per se ibi, insuper &c. & est not. ꝙ ibi dicit, occasione dicti sui patris. quid enim possunt hæc verba sonare, nisi paternũ testm̃, quod à patre procedit? Item sunt hic illa verba, posset nunc, vel in futurum. & ideo ius fideicommissi necessario vr̃ includi, alias sermo iste nihil operaretur; cũ tamen debeat aliquid operari, vt ff. de fun. instr. l. fundus, qui locatus est. & l. si quando. de leg. 1. verba enim non sunt introducta, nisi vt eorũ virtus, id est, sententia aliquid operaretur. ff. de supel. leg. l. Labeo. §. idem Tubero. In contrarium arguitur sic, clausula specialis restringit clausulã generalẽ. ff. de cond. in de. l. fi. §. idem quæsijt. de excep. l. si ex ma. C. de except. l. licèt. Sed clausula specialis est ipsa diuisio, ad cuius robur sunt insertæ cæteræ clausulæ: Incidenter enim sunt positæ: ergo dñt intelligi secundum naturã diuisionum, & tamdiu, quãdiu durat ista diuisio, durant istæ clausulæ: non vltra, qa destructo principali destruuntur appendices, vt no. in l. si patronus. §. 2. ff. si quid in frau. pa. Sed facta restitutione fideicõmissarij id, qꝰ erat diuisum in plures personas, redit in eandẽ personam, & sic confunditur diuisio. ff. de sol. l. Stichum. §. aditio. & l. si hęres. ad Trebel. ideo vẽ concludendum, ꝙ cum in isto contractu non fit mentio de testõ. nec fideicommisso, ꝙ ius fideicõmissarij non censeatur ei remissum, vt l. de his. ff. de transac. nam iura quæ post alterius mortẽ incipiunt, specialem exigunt remissionẽ, vt l. si quando. C. de inoff. test. nec enim vr̃ cogitari de casu, qui non põt sperari, nisi cum luctuosa fortuna, sicut est mors fratris, & similia, arg. ff. de condi. & dem. l. cùm tale. in prin. & l. pater Seuerinã. §. socrus. Probatur, causa ipsius liberationis declarat effectũ ipsius liberationis, ad id enim adaptari potest causarũ ad ꝙ sua causa adaptatur: & effectus à causa sumit statum suum. ff. de sol. l. si ex plurib. de transac. l. cum Aquiliana. & l. cum hi. §. causa. Sed causa refutationis, non est datio, sed satisfactio, quæ erat incertum an, & cui, vt de leg. 1. l. filius. §. diui. Sed quando est incertum an, sed certum cui, vt in fideicõmisso ex una parte tantum cõmisso, illud fideicõmissum põt interim restitui, non tamen authoritate Senatusc̃on. Treb. sed liberalitatis, cui restitutio innititur; vt C. de fideic. l. post mortẽ. ff. ad Treb. l. sed si ante. arg. l. 3. §. qui fideic. ff. de her. inst. In casu ergo nostro nõ cadebat satisfactio, ergo nec deliberatio ex ea causa facta ad istud fideicõmiss. porrigi põt: iuramentũ non addit consensum, sed robur ad firmandũ contractũ, vt C. de non nu. pec. l. fi. Solutio, aut diuidẽtes ignorauerunt testm̃, aut sciuerunt, aut est dubium. Primo casu certum est, ꝙ ista remissio non nocet, vt d. l. de his. nec diuisio, vt d. §. hæreditatẽ. Secundo casu certum est, ꝙ nocet secundũ Dy. Gul. & Io. And. Sed Pet. dicit nihil nocere, cum non sit facta mẽtio testi. nam facile erat remittere, si voluisset. l. vnica. §. finaut̃ ad deficientis. C. de cad. tol. Tertio casu psumitur ignorantia facti, vt l. eius, qui in prouincia. ff. si cert. pet. nam in eius hæredib. non psumitur scientia testamenti secundũ. Bart. Sed illa lex hoc non dicit: qa istud erat pp absentiam in d. l. eius, qui. cæterum post aditam hæreditatẽ semper psumitur scientia facti testamenti, vt not. in l. cum hæredes. ff. de liber. leg. Nam qui soluit legatum non potest excusare se testm̃ non vidisse, nisi liquidè probetur, vt C. de condi. indeb. l. fin. in fi. Sed aduertendum est, ꝙ isti erant minores, in quib. non præsumitur scientia iuris, id est, ꝙ scirent vires, & potestatẽ illius fideicõmissi conditionalis, nec fuerunt certificati, vt not. ff. de verb. ob. l. sciendum. in gl. & per Dy. Ad hoc specialiter inducunt. ff. qui satisd. cog. l. de die. §. minori. Et licèt iuramentũ repsentet quẽ maiorem, non tamen possunt id ipsum scire, secundum Dy. & alios. Quid vltimo concludendũ est? Prægnantia verba promptũ inducunt periculum pferenti. C. de do. promiss. l. fi. in fi. Sed quia non reperio, ꝙ gratuita fuit pactio, sed ex causa satisfactionis credo ius fideicõmissi non includi in restitutione, nec in pactis istis; & maximè qa in minore remittente ius aliquod nunq̃ presumitur scientia, nisi fuerit certificatus de iure sui effectus, vt no. ff. de reiuend. l. 2. per Cy. nec psumitur velle iactare, vt l. cum de indebito. ff. de prob. & qui renunciat. iactat. ff. de noua. l. si quis delegauerit. Non ob. ꝙ no. Bart. in §. duo fratres. in 6. q. qa intelligi debet in his, qui præsumuntur scire ius, & factum. Secus in minoribus. Item loquitur in renunciatione, vbi fuit apposita causa restrictiua, arg. ff. de acqui. poss. l. si qui animo. Probatur, si aliud sensit, & aliud faciat. Ego enim puto verum, ꝙ dixi. & in §. q. etiam dum dicit de procur. in rem suam, dicit ambages; qa hoc intelligitur secundum naturã diuisionis; vt C. mand. l. per diuersas. §. excep. Et ideo cõclusiuè sto in hoc, ꝙ ius fideicõmissarij remissum non sit, & in dubio faueamus testamento. Illud dubium non est, ꝙ substitutio ista fuit, & est post puberta-tem fideicõmissariam, vt not. in l. precibus. C. de impub. & alijs subst. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio iuris vtriusq; Doctor &c.

CONSILIVM CCCCXLI.

1 *Spurij vtrum dicantur esse de domo, & de coniunctis, vt in statuto de parricidio loquente filijus spurijs contineatur.*
2 *Permissus offendi an possit occidi.*

1 Ad euidentiam præmittenda sunt quædam per modum quæstionũ.† Et primo, vtrũ spurij dicantur esse de domo, & de coniunctis vsq; in quartum gradum, posito ꝙ iste filius spurius sit filius offensi. & vr̃, ꝙ non dicantur de domo, nec dicantur coniuncti. Et hoc plurib. rationibus. Et primò; qa verba ciuilia, sicut sunt ista verba de domo, vel familia, non congruunt spurijs, apud quos nulla est ciuilis significatio, vt not. Bart. in l. fin. C. de verb. sign. nec etiam possunt tam degeneres homines vocari coniuncti, & nisi impropriè, & per extensionem vocabuli. C. de natu. lib. l. fi. in fi. Cum enim in eis nedum spurijs, sed etiam bastardis nulla reperiatur legitima consequentia, nõ est ibi ꝓpriè dare gradum, vt patet per eandẽ l. post princ. Modo certum est, ꝙ statuta iuri contraria non recipiunt interpretationẽ extensiuam, vt ff. sol. mat. l. si vero. §. de viro. ergo statutũ istud non extenditur ad naturales, nedũ ad spurios. Secundò hoc probatur; quia si spurius non admittitur pro patre ad agendum, vt no. Inn. & Io. And. in. c. nõnulli. in fi. extra de resc. ergo multominus ad occidendum. Nam absurdũ esset actus ciuiles denegare, & permittere criminales. C. de iud. l. nullus. Tertiò hoc ꝓbatur. verbum à iure prolatum de coniunctis, debet intelligi de cõiunctis legitimè, non de iniusta cõiunctione quæ nec nomen hr̃e meretur. vnde nec ea, quæ sunt nomini attributa hr̃e potest, vt ff. de in ius vocan. l. quicũq; §. fi. & l. sed si hac. §. patronũ. C. de adult. l. verba. ff. de ritu nup. l. Iul. §. nec distinguitur. Quartò, & vltimo hoc probatur; qa quoties agitur de fauoribus, non continentur spurij, sed vbi tractatur de eis excludẽdis à ciuilib. fauoribus, & beneficijs, tunc cõtinentur, vt not. in gl. ordi. in c. 1. de bapt. in clem. In contrarium arguitur sic secundũ cõmunem vsum loquendi, spurij dñr de casate, & vulgus ita denominat eos, ergo cõsiderato vulgari sensu, qui omni strictæ significationi derogat, spurij dñr de domo. l. liberorũ. §. ꝙ tamen Cassius. ff. de leg. 3. Secundò probatur sic; nã aliquando esse de domo põt intelligi dupliciter. ſ. naturaliter, & secundũ iuris fictionẽ; natura enim cõis est. ff. de accusat. l. hos accusare. §. omnib. & modus generationis est idẽ in legitimò, & spurio; vterq; enim est ex spermatibus, vt no. ff. de iust. & iu. l. 1. §. hinc descendit. super verbo, cõingat. sed in statutis potius debet inspici veritas naturalis, si põt adaptari tacitæ rationi statuti; quã iuris figmentũ, qđ naturæ immobilem veritatẽ non põt alijs ossib. sęparare. ff. de lib. & posth. l. filio. naturæ enim radices eradicari non possunt. Et de iure æqualitatis scriptæ etiam spurij dñr filij, & si filij, ergo coniuncti in primo gradu, vt extra de eo, qui duxit in matr. quã pol. per adul. c. cum hinc. & si dicas, ꝙ istud vocabulum de domo est ciuile, & sic lex vtens verbis ciuilibus debet ciuiliter intelligi, vt ff. de cap. dimi. l. tutelas. hoc certè nego; quia immo factum, vt no. C. si quacunq; prẽd. po. l. 1. ibi cum sua, (suorum q; domo, vñ etiam expellice natus dr̃ domesticus, vt ff. de verb. sign. l. Masurius. alias incipiens, pellicẽ. Et hoc natura manifestũ est, vnde proba. legum non indiget. ff. de verb. obl. l. vbi autẽ. Et in prin. cum sola natura hominib. sanciebat, vnum nomen erat omnium filiorũ. Post ea differentię nominũ ex iniquitate complexuum aduenerunt: tandẽ superuenit legitimat. beneficium: & sic plures filiorũ species esse cœperunt, tamẽ genus in qualibet specie repũtatum, & si vellet in spurijs, non tamen totaliter ab eis eradicatur, vt in Auth.

Auth. qui. mo. nat. effi. sui. post princ. §. 2. alias 3. coll. 7. & quib. mo. nat. effi. leg. §. 1. coll. 6. Tertiò probatur sic, vbi sola natura sancit hominibus, sicut est in his, quæ ex instinctu naturæ procedunt: sicut est, ꝙ quis diligat carnem suam, & ꝙ odio habeat inimicum suum: ibi nõ consideratur ciuilitas, sed sola naturalitas. Hinc est, ꝙ in statuto de parricidio etiam spurius cõtinetur, licèt cõtra fuerit consultũ Florentiæ, & malè. verba sunt D. Cy. in d. §. nec distinguunt. in suis addit. ita etiã ꝓposito: ergo filius spurius continetur. Quartò ꝓbatur ex quodã statuto ciuitatis Florentiæ, ꝙ extendit nomen domus, & coniunctorum ad spurios, per ꝙ dat intelligere vsum cõmunem, & generalẽ loquendi. Item ꝙ datur intelligi in vno casu, datur intelligi in eius simili, vt ff. de leg. l. non põt. C. de reuoc. don. l. his solis. & ff. ad Treb. l. qui filium. & no. in l. 1. C. vt quæ desunt aduo. partium. cum sim. Quintò, & vltimò probatur sic: qa in materia indifferenti non debemus facere dr̃iam inter legitimũ, & non legitimum, vt ff. de ri. nup. l. adoptiuus. §. seruiles. versũ. vnde nec vulgo. & C. de interdic. matr. ſ. libertinum. sed sumus in materia indifferenti; qa in hac materia consideratur affectio, quæ naturalis est, vt ff. de iust. & iu. l. vt vim. Et quandoq; plus afficitur ad patrẽ spurius, quã legitimus: ergo ratione naturalis affectionis, & institæ charitatis idem in vtroq; intelligendũ est: qa par affectionis ratio paritatẽ permissionis inducere consueuit, vt ff. de ritu nup. l. non solum. §. denuo. & ista est veritas: quare patet, ꝙ Gaspar spurius potuit facere vindictam patris in persona Vgutionis: qm̃ iustissimus dolor ad filium etiam spurium vsq; pertingit, & pertranſit eum anxietatis paternæ gladius. Ad contrariã respondetur; qa casus distinguendi sunt secundum subiectas
2 materias & rationes.† Econuerso q̃ritur, vtrũ permissus offendi videatur permissus occidi: ista est antiqua qõ Martini de Fa. & videtur; qꝺ non; qa sic se habet potens offendi ad offensorẽ, sicut se habet debitor ad creditorẽ. debitor dico generis: sed vbi non duriſſimũ, sed mitissimũ est in obligatione, vt ff. de pig. l. obligatione gñaliter. vnde hic non põt occidi: sed alias leuiter offendi, quasi emendando, vt C. de emend. seruo. l. 1. Secundò probatur hoc; nam gladij supremi ptãs, per quam vita amittitur, nemini concessa vr̃, nisi authoritate legis specialiter concedatur. C. de maleſi. & mathem. l. fi. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd. l. 1. Tertiò ꝓbatur; qa si posset occidi, maior esset pœna, quã fuerit culpa, & delictum, ꝙ esse non debet, iuxta illud, dñrd pro dente. insti. de iniur. §. pœna grauior. Quartò probatur, qa offensio est circa mortẽ corporalis affectio, extinctus autem non dr̃ offendi, sed plusquã offendi, sicut aliud est luminibus officere, aliud totaliter obscurare, vt ff. de ser. vrb. præd. l. binas ædes. Quintò, & vltimò hoc probatur tali ratione. Certum est, quod posse offendi est pœna. Item certum est, quod per ita verba generalia pœna ista non est determinata; ergo relinquitur arbitrio boni viri, qualis, & quanta licuerit offensa. ff. de effra. & expil. l. 1. §. expilatores. In contrarium arguitur sic. Certum est, quod statutum sentit de quacunq; etiam grauissima offensa, quando offensus offenderat cum cicatrice, vel membri debilitatione: sed nemo põt ictus graues moderari, nec in ptãte percussoris est ita temperare grauia vulnera, vt mortẽ non inferant, vt in c. vlt. de homi. lib. 6. Secundò ꝓbatur: cui permittitur antecedens, idest, vulnerare, permittitur cõsequens: vnde patri olim permissum erat occidere filiũ, & ꝓ hoc occidere licebat. ff. de lib. & posth. l. in suis. Tertiò ꝓbatur, qa appetitus ad mortẽ põt alium tradere morti lege permittente. ff. ad Syll. l. & si certus. §. si appetirus. ff. ad l. Aquil. l. sed & si quę mecum. ff. de verb. obl. l. qui seruum. ff. de leg. 1. l. qđ ergo. §. si hæres hominẽ. & no. C. qđ met. causa. l. accus. Quartò probatur; qa hic est pmissum offenso duellum, ergo occidere põt, vt ff. ad l. Corn. de sic. l. 3. §. transfugas. C. de his qui consu. ad eccle l. si suus. Quintò probatur: qa l. gñaliter loquitur, & ideo ad vertẽdos homines, & ad delendos eos, qui in sanguinib. depascuntur, gñaliter, & rigidissime intelligi debet, cum id reip. expediat, l. 1. C. ad l. Iul. repe. ff. de alcato. l. 1. §. ꝙ autẽ. Et ista est ipsa veritas cõsiderato, ꝙ ista permisio nõ facta à statuto, nisi pro grauissima culpa, & quæ secundũ rigorẽ iuris ciuilis capitalis existeret, vt l. is qui cum telo. Concluditur ergo dictum inter fectũ à dicto Gaspare occidi potuisse: & ꝙ legitimè factum est, pœnam non meretur. C. de adulte. l. Graccus. Non obstat quod dictus fuerat in integrum restitutus: qa illud quo ad fiscum, nõ quo ad aduersarĩũ, vt no. Bar. C. de in ius voc. l. ve-nia. & per hoc multis legib. respondetur. Sed primæ conclusioni de permissione spuriorum obstare vñr illa verba statuti, quæ dñt intelligendo gradum secundum ius ciuile. Nam spurius secundum ius ciuile non meretur gradum. Sed respondeo, ꝙ illa verba non sunt posita ad excludendum ius naturale, sed ius canonicum, vt extra de consang. & affin. c. non debet. & hoc patet ex fine eius statuti, ꝙ de spurijs loquitur: & ideo per statutum hæc qõ sopitur: & qa filius dr̃ à philos, quod est amor. liberorum. & l. isti quidem. & statutum voluit iustas angustias, & singultus mederi ope vindictæ &c. Et ita dico, & consulo ego Bald. de Perusio V. I. D. &c.

CONSILIVM CCCCXLII.

1 *Domo vnius combusta, si ignis int. suum creuit, & euolauit, quod domum vicini exarsit, an vicinus possit per. re. vt. si. ut sciat damnũ fec.*
2 *Ignem fecisse quis præsumatur, an præsumatur in dubio culpa, dolus, vel casus fortuitus.*

1 Quidam nomine Restorius de Cortono habens domum propriam, quæ ex modica cautela, & custodia incensa est, vnde domus vicini est combusta.† Quæritur, an teneatur dare damna illata &c. Incendium quandoq; oritur casu fortuito ablq; culpa aliqua: & tunc nõ est addenda afflictio afflicto: vnde ex tali incẽdio nõ obligatur alteri. ff. ꝓ soc. l. cum duob. §. damna fatalia. Et hoc vicinus, cuius domus est exusta, vel demolita, agere potest. ff. ad l. Aquil. l. si quis sumo. §. quidam dr̃. & ff. quod vi, aut clam. l. si alius. §. est & alia. & ibi per Bart. expresse. & ideo afficit causam. Iac. Butr. dicit, ꝙ quando pro salute totius vicinię vna domus diruitur, ne ignis omnia vrat, ꝙ est contribuendum ad id damnũ per omnes vicinos: sicut fit iactus mercium pro saluanda naue. l. 2. ad l. Rhod. de iac. & loquitur in diruto, nõ in vsto, & vterq; istorum verum dicit. Aut incendium oritur ex culpa: & tunc aut culpa certi hominis, aut incerti. si quidẽ ex culpa certi hominis, tenetur emendare damnũ vstionis, aliàs arsionis; quia culpa etiam in re propria præcedens casum in re aliena obligare consueuit. ff. ad l. Aquil. l. qui occidit. §. in hac. & d. l. si seruus seruum. §. si quis insulam. quia vnius factum non in alium periculum trahere, ea. l. §. fornicarius. & ibi not. Si autẽ certi hominis, tenetur dñs primæ domus exustæ; quia certi hominis factum probari oportet. l. licet. §. fi. nau. cau. stab. cum ista autem ex parte conuenti me-
2 ram pœnam cõtineat, † In dubio vero hi præsumuntur ignem facile, qui soliti sunt ibi ignem facere, & ab his debet inquiri veritas de culpa, & culpabili. ff. loc. l. dñs horreorum. Nunquid autem in dubio præsumatur culpa, vel casu orto incendio: nam culpa vt plurimum fit. l. 3. ff. de off. præfe. vigil. & ff. de peri. & commo. rei ven. l. si vendita. potest dici, ꝙ si non constat vllo iudicio de eo, qui fecit ignem, & dñs consuetus erat esse vigilans, & diligens, ꝙ non tenetur dñs in dubio, arg. ff. de re mil. l. non omnes. §. à barbaris. ff. commo. l. argentum. vel si erat homo parum circunspectus, vel constans, & ipse focum fecit, teneatur. ff. loc. l. si quis fundum. §. si colonus. debuit enim esse diligens in se, & familia sua, vt ff. ad l. Aquil. l. si seruus seruum. §. fornicarius. & ff. fur. aduersus nau. l. 1. extraneum factum non præstat, nec casum ventorum, si per vim ventorum ignis plus solito arsit d. §. in hac. facit de incendio rui. nau. l. qui ædes. §. si vero. cum sua materia. C. ad l. Aquil. l. 2. & instit. ad leg. Aquil. §. capite. Tertiò, & vltimò, si ex qualitate, vel quantitate ignis incẽdium ortum est, ꝙ præsumitur per locum ab effectu, & dictus inquilinus non adhibuit diligentiam, quam debent habere homines soliciti, tenetur de isto damno ratione culpæ. Si autẽ casu fortuito hoc accidit, non tenetur, nisi quia constat de facto proprio, vel de culpa; quia forte tenebat ibi pueros, qui incenderunt, aliàs non. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLIII.

1 *Venenum confitens ad aliquem occidendum, & ipsum interficit suis venenare, qua pœna puniatur. nu. 6.*
2 *In delictis principium consideratur sicut in alijs actibus.*
3 *Iudex quomodo debet arbitrari in pœna imponẽda tentanti delictum committere.*
4 *Pœna arbitra. an possit extendi vsq; ad mortem. nu. 7.*
5 *Tenens venenum causa occidendi tenetur l. Corn. de sica.*
8 *Iudex in arbitrarijs potest condemnare ad pœnam carceris.*
9 *Pœna mitior eligenda est, vbi de ipsa pœna inter Doctores dubium est.*

1 Cechus †confecit venenum causa occidendi Sempronium, & ipsum tractauit venenare, quæ-

titur, qua pœna veniat puniendus. Scire oportet, quis titulus criminis sit, & ex hoc sciemus, qua l. punietur. & tandem apparebit tertio loco genus pœnæ: nam cognito nomine criminis cognoscetur lex, & cognita lege cognoscetur pœna. ff. de crim. stel. l. 2. §. vbicunque. de falſ. l. quid ſit. de pœ. l. ſanctio legum. & licet ſit grauius hominem venenare, quam ſimpliciter occidere, vt C. de malefic. l. 1. tamen hic eſt cõſiderandum, quòd non fuit hic factum conſumatum, ſed ſolum tractatum, & ordinatum, & aliud eſt tractare, aliud ad effectum mandare. nunquid enim crimen tractatum executioni non mandatum habet perfectionem criminis nomine, & diffinitione; quia rerum vocabula, vt diffinit. non conueniunt niſi reb. perfectis, quę ex conſumatione formam accipiunt. Vnde homicidam non dicimus eum, qui occidere tractauit, veneficum, nec dicimus eum, qui de pactione, id eſt, turpiter pactus eſt, ſed eum, qui conſumauit formaliter, vel ſaltem cœpit initialiter, vt quia dedit bibere venenum, tunc quantum in ſe eſt, perficit, cum nihil ab eo eſſet
2 vlterius fiendum: eſt enim † in delictis, ſicut in alijs factis duplex principium, quoddam remotũ, & præparatorium, quoddam propinquum, & ſubſtantiale. ff. de condi. ob cau. l. ſi pecuniam. lex enim in puniendis atrociter delictis conſiderat cauſam maleficiorũ. C. ad l. Iul. de vi. l. qm̃ multa. & effectus rerum, vt ff. de pœ. l. aut facta. §. euentus. & l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. & l. Cicero. ff. de pœ. quæ ceſſant in caſu noſtro, vbi fuit principium remotum, qa nihil egit in caſum, nihil nocuit corpori, quod omnino non propinatum fuit: hinc eſt, q tractans cum aliquib. ſuis complicib. aliquẽ occidere, tenetur. l. Corn. de ſic. ſ. hodie pœna mortis; qa homicidium perfecit. C. de epiſc. aud. l. 3. inſt. de pub. iudi. §. etiam lex. & in tit. de pace iu. fir. l. hac edictali. §. homicidium de pace tenen. c. r. col. 10. tamen ſi tractauit ſolũmodo, & non conſumauit, nõ tenetur pœna. l. Cor. de ſic. nec pœna eius. l. ſed mitius punitur, tenetur pœna. l. Iul. de vi priu. vt C. ad l. Iul. de vi priu. l. nec intereſt. hinc eſt, q loquuntur frequenter per verba temporis præteriti perfecti ad oſtendẽdum, q pœna delicti requirit perfectionẽ actus in materia l. in paſſo. vt ff. ad l. Cor. de ſic. l. 1. in prin. cum ſim. & maximè terrarum ſtatuta actũ perfectũ requirunt, nec recipiunt interpretationẽ extrinſecam extenſiuã ad imperfectum; qa perfecti ad imperfectum nulla eſt legitima cõparationis ratio, cum melius ſit delictum perfeciſſe. Attendamus hic, quandoq; impeditur conſumatio delicti natura, & mitius punitur, vt ff. de pœ. l. ſi quis aliquid. §. qui nondũ quandoq; l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. videamus ergo tractatũ de occidendo Titium abſentẽ à me, certè tractatus meus rebus ſic diſtantib. non poteſt habere effectum per rerum naturam, nam propter abſentiam corpus à me nihil pati poteſt. ff. ad Syll. l. 1. §. occiſorum. quare manifeſtè concluditur, q pœna mortis hoc caſu imponi non poteſt, qa hoc nomine criminis non habet propriam ſpeciem, ſed appellatur generali nomine crimen extraordinarium, vt ff. de extraor. crim. l. 1. §. fin. vel appellatur generali vocabulo crimen iniuriarum, pro quo eſt arbitraria pœna imponenda, vt C. de iniur. l. fin. nam atrocem iniuriam facit, qui inſidias ponit vitæ alterius, maximè cum veneno, vt C. de repu. l. conſenſu. §. ſi qua igitur. ad Syll. l. & ſi cer. §. appetitus.
3 † Reſtat igitur videre, quomodo iudex habet arbitrari. & ſciendum eſt, q pœna arbitraria poteſt per conſuetudinẽ reduci ad pœnam certam ff. de extraord. crim. l. ſaccularij. §. ſunt quædam. & not. ff. de his, qui not. infam. l. quid ergo. §. pœna grauior. tamen iſta conſuetudo non inducitur per vnicum actum, licet exemplum inducatur perſuaſiuum, non compulſiuum. C. de ſen. l. nemo. ſed ceſſante conſuetudine iudex debet æquè, & cauſa cognita arbitrari, vt in arbitris non ſit minus gratioſus, vt no. in cap. 1. de re iud. lib. 6. nec vltra modum ſeuerus, ſed cum aliquo temperamento, vt ff. de pœn. l. reſpiciendũ. §. delinquunt. ver. planè. ſi tamen per tractatum occidat, quid vltra per mortem ſequutã punire poſſet, vnde dico, quod nec occidere, nec mutilate poteſt. ff. de effrac. l. 1. §. fi. ibi, dũmodo &c. quia ibi loquitur ita, propter frequentiam delictorum. Exaggerat enim pœnam ſingulorum delictorũ multitudo, vt ff. de pœn. l. aũt facta. §. fi. vnde permiſſum eſt iudicib. quandoq; l. tranſgredi, vt not.
4 Innoc. in c. 1. de conſt. † Item non ob. q no. inſt. de iniu. §. pœna. vbi arbitraria pœna põt ad mortẽ extendi: quia illud verum in delictis conſuma. ſecus in non conſumatis. vt d. §. fin. & facit, q not. Spec. in tit. de accuſ. ver. quid ſi primo. vbi dicit, quod pœnæ capitales de conſuetudine generali nõ imponuntur pro delictis non conſumatis. idem Cy. in l. is qui cum telo. C. de ſica. & in l. ſi quis non dicam rapere, & eſt ſatis de naturali æquitate, quã maximè ſeruare debent habentes arbitrium, quaſi quoddam ius gentium, arg. ff. de re mil. l. 1. & de eo, q per. lo. l. quod ſi
5 Epheſi. † Item non ob. q tenentes venenũ cauſa occidendi tenentur. l. Cor. de ſic. l. 1. §. præterea. & l. eiuſdẽ. ff. de ſic. cuius pœnę in perſona vili eſt mors pſertim in eo, qui tenetur ex capite de veneficio: vt d. l. eiuſdẽ. §. pen. qa de conſuetudine hoc non ſeruatur, vt no. in Auth. de pa. iur. fir. §. ſi iniuria. qa cõſuetudines, & ſtatuta locorum requirunt delicta perfecta, vt ſ. probaui, & iſta æquitas vbiq; terrarum ſeruatur, & minimè ſunt mutanda, quæ & c. l. minimè. ff. de legi. & toleranda ſunt, quæ vetus conſuetudo firmauit. Prætereа illa. l. de ſic. intelligit de eo, qui habuit cum effectu, vt l. 1. §. fin. q quiſq; iur. ſed hic effectũ non habuit: qa dictus Franc. reuelauit & curiæ, & venenandis, quæ reuelatio minuit delictum, q reuocatũ eſt malignum ꝓpoſitum, q maximè in extraordinario crimine iuuat, vt not. in l. ex hoc edicto. §. fi. ff. de alie. iudi. mut. cauſa fac. & ad hoc optimè facit, q no. Innoc. extra de homi. c. ad audien. & arg. ff. de fal. l. qd ſit falſum. quanq̃ in edicto de calumniatorib. nihil proſit, ar. ff. de calum. l. 2. & 3. §. ſi quis igitur. & de infa. l. qui operas. Item pro hoc facit, qa l. humana requirit factũ cum voluntate, vt no. Inn. de ſi. c. tua. & ideo pœna, quæ factis aſcribitur, vt eſt pœna irregularitatis: apud Canoniſtas ſolo tractatu non incurritur, vt c. ad audientiam. per Innoc. nimirũ ſi tractare, & ordinare requirunt eſſe factum, vt ff. de adul. l. & ſi amicis. alias peius videretur illa cogitatio, quã factum, licet quandoq; pœna vltimi ſupplicij puniatur, vt de his qui ad eccle. confu. l. fi. in prin. ſed ibi eſt ſpeciale, vt ff. de partici. l. & ſi ſciente. quia & ibi ſpeciale: ergo & in contrarium ius eommune. & facit, quod not. in c. perpetuæ. de elec. lib. 6. & ff. de cond. ſine cauſa. l. an. ad hoc facit l. ſæpe. in fin. de verb. ſig. ibi, & factum ſecutum fuerit. & ff. arbo. furcæſ. l. cædere. §. ſubſecare. cum multis ſim. ſatis ergo eſt concluſum, quod pœna mortis, vel membri imponi non poteſt, ſed quia crimen peſſimum eſt auſu, & exemplo, debet imponi alia
6 pœna. † ſed quæ? & certum eſt, quod pecuniaria, quæ eſt in regione frequentata. Item puto, quod viles huiuſmodi perſonæ poſſint fuſtigari, ar. l. 2. §. ſi vero. de termi. amo. præſertim ſi inopia dignoſcitur laborare, vt C. de ſer. fugi. l. quicunque. ff. de pœn. l. in ſeruorum. §. fin. ff. de offic. procon. l. ſi. quis. de infa. l. ictus. de iuriſd. om. iud. l. magiſtratus. de off. præfe. vrb. l. Imperatores. pñt etiam condemnari ad carcerẽ temporalem: qa ille, qui habet arbitrium manu, id eſt, volũtate gubernat: nec in totum ſubijcitur legi, arg. ff. de ori. iur. l. 2. in prin. nam omnes ll. & conſtit. à prin. mundi, & naſcẽte ętate fuerunt arbitrarię, eiuſq; rei veſtigium ad hoc manet in caſibus, in quibus legum ſanctio ſpãliter non diſponit, vt d. §. expilatores. & l. ſanctio. ff. de pœn.
7 † vnde dico, q in arbitrarijs iudex poteſt condemnare liberum hominẽ ad pœnam carceris non perpetui, arg. ff. de ori. iur. l. 2. §. exactis. licet carcer nõ ſit inuentus ad pœnam, ſed ad cuſtodiam, & ideo ad perpetuam carcerẽ nemo ingenuus cõdemnatur de iure ciuili; vt C. de pœn. l. incredibile. ff. eo. l. in manda. ſed ad tẽporalem ſic, vt ff. de pœn. l. ſi ſine præfinitione. ſed illa lex vẽ preſupponere imperitiam iudicantis, vt dicit gl. in d. l. incredibile. & ideo iſta pars non eſt bene tuta, & iſta pœna carceris nõ eſt pœna capitalis, niſi eſſet ad perpetuum carcerem, extra de accuſat. c. qualiter. & quando. per Inno. ꝓpetua autem hic non cadit; tum quia eſt prohibita, tum quia non eſt crimen capitale. vnde nõ omitto, quod mitius debet puniri iſte Franc. qui ſe detulit, quã Cechus. l. in pœna afflictiua. puta verberum, arg. ff. ad l. Iul. ambi. l. 1. §. qua lege. & arg. ff. de re mil. l. qui eum vno. §. interdictum. & l. miles igitur. vos ergo, dñe Poteſtas, qd placet, eligite, dum ſciatis capitalem pœnam imponi nõ poſſe.
8 † quia vbi dubium eſt de pœna pp diuerſas Doctorũ opiniones, minor eſt tutior magiſtratui. facit, q not. l. fin. C. quæ res vendi non poſſunt. in gl. ordi. Doct. enim cõmuniter tenẽt, q vbi alia pœna põt imponi, nõ imponitur pœna careceris; qa carcer non fuit inuentus vt terminus pœnæ: ſed vbi alia pœna nõ cadit, ibi in ſubſidium põt infligi pœna carceris. Et ita dico, & conſulo ego Bald. de Perufio vtriuſq; iuris Doctor, & ad fidem me ſubſcripſi, & ſigillo mei nominis ſigillaui id fideliſſime conſulens, quod

quod ego ipſe facturus eſſem. & videte ſuper hoc Gandinum aſſeſſorem practicum, qui idem dicit in titu. de homi. verſicu. ſed pone quæſtionem, ego dedi tibi pecuniam, &c. Et ibi videte, quod placet.

CONSILIVM CCCCXLIIII.

1 *Quæſita per medicũ poſt mortem patris an ſint communicanda fratri, ſeu nepoti, cum quo habitauit.*
2 *Libri empti per patrem medico an ſint communicandi.*
3 *Fructus rei dotalis an ſint communicandi.*
4 *Expenſa pannorum an ſint communicanda.*
5 *Inter fratres an ſit trahenda ratio expenſarum factarum in nuptiis ꝓnus ex filiis.*
6 *Vbi dos eſt conuerſa in vtilitatem communem, alter frater tenetur ad expenſas.*

Primo dicã ſuper prima quæſtione, quæ videtur habere in ſe duo puncta. Primum eſt, vtrũ quę ſunt quæ-
1 ſita † per Fran. medicum poſt mortem cõis patris, veniant cõicanda alteri fratri, ſeu nepoti ex eo, cũ quo ſimul habitaſſe proponitur, nec ne? Secundum, vtrum libri empti per patrẽ ipſius medici pro ipſo medico veniant cõmunicandi, nec ne? Et quantum ad primum punctum videtur diſtinguendum, vtrum prædictus medicus quæſita per eum, quæ fuerunt ex bonis cõmunibus, puta forſaſſis ex pretio rei communis voluntarie venditæ, vel fructibus ipſarũ rerum communium, vel ex pecunia cõi, cum qua eſt mercatus, vel aliter qualitercunq; occaſione ipſarum rerũ communium, & tunc planũ eſt, q veniunt communicanda cum fratre, vel nepote, vt aperte probatur. ff. pro ſoc. l. 1. §. 1. & l. ſed ſi non mandatum. & l. idemq; §. ſi ex fundo. ff. de vſu, & habi. & l. ſi ita. §. fi. & de vul. & pupil. ſub. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. aliàs ſequeretur, q ipſe medicus locupletaretur, cum alieno damno, vel iactura, quod eſſet contrauira ciuilia, vt ff. de cond. inde. l. nam hoc natura. & eſt etiam contra, quòd medicus hoc quæſiuerit ex propria ſcientia, & ex propria induſtria. poteſt allegari, quòd hæc non veniunt communicanda, ſed ipſe debet habere præcipua. & hoc ſatis bene probari videtur tam per text. legales, quam per argumenta, quam etiam per authoritates, per tex. legales probatur in ſtitu. per quas perſon. nobis acquirat. §. 1. ibi, ne quod ei ex ſuis laboribus, &c. & C. de bon. quæ lib. l. antepen. circa prin. Item hoc idem videtur poſſe probari ar. tali; nam certum eſt, quòd ſi iſte medicus aliquid fuiſſet lucratus ex propria ſcientia, vel induſtria in vita patris, hoc eſſet, & vocaretur peculium aduentitium, vt habetur de bo. quæ lib. l. cum oportet. circa princip. in text. ibi, quæ ex liberalitate fortunæ, &c. & gloſſ. hoc not. ibi, quòd peculium aduentitium
3 poſt mortem patris nunquam eſſet communicandum, vt C. de collat. l. vltim. aliàs, vt nemini. cum itaque ſi conſtante tempore, quo frater in poteſtate patris contingebat, vt not. ff. de don. inter vir. & vxo. l. 3. §. verbum. eidem fratri non communicat, vt dictum eſt, multo magis ſic quæſita poſt mortem eo tempore, quo in eadem poteſtate non erat cum fratre, non communicabit, ſumpto argum. per locum à maiori negando, quod eſt probabile iure noſtro, vt Cod. de rei vxo. act. leg. vna. §. primo. Præterea hoc idem probatur per argumentum ſumptum à iuris præſumptione hoc modo. nam quod quis ſibi acquirit, iura præſumunt, quòd acquirat pro ſeipſo, & ad ſui commodum, &
4 vtilitatem; non autem pro alio, vt probatur inſtitu. per quas perſon. nobis acquiri. ibi in princip. per noſmetipſos, &c. & de tali præſumptione poteſt reddi ratio; quia in huiuſmodi quæſitis, & bonis quilibet ſe magis diligit, quàm alium, vt Inſtitu. de do. §. 1. ibi, cum magis ſe quis velit habere, &c. Ad quod etiam facit, quod cauetur in iure, vt quilibet auarus præſumatur, & in alium pecuniam ſuam non transferre in dubio, vt ff. de probat. leg. cum de indebito. in princip. Item hoc idem probat authoritate egregij Doctoris Placentini, ſcilicet Durant. qui hanc quæſtionem tetigit, & hanc opinionem, & pro ea tenenda ſcripſit in Speculato. in titu. de iudic. §. ſequitur de auth. ex prædictis itaque videtur manifeſte concludi, quòd ſibi quæſita nequaquam veniant communicanda. & hoc videtur procedere, quando certum eſt, vnde talia quæſita prouenerunt, prout in quæſtione proponitur. verum ſi dubitaretur, vnde talia lucra prouenerint, licet hoc in quæſtione non proponatur, & per conſequens reſponſione non indiget; quoniam, vt nihil de contingentibus omittatur, nolui ſub ſilentio præterire: & hoc caſu dici poteſt, quòd hęc quæſtio ſit potius facti quam iuris. ſic aliàs dicit lex. C. de do. inter vi. & vx. l. ex vobis. circa quam quæſtionem facti dupliciter dici poteſt; nam ſi dubitetur, vnde frater talia lucra acquiſiuit, poteſt dici, hoc præſumẽdum ex qualitate perſonarum, & quãtitate bonorũ communium, ac quantitate lucrorum; nam ſi filius eſt iners, vel negligens, & hæreditas loculpes, vel magna, credo præſumendũ huiuſmodi lucrum proueniſſe ex bonis communibus. ad quod facit. C. de do. inter vir. & vx. l. etiam. & ff. eo. tit. l. 5. & extra de pecul. cler. c. r. Si verò filius ſit diligẽs, & induſtrioſus artifex, & hæreditas forte communis eſt parua, vel comperens, erit præſumendum, q alium de huiuſmodi bona quæſuerit. ad quod facit. ff. ad l. Falc. l. ſi hæres inſti. in prin. & de hær. vel act. vend. l. venditor. ibi no. cer. re. ſed propter negotiatio. percipitur, &c. nec enim pauperibus induſtria, vel augmentum patrimonij, quod laboratoribus ex multis caſibus quæritur, interdicendum eſt, dicit l. C. arbit. tut. l. ſi defunctus. & ſic conſideratis prædictis, & alijs circunſtantijs bonus vir, cuius arbitrio relinquitur, arbitrabitur quantum, ad hoc facit. ff. de teſt. l. teſtium. ibi, tu magis ſcire potes, &c. C. de fruct. & lit. expen. l. non ignorat. alio modo dici poteſt, quòd ſi alter frater perit huiuſmodi lucrum communicari, & frater, qui lucratus eſt, negat lucrum de bonis communibus proueniſſe, & tunc poſtulans frater communicationem bonorum, habeat neceſſe probare, huiuſmodi lucra de bonis communibus proueniſſe, vt ff. de proba. l. ei, qui, probatione, ſi defecerit frater, præmiſſa lucra non venient communicanda, vt C. de e-
2 den. l. qui accuſare. † Circa alium punctum, cum tamen ordine primæ quæſtionis, videlicet, vtrum libri veniant communicandi, vel non. Breuiter dici poteſt, quòd non veniunt communicandi: ſed potius ipſe medicus habet eos præcipuos. & hoc poteſt multipliciter probari. vno modo ſic, dicit lex, quòd ſi pater aliquid expendit, vel aliquid facit circa honorem, vel promotionem filij ad aliquam dignitatem, hoc feciſſe videtur in filij prærogatiuam, vt ff. de collat. bo. l. 1. §. ſed an id. & fam. ercíſc. l. ſi filia. §. idem ſcribit. ſi in filij prærogatiua, ergo debebit habere precium: nec in portione ſua computari debent, vt ff. fami. ercíſc. l. quæ pater. Alio modo probatur ſic. dicit lex, quòd ſi pater aliquid donat filio, vel dedit in vita ſua, quòd licet talis donatio non valeat à principio impediente paterna poteſtate, vt C. de dona. l. ſiue emancipati. morte tamen patris confirmatur, vt C. de don. inter vir. & vxor. l. donationis. & illud filius habet præcipuum, vt Co. de collat. bon. l. illud. & pater dando libros filio
3 pietatis cauſa donaſſe præſumitur, vt ff. fami. ercíſc. l. filiæ. cum ſimilib. ergo, &c. † Circa ſecundam quæſt. qua quæritur de fructibus prædij dotalis, credo diſtinguendum, vtrum onera matrimonij ſuſtinuerit ſolus frater vxoratus, an vero ſuſtinuerit communiter. nam primo caſu fructus rei dotalis debet percipere ipſe maritus. vt Cod. de iu. dot. l. pro oneribus. & ff. eo. leg. quamuis. in fi. Secundo vero caſu fructus debent eſſe communes, vt ff. de excep. do. l. fin. in princip. & de don. inter vir. & vxo. l. ſi quis pro vxore. in fin. & C. eod. titu. l. fructus. & meritò ſui eſſe debent; quia ſecundum naturam eſt commoda eum ſequi, quem ſequuntur incommoda, vt ff. de regulis iuris. l. ſecundum naturam. & extra eo. tit. c. qui ſentit. lib. 6. Ad tertiam quę-
4 ſtionem reſpondeo, † quòd hæc quæſtio eſt potius facti, quam iuris. Nam aut expenſa pannorum facta eſt proprijs lucris mariti, aut de communibus bonis. Primo caſu planum eſt, quòd iſte maritus nihil alteri refundere debet, cum de proprio feciſſe videatur, vt ſupra dictum eſt, & nihil alteri fuerit detractum, ad quod. ff. de condi. indeb. leg. nam hoc natura. In ſecundo vero caſu tenetur maritus reficere, ad quod: ff. de muner. & hon. leg. 3. §. fin. & ad municipal. leg. Lucius. §. idem reſpondit; hæredes. & C. de ſtatuis, & imag. l. fin. Circa quartam quæſtionem;
5 † qua quæritur, de impenſis factis in nuptijs, per patrem; rñdeo, quòd de his ſumptibus quantumcunque inæqualiter factis nulla debet haberi ratio inter frarres, ſed potius debet totum hæreditati imputari, vt ff. fami. ercíſc. l. ſi filia. §. Neratius. & de lib. agno. l. ſi quis in totum, cum ſimilib. Ad quæſtionem
6 vltimam reſpondeo diſtinguendo, † nam aut dos eſt conuerſa in communem vtilitatem domus, aut non. Primo caſu alter frater non tenetur communicare in expenſis talib. cum iſta ſint de oneribus matrimonij, quæ onera ſolus maritus ſuſtinere debet, vt C. de iure do. l. pro oneribus. In ſecundo caſu debet alter frater in expenſis contribuere huiuſmodi; quia apud quos re-

manet dos, debent esse onera matrimonij, vt supra ita dictum est in secunda quæstione. Et expensas intelligo hoc casu eatenus, quatenus huiusmodi instrumenta, vel ornamenta essent deteriorata propter vsum, &c. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLV.

1 *Lucra, & fructus percepti ex dotibus vxorum, an & quando sint conferendi inter plures fratres, & quæ sint inter eos communicanda.*
2 *Ornamenta facta vxoribus ex bonis communibus, an sint inter fratres dividenda.*

Quidam fratres veniunt ad diuisionem bonorũ paternorum & maternorum: hi sunt numero quatuor: & omnes sunt vxorati. Quidam ex prædictis fratribus habuerunt dotes ex possessionibus, quartus habuit in pecunia dotes suas. Illi autem fratres, qui habuerunt in possessionibus dotes suas, auxerunt dotes emendo, & ædificando, & recuperando res dotales. Eisdem quatuor fratribus expensas facientibus de communi, licet haberent habitationes diuisas: nunc vnus de istis fratribus habens dotes in pecunia dicit, quod cum factæ sint expensæ in acquirendo & ædificando, & recuperando dictas res dotales, quòd ipse reddat indemnis de dictis melioratiobus cum ipsæ res debeant remanere sicut ante apud fratres vxoratos, & eorum hæredes. In Dei nomine, amen. Ad
1 primum punctum dico pro euidentia† primo, quòd fructus rerum dotalium debent deseruire oneribus matrimonij: & lucro viri cedunt, vt l. pro oneribus. ff. de iure do. & sol. matr. l. si cum dotem. §. sin autem in fœuissimo. & l. si filia. & l. si maritus. ff. fam. ercisc. cum similibus. Et prædicta vera sunt in quibuscunque fructibus, &c. Istis existentibus in communi. Item quod dicitur, quòd fratres qui habuerunt dotes in possessionibus auxerunt dores, si quidem emerunt aliquid existentes omnes isti fratres socij omnium bonorum. si qutdē emerunt nomine suo, fratribus communicare tenentur, vt l. si quis societatem contrahit. in vlt. argum. ff. pro socio. si autē suo nomine, & fratrum, de hoc non est dubium, quòd partiri debent cum eis. Et hoc venit in fam. erc. iudicio, vt l. certi iuris. C. fam. ercis. nec facit ad propositum, quod seorsum habuerint. Item cum per dictos fratres in contractis debitis diuersis de causis stando in officijs varia, & diuersa negocia procurando, maritando filias, nunc quæritur, vtrum ista debita veniant æqualiter diuidenda: & dico, quòd non, vt l. ex parte hæres. §. filius. ff. fam. ercis. nisi essent socij omnium bonorum ex conuentione, vt leg. cum duobus. §. pa. & §. idem Pompon. ff. pro socio. Qui ergo debita contraxit, ipse soluat, nec possit alijs imputare. l. his consequenter. §. fumptum. ff. fam. ercisc. Item de bonis acquisitis per dictos fratres, vel aliquem ipsorum quæritur, quid iuris? Ad qd dicitur, quòd si bona per aliquos fratres empta, seu eis donata nunquid ista communicabuntur? & dico, quòd non, nam in fam. ercisc. iudicio hæc non veniunt, sed vt propria adiudicantur, vt l. hæredes. §. pro emptore. & §. pro donato. ff. fam. ercisc. Item si non sunt contracta nomine omnium, & in omnium vtilitatem, qui contrahit, sibi retinet: nec alijs reputat, vt d. §. filius reipublicæ. & l. ex parte. ff. fam. ercisc. Ita credita non obuenientia nomine omnium, sed pro sua industria, & res acquisitæ per eum alijs suis
2 socijs non communicantur. † Item quia vxores prædictorum habent ornamenta facta ex communibus bonis. Modo quæritur, vtrum illa veniant inter omnes fratres diuidenda. Ad quod dicitur, quòd vxores prædictorum fratrum habebũt ornamenta facta ex communibus bonis. Dico, quòd si sunt ornamenta, quæ conueniant vxoribus & viris, nec excedant conuenientiam, nec regionis consuetudinem, quòd hoc casu non veniunt diuiden. sed cedunt lucro vxoris: quia hoc est onus matrimonij, & dotes deseruire debẽt oneribus matrimonij, vt supra dictum est. & in hoc seruabitur æqualitas; quia omnium lucro, facit ad hoc. l. pro oneribus supra allegata, & l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instruct. Huic quæstioni cum fratres faciunt expensas communes, cum omnes fecerant, quòd fructus percepti ex dotibus, siue sint dotes in pecunia, siue in possessionibus, debent poni, & communicari omnibus, cum dicti fructus seruiant, vt supra dictum est, oneribus matrimonij. Cum ergo isti fratres omnia onera matrimonij sustinent, igitur cedũt fructus omnibus istis quatuor, vt l. filia. §. hoc amplius. ff. fam. erci. ergo potest frater habens dotem in pecunia petere fructus. est enim vxor sua alimentata de fructibus dotis prædictæ, fructus vero, vel vsuræ non veniunt, nisi à tempore lit. cont. vt l. 1. C. de vsur. leg. & ff. de vsu. l. patronus, 2. respons. ff. de legat. 3. ideo ait Azo in summa in 4. col. vers. item veniunt. ibi, sed & fructus dotales, &c. Et per hoc satis apparet, quòd fructus ex proxima ætate præterita recollecti tangunt illi, qui onera matrimonij supportabunt, & si onera omnes simul supportauerunt, nõ tenetur alter alteri aliquid reficere, cum videantur communiter vxoribus expen. facere, & communiter onera vxorum supportare. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXLVI.

1 *Possessio quot modis turbetur.*
2 *Qui olim possidebat, an præsumatur hodie possidere.*

1 Sciendum † est, quòd quis inquietatur, & turbatur aliquãdo per ingressum alterius eo inuito, qui nihil aliud fecit, nisi ingrediendo. ff. de seru. rusti. præd. leg. diuus. quia nec pedem nec aliud, licet in aliena possessione inuito possessore immittere. ff. si seru. vend. leg. sicuti. §. Aristo. Aliquando per alium actum, puta impediendo colere, arare, fructus percipere, & si. ff. de vi & vi arm. l. vim facit. ff. vti poss. l. si duo. §. videamus. in fin. Item & quia arbores succidit possessore inscio, vel prohibente, vim facit inquietatiuam. ff. quod vi, aut clam. l. nam & si ramos. in princip. & l. denique. §. arbores. & l. si immaturam. & leg. duobus. §. colonus. ff. de iureiuran. & l. vim facit. ibi, & quod aliud, &c. & nõ tenetur solum qui mandat, sed etiam qui facit, si vno soluente alius non liberatur, nec nominatur in hoc iudicio persona mandatoris: quia mandatum, non excusat à peccato, vt dicta leg. denique. §. si colonus. & §. Iulia. & not. ff. de iurisdi. omn. iud. leg. si quis id, quod. §. fin. Co. de accusa. l. non eo minus. ista enim iudicia personalia sunt, & ideo nominare dominum in iudicio non expedit, not. C. vbi in rem act. leg. 2. & facit. ff. de vi & vi arma. leg. quoties. §. deiecisse. & ff. de actionib. & obligationib. leg. seruus. Nec obstat, quod not. de rei vendic. l. in rem. §. tignum. quia ibi opus fiebat per fabrum in re possessa à mandatore, hic non. Ex quibus concluditur, quòd accusatio instituta contra Seium prætensum procedit; quia facinus complere non obest. nam cum vicini essent, aut sciuerunt, vel inuestigare debuerunt, quis possideret: & non ad iniuriam prosilire; quia temeritas est delictum. ff. de leg. l. 1. ff. de vsufruct. l. sicut. §. de prædictis. ff. ad legem Aquil. leg. qui occidit. §. in hac. Facit; quia vicini præsumuntur scire. ff. de flum. l. 1. §. 1. ff. loc. l. dominus. Nec obst. statutum. §. cum vero ingrediens. quia loquitur, vbi solum ingreditur, & non facit alium actum in præiudicium possessoris. si ergo facit; quia arbores succidit, cessat statutum, & sumus in iure communi. idque ex verbis, & mente statuti apparet ratio, ergo statutum non vult procedit; quia nullum præiudicium est illatum agenti. Cæterum arboribus succisis, & damno dato non potest fingi non datum: nec in pristinum statum potest illa iuris fictione reparari. ff. de capti. leg. in bello. §. factæ. & ideo veraciter concludi potest, quòd prima accusatio pendet: & super ea procedi debet ad probationes fiendas, & reliqua, quæ facta non sunt. ff. de iudic. leg. de qua re. & sic, vt merita causarum ostendunt, iudex pronunciabit. † Secunda quæ-
2 stio stat, vtrum Albertinus probauerit de possessione tempore maleficij. & videtur, quòd non; quia qui olim possedit non præsumitur hodie possidere. Cod. de probat. leg. siue possidetis. nam possessio est facti. ff. ex quibus causis maio. leg. denique. & in fac. sicut non præsumitur principium, ita nec præsumitur continuatio. ff. de iureiuran. leg. eum, qui. §. qui popularibus. & maxime quando criminaliter agitur, vbi probationes debent esse luce clariores, de probatio. leg. sciant. In contrarium quòd possessio præsumatur animo retenta, & continuatio per decennium: & ideo sufficit probare initium possessionis: quo probato nisi appareret alium medio tempore inuasisse, præsumor per decennium possedisse. Cod. de seru. fugit. leg. 1. & per Dyn. in cap. possessor. de regulis iur. libro sexto; de vsu. leg. quæritur. Institu. de vsucap. §. quod autem. & iura, quæ dicunt non præsumi ex veteri possessione in præsenti tempore, loquuntur, vbi possessor negat modo se possidere: secus autem si asserit. Quapropter videtur concludendum, quòd ciuilis possessio sit probata; quia tunc sola sufficit ad agendum, vt ff. de acquiren. poss. leg. clam. §. fin. & dict. §. denique. Nec in quæstione amplius est videndum, an per acta sit probatum de possessione; quia text. de princip. possessionis loquitur ambigue. facit de vsuca. l. Celsus. per Bar. ergo lector ante videat bene acta, & cum in facto consistant, capiat consilium ex seipso. Et ita dico, & consulo ego Bal. de Peru. V. I. D. &c.

CONSILIVM CCCCXLVII.

1 *Protestans colono, quod nõ relaxet possessionem Titio, aliter quod protestatur de suo interesse, an possit accusari de turbata possessione.*
2 *Quæ practica sit obseruanda, quando quis protestatur debitori, ne soluat, vel aliud faciat, ad quod facere teneatur.*
3 *Locus, in quo facta est protestatio, an sit in accusatione ponendus. & quis locus, nu. 4.*

In puncto proponitur, quòd Titius accusauit Seium interdicto vti possidetis, siue de turbata possessione: & ad probationem suæ possessionis inducit quandam protestatio. factam per Seium accusatum colono ipsius Titij sub hac forma, videlicet, quia accusans protestatur colono, quòd dictam poss. alicui non relaxet, nec restituat: & si secus faceret, ex nunc protestatur sibi suum interesse, & ad id intendit
1 ipsum conuenire. † quæritur, an vigore dictę protestationis potuerit accusari. Item quia per hanc protestat. Seius contendit se possidere, & contendens se possidere tenetur isto interdicto. l. 1. §. restituendæ. & §. hoc autem interdictum. ff. vti possid. vbi istud interdictum datur contra illum, qui contendit se possidere: nam ille, qui protestatur, videtur sibi velle protegere, & conseruare ius, de quo protestatur: nam protestatio est cautela protegens protestantem, vt ff. de admin. tut. l. quidam decedens. & not. per Ioan. Mona. in cap. in generali. de regulis iuris. lib. 6. & ibi per Ioann. Andr. ideo iste Seius protestans tenetur interdicto vti possidetis; & per consequens potest accusari. Præterea videtur, quòd iste Seius per istam protestationem inquietet, & molester istum T. in sua possessione per dictam diffamationem protestationis; sed inquietans, & molestans tenetur isto interdicto, vt leg. si duo. §. vicinus. ff. vti possid. Præterea videtur, quòd iste Seius per dictam protestationem factam colono dicti T. vt supra patet, probauerit dictum T. in sua possessione. Nam quicunque facit aliquid, per quod liberam possessionem aduersarij non relinquit, vim facit ille, & tenetur isto interdicto vti possidetis, vt leg. vim facit. ff. de vi & vi arm. secundum vnam lect. Ideo videtur, quòd dictus Seius vigore dictæ protestationis possit accusari. Sed in contrarium arguitur, & sic per talem protestationem, vt hic factam, non videtur protestans turbare, nec inquietare dictum Titium in sua possessione: sed de suo interesse protestatus est, quòd potest esse ratione debiti, vel alia iusta causa. Cod. quæ res pignor. obliga. poss. leg. nomen debitoris. cum similib. quia nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo. ff. de iniur. leg. iniur. §. 1. & ff. de pet. hære. l. illud. 1. respons. de elect. capitu. cum ecclesia. pro tanto non potest accusari. Præterea dicta indiscreta protestatio sine aliqua iusta causa nullius est momenti, vel effectus. ff. de const. pec. l. vtrum. in fin. leg. fideiussor. de fideiusso. & ibi per Bartol. Modò prac-
2 tica est, † quando quis protestatur debitori, ne soluat debitum, vel aliud faciat, quod facere tenetur, legat eidem instrumentum debiti, vel aliud instrumentum, aut copiam dimittat. dicta l. nomen. & de elect. cle. causam. & per Barto. in leg. non solum. §. morte. de ope. nouj nunc. vbi tractat materiam protestationis. Igitur per dictam indiscretam protestationem non obligatur, nec accusari potest. Et per prædicta respondetur primo, & secundo argumentis in contrarium factis. Præterea per istam indiscretam protestationem, & sine causa factam nullum præiudicium potest dici. Tit. generari, vt l. Stichum. in fin. ff. de noua. Ita not. Barto. in dict. §. morte. Igitur ad interesse turbationis non potest agi. ff. vti poss. l. si duo. §. fin. cum ergo nullum sit interesse, non potest accusari. & per hoc sit responsum tertio ar. in contrarium facto. Præterea inuenio quæ. in simili formatam, & in propria materia; qua quæritur, vtrum contra diffamantem tantum habeat locum interdictum vti possid. exemplum, dicis me malæfidei possessorem, vel non habere iurisdictionem: potero ne agere contra te vti poss. directo, vel vtili indirecto, tenet Inno. quod non, extra de rest. in integ. ca. 1. in medio glos. magnæ. Bar. dicit, quandoq; per talem diffamationem non impeditur possessio mea. Et verum dicit Inno. & hic videtur casus noster: cum per talem protestationem nullum T. præiudicium generetur, vt supra ostensum est. Quandoq; per talem diffamationem impedit possessio mea: quia non inuenio laboratores. vel homines subditi nolunt ad me tanquam habentem iurisdictionem venire: certe tunc videtur facere vim. ff. de vi & vi ar. l. vim facit. ibi. siue quod omnino faciendo, per quod, &c. Et ita no. Bart. in l. huius. ff. vti poss. quod esset, si iste S. discretam protestationem fecisset cum causa, licet non vera, tamen verisimili: quia sine causa facta non habet effectum ad impediendum ius ei competens. cui debetur. C. de pet. hęr. l. fi. & l. hoc autem. in pr. ff. si cui plusquã, per l. Fal. licet tunc teneatur ille, cuius interest, hanc protestationem factam non fuisse ad interesse. ff. de eo, per quem factum erit. l. 1. §. 1. ita no. Bar. in d. §. morte. in materia protestationis prohibitoriæ. ex quibus clare concluditur, dictum Seium vigore dictæ protestationis accusati non posse;
3 nec per consequens condemnari. † Secundo quæritur, an in accusatione debeat inseri locus factæ protestationis: & respondeo, quòd quando criminaliter agitur, dẽt inseri in accusatione locus, & tempus turbationis, vt l. 1. §. rectissime. ff. de vi & vi ar. & de accu. l. libellorum. & quod ibi no. sed quando agitur ciuiliter, vt l. si duo. in prin. ff. vti pos. tunc quia præiudicium est ciuile, non requiritur de necessitate locus, & tempus. ff. de eden. l. 1. in princ. & quod ibi not. & ff. de testi. l. testium. In casu igitur nostro quia criminaliter agitur, requiritur locus, & tempus:
4 † Sed quis locus debet inseri, an locus protesta. factæ colono, vel locus rei, in cuius possessione dicitur turbatio facta? & certe Per. vt recitat Cyn. in l. 1. C. vbi de posses. agi oportet, tenet, quòd locus protestationis debet inseri. Bar. in l. libellorum. reprobat Pet. & tenet, quòd locus delicti, vel in quem conferrtur delictum, debet in accusatione poni, & confinari, siue terminari: quia in his, quæ habent successiuam locus, & tempus commissi maleficij inspici debet. leg. semper. §. omnium. ff. quod vi aut clam. tenet, quòd de cautela erit vtrunque locum confinari. & ita credo in proposito, quòd sufficit sic confinata, de quo in tempore protestationis fit mentio: licet locus protestation. non sit confinatus: debuit tamen in accusatione de protestatione mentio fieri, nam de qualitate, & modo turbationis debet expressa mentio fieri, alias accusatio nõ procedit; vt l. 1. §. interdictum. ff. vti possid. à simili in accusatione non requiritur locus mandati maleficij, sed locus, in quo est consumatum delictum, vt ff. de fur. l. qui seruo. §. si quis vxori, & §. neque verbo. & Bart. no. in l. furti. §. ope. ff. eodem titu. Ex quibus concluditur, quòd ratione loci factæ protestatio. in accusatione non descriptæ non vitietur accusatio prædicta. Ego Baldus. Adde, quod dixit Innocen. in cap. qualiter & quando. el secundo. de accusa. & Bald. in verbo. testis. in repertorio Innoc. quòd ille, qui agit interdicto vnde vi, debet probare diem spoliationis. Idem tenet Barto. in l. 1. §. interdictum. ff. de vi & vi arma. Et vide no. per aliquos in capi. cum Ioann. Heremita. extra de fide instrumen. & in cap. olim causam. in princip. & in capit. cum ad sedem. de rest. spol.

CONSILIVM CCCCXLVIII.

1 *Emphyteusi concessa vsque ad 3. generationem masculinam finitam vtrum computetur ipse recipiens.*

Concessa est alicui emphyteusis vsque ad tertiam ipsius generationem masculinam finitam.
1 † Modo quæritur, vtrum in computatione contineatur ipse recipiens, nec ne. Et videtur dicere glos. ordi. quòd non continetur, vt in authent. de non alien. §. alienationis. in gloss. 1. quæ incipit, hic no. coniuncto. §. alienatur. Nam gloss. dicit; quòd tertia generatio comprehendit filium, & nepotem: de pronepote autem non potest intelligi. Ad idem facit, quia verba debent intelligi, & referri ad naturam contractus; vt ff. de vsur. leg. si stipulatus. & per Dyn. in leg. ex facto. §. final. ad Trebellia. & in l. in executione. ff. de verbor. obligatio. sed emphyteusis habet hanc naturam, extra de consang. & affin. cap. non debet. in arbore consanguinitatis. Et hoc etiam probatur, si computaretur, dictio vsq, poneretur exclusiue: nec nepos comprehẽderetur; quia accipiens est vna gnatio, filius secunda, nepos tertia: sed tertia non includitur: igitur directo concluderetur contra S. emphyteutam, & ideo veritas est, q in numero non computatur patris persona, seu stirps: quia non est generatio, sed causa generationis. sicut nec maritus, nec vxor sunt affines, sed cã affinitatis, Inst. de nup. §. affinitatis. & ff. de condi. ob cãm. l. si seruum. dubium ergo non facit, sed nec stat, vtrum persona computetur

putetur pro prima generatione, sed stat in hoc, vtrum illa verba, vsq; in tertiam generationem, ponatur inclusiue, vel exclusiue. & gl. præallegata sentit expresse, quòd ponatur exclusiue, sed ego dico, quandocunq; emphyteusis recepta est pro tertia generatione, tunc est verum, quòd includit. Idem si dicatur vsque in tertiam generationē finitam. Nam ista dictio, finita, hoc demonstrat, quòd vsq; in finem tertiæ generationis duret. Et sic tertia generatio ex vi sermonis includitur: quia nouissimo iure potest emphyteusis concedi in perpetuum, vt no. in d.§. alienationis, quia sic non obst. d.§. emphyteusis. Si autem conceditur emphyteusis verbis simplicibus vsq; in tertiam generationem, & non dicit finitam, nec inchoatam, tunc est dubium, an ista dictio vsque, quæ apponitur supra gradum ab homine, ponatur inclusiue: nam quando ponitur supra gradum à lege, certum est, quòd ponatur inclusiue, vt Institu. de suc. agna. §. fi. & l. certum. C. vnde legi. probatur. in d.c. non debet. & ca. stari. de hære. lib. 6. sed quando apponitur ab homine in contractu obligatorio, videtur appositum exclusiue, vt in l. non in plur. de pact. Ego credo, quòd apponatur inclusiue, quia præsumitur in dubio, quòd voluerat stipulari tertiæ generationi, vt l. si pactum. ff. de prob. & arg. G. de leg. l. in annalib. facit, quod not. Cyn. in l. liberti. C. de ope. li. secundum opi. Io. Nō ob. l. veterib. de pac. quia ibi loquitur in eo, quod augeret obligationem, sed hic nō auget, sed facit eam magis transmissibilem. & hoc facit: quia pactum præsumitur reale, & non personale: & pari ratione debet præsumi personale potius, quam reale, vt l. iurisgent. ff. de pact. & l. qui futurum. §. fi. facit quod not. Cyn. secundum Petr. C. de con. & comm. l. veteris. Et ita viso dicto Specu. qui istum passum non examinat. Et ita dico, & consulo ego Bald. de Perus. Iuris Vtriusq; Doctor, &c.

CONSILIVM CCCCXLIX.

1 *Vsura diffinitio.*
2 *Vsurarius quibus assimiletur.*
3 *Vsurarius qualiter restituere teneatur, & quid requiratur ad hoc, vt vsurarius sit plene liberatus.*
4 *Prœmium statuti non facit ius.*
5 *Constitutio non valida in principali, an valeat in executione.*
6 *Vsurarii an possint cogi ad exhibitionem codicis rationum.*
7 *Dominus temporalis non debet permittere aliquos de terris suis vbidè fœnerari.*
8 *Vsurarius similis est vermiculo ligni.*
9 *Vsura vocatur nequissima.*
10 *Librum, seu rationes suas edere an quis teneatur.*
11 *Vsurarius est sicut leo, & scorpio.*
12 *Christianus an possit à Iudæo exigere vsuras promissas, vel in re ciuili permissas.*
13 *Causa vsurarum est principaliter fori ecclesiastici.*

Ius naturale comprobatum in nouo, & veteri testamento vsuras prohibere manifestū est, diuinæ scripturæ firmissimis scripturis, authoritatib. & ra-
1 tionibus cogentib. † Nam vsura est lucratiua pdatio præter naturam, quæ maxime in contractu mutui frequentatur. ideo autem dico lucratiua, vt non includam interesse, damnum, vel incommodum emergens creditorum pp moram, vel culpam, &c. Nam istud non est vsura. sed est fors. l. qui negotiationem. in pr. ff. de vsu. quod interesse licite petitur, & licite retinetur, vt not.
2 C. de fum. trinit. l. i. † Idem ideo dico prædatiua: quia omnis vsurarius est prædo, vbi ego noto plures similitudines. Nam vsurarius similis est hæretico, si credit non esse peccatum, immo dicitur hæreticus. sed si credit esse peccatum, tunc est prædo. Item siue credat, siue nō, similis est leproso. qui per morbi contagium alios inficit. Et ideo vsurarij sunt leprosi: & de sanorum consortio debent expelli, quia mali mores de rebus publicis extirpandi sunt, vt l. 2. &c. quinimmo dici potest, quòd vsurarius peccat contra naturam, scilicet rerum, quia impossibile est secundum naturam, quòd semel vnum, bis sit vnum. Quod vsurarius nititur facere cumulando, & aggregando, plusquam patiantur termini naturales. Nam natura non potest facere, quòd semel vnum, bis sit vnum, & ideo omnis vsura contra naturam est, quomodo ergo lege permittitur? Respondeo, illud est propter aliquod adiunctum non dubium mutari: puta propter interesse verum, & certum, non dubium, nec in ambiguis constitutum, vt extra de vsur. ca. salubriter. & in c. 1. de feu. Ideo princeps, & leges tolerant vsuras non propter animarum salutem, sed propter victus necessitatem, nam sine pecunia viuere impossibile est. ff. de leg 3. l. si chorus. Et nemo vult gratis suam pecuniam mutuare: vnde necessitate peruenitur ad vsuram, alioquin homines sine tali subsidio viuere non possunt, vt dixi. ita dicit glos. in l. si conuenerint. de pigno. act. Item in casu strictæ necessitatis vnus conari debet alteri succurrere gratis: qa tempore necessitatis omnia debent esse communia: omnia dico vsu consumptibilia. ff. ad leg. Rhod. de iac. l. nauis onustæ. Vnde sublata esset pietas de medio, si vsura esset permissa. & hoc est contra charitatem, quæ est vinculum perfectionis, & funiculus cœli, & mundi. Secundum autem est, quòd omnis vsurarius est prædo, sed nō omnis prædo est vsurarius. v.g. pignorauit fundum pro 10. & vsuris excurrentibus consumpto toto debito tu percipis fructus, furtum est, non sors, nec vsura. ff. si certum pet. l. si quis nec causam. §. res pignori. ff. de fur. l. si quis vxore. §. eum creditorem. Percipiendo vsuram non fecit furtum, sed iste sic, ideo creditor diminuto credito nō fecit furtum, quia conuet-
3 tit in ipsum debitum: & ideo natum. † Videamus modo, qualiter vsurarius debeat facere restitutionem vsurarum. Respondeo, ad hoc vt sit plene liberatus, debet integraliter restituere, nec sufficit ei, si remittatur. nam ista remissio est captiosa, & cauillosa in fragranti in crimine: nam non potest quis perseuerans in delicto pœnitere, sed seorsum bene valeret remissio gratuita, & vera. Alij dicunt, quòd valet gratuita, ac vera remissio: quia qui gratis remittit, donat. de hoc not. in cap. peccatum. de re. iu. lib. 6. hoc dico pro tanto; quia constitutio dicit de restitutione vsurarum: & non dicit de gratuita remissione. vnde iste videtur casus omissionis à constitutione: & sic erimus in iure communi. vnde non dico, quòd non valeat constitutio, sed non comprehendit hunc casum, arg. ff. de neg. gest. l. 3. §. hæc verba. & ff. de condi. & demon. l. Iul. la picula. ff. de condi. ob causam. l. si mulier. Videamus, an sit verum, quòd valeat dicta cōstitutio: nam si vetitatem amamus, si quidem loquitur de oblatione, debet fieri congruo loco, & tempore. ff. de sol. l. si soluturus. C. de vsuris. l. acceptam. Si vero loquimur de solutione, quæ fit creditori recipienti, sufficit in quocunq; loco fiat. sed si fit additio ad solutionem tantum, vt ff. de eo, quod cert. loc. l. 3. §. idem Iul. ergo dicta constitutio non valet; quia est irrationabilis, & contra ius commune. Amplius videndum est, quòd dicta constitutio non loquitur frangendo restitutionem simulatam: vnde stamus veritati, si vera apparet numeratio: quanquam dici posset, quòd hoc casu numeratio vera non probetur per confessionem propter legitimam suspicionem. ar. C. de dona. ante nu. auth. sed iam necesse. Nam pp constitutionis interdictum præsumitur fraudis stipulatio, vt ff. de prob. l. quæ testim. & huic
4 constitutioni episcopali applaudit similitudo dictæ causæ vsurarum, vt in c. quanquam. de vsur. lib. 6. Bē quicquid obseruetur de facto, nescio, tñ ista constitutio non valet patente iustitia veritatis. † Adde, q̄ proœmium statuti non facit ius, sed ad ipsum, quod sequitur, statuendo facit ius, verbi gratia, dicit statutum, qm̄ vsurarij faciunt instrumentum de duplo: idcirco nolumus executioni mandari, nisi probata vera portione. Nam per hæc incidentia verba, qm̄, & c. nihil probatur, vnde non probatur per hoc, quòd instrumentum sit de duplo, vt ff. de rei ven. l. emptor. §. ancilla. quia ista sunt verba impulsiua, non determinatiua. secus si constitutio loqueretur determinatiue, verbi gratia, quòd præsumatur de duplo: nam præsumptio constitutionis episcopalis, vel legis saltem transfert onus probandi in aduersarium. licet ergo non petente, quòd authoritas constitutionis poterat naturam necessariam alterare, vt l. 2. ff. de vsufruc. ea re.
5 quæ vsu consu. † Sed nunq̄d vbi non valet constitutio in principali, valeat in executione. videtur, q̄ sic, quia sñia pastoris, licet iniusta, seruanda est. Contrarium ratione; quia non contemnit disciplinam ille, qui non tenetur obedire, vt ff. iu. sol. l. iubemus. & ff. ad legem Fal. l. quod de bonis. §. 1. & l. Seius, & Augerius. ff. de ope. li. l. cerdonem. Prima pars est tutior, sed ista verior: vnde talia decreta resoluuntur in comminationes, vt C.
6 commina. vel episl. præses. † His præmissis videamus de potestate domini temporalis, qualiter possit tractare vsurarios: & vtrum possit cogere eos ad exhibitionem codicis rationum. nam siue equiparentur argentarijs, nummularijs, siue mercatoribus compelli ad hoc possunt petente eo, cuius interest, vt no. Iaco. But. in leg. 1. C. de eden. Item vsurarij tenentur soluere munera pro creditis suis: & describere in æstimo, si superior moneat.

C. de

C. de immu. hemi. con. l. fin. lib. 10. nec potest inferior à principe eos eximere, vt not. C. de dec. l. vacuatis. eo. lib. & per istum modum possunt compelli ad ostendendum codices eorum per dños terrarum, & locorum habentes ius fisci etiam sub eadem
7 pœna, vt l. creditor. in prin. ff. de act. emp. † Illud autem certum est, q̄ dominus temporalis non debet admittere aliquos oriundos de terris suis publice ibidē fœnerari, vel stationes, siue cassinas conducere ibidem ad fœnerandum. ca. vsurarum voracitas.
8 de vsur. in conc. Lugdun. Et bene litera dicit, voracitas: † quia vsurarius similis est vermiculo ligni, quia vermiculus ad tactum apparet lenis: sed dentes habet ita durissimos, quòd omne lignum rodit, & deuorat: ita & vsurarius est vermis patrimonium rodens, & quamuis naturaliter eueniat, quòd maiora facinora animus detestetur, tamen in vsurario est contrarium; quia quanto maiores vsuræ, tanto dulciores sunt: & sicut ignis comburit infinitum, si combustibile haberet sibi approximatum, ita vsurarius tanquam os inferni deuorat, & rodit, quanto
9 plus habet in marsupio, & maxime lædit, cū non sentitur. † Item vsura vocatur nequissima. 47. dist. c. si cer. peta. bene. & ibi per Arc. & per secretos codices rationum probatur, q̄ quis est consuetus istam artem nequissimam exercere: tamen codices, quos fecit, proprio motu, & stricto retinet, & non cogitur exhibere; dicebat Arch. 45. d. c. qui fincera. hoc dictum non est simpliciter verum: nam ex casu cogitur, vt in c. 1. de vsur. in cle. & in l. 1. C. de eden. per Iac. But. & supra tetigit. facit, quod not. Instit. de inuti. stip. §. item verborum. in practica interrogationis fiendæ.
10 ff. ad exhib. l. thesaurus. † quandoq; quis cōficit rationes sibi soli, tunc regulariter non cogitur edere alteri alteri. exemplum in memorialibus priuatis, quæ communiter homines faciunt sibijpsis ad memoriam propriam, & recordationem rerum gestarum. Quandoque quis conficit rationes sibi, & alijs, vt socius, & procurator conficiens rationes: quia conficit rationes gra sua, & alterius, ac ēt quandoq; alterius tantum gratia, vt scribas, siue cancellarius: & iste tenetur edere, vt ff. de eden. l. quidam. in
11 prin. & l. prætor. §. rationes. † Et no. quòd vsurarius ore lingit, & stringit sicut scorpio, & sicut leo famelicus, semper quærit, quē deuoret, & fraudem committit in omnib. prædicamentis, dum recipit, quod non dedit: vel plusquam dedit: vel dedit malum frumentum, & recipit bonum: vel in loco, in quo non dedit, & huiusmodi. Præterea in fœneratore nulla potest esse ciuilitas,
12 vbi nulla cadit humanitas. † Sed dubitari potest, vtrum Christianus à Iudæo possit exigere vsuras promissas, vel à iure ciuili permissas. nam Ambrosius videtur sentire, quòd sic, dum dicit, ab illo exige vsuras, cui nocere potest. In contrarium, q̄ Iudæus non potest recipere à Christiano, vt extra de vsu. c. post miserabilem. ergo nec econuerso, quia qđ quisque iuris, &c. vt extra de conf. c. cū omnis. & l. fi. ff. qđ quisq; iur. Non ob. dictum Ambrosij; quia intelligitur de hoste publico, vel hæretico. 8. di. ca. quo iur. Ostendum ergo videtur, q̄ nullum genus hominum possit exercere vsuras: qa sunt contra tabulas veteris, & noui testamenti, & rari attenderent ad culturā agrorum, si vsuræ essent licitæ. Item locupletari sine cā secundum eum, sed cum cā sic, sed respōdeo, cā est determinata ad hoc aliquid, puta ad decem pro centenario re vera mutuato, ergo extra naturā lim. non excedit suos terminos naturales, vt ff. si cer. peta. l. rogasti. §. si tibi. nec pōt dici donatio, qa implicita est cum alio respectu. sc. liberalitatis veræ, & simpliciter. Item nō percipitur natura, vt ff. de rei ven. l. si nauis. expedit igitur fœneratores sub iure regulis refrenari, vt in proœmio decretaliū ca. rex pacificus. & ita sit concluſum, q̄ domini tales non solum pñt dicere cessanis contra manifestos vsuriosos pē ferre, sed etiam possunt, ne malum exemplum crescat in republica, prouidere: non tamen iudicialiter
13 cognoscere, sed requirit altiorem indaginem, † quia vsurarum causa principaliter est fori ecclesiastici, vt plene not. 11. quæ. 1. in sum. & in c. dispendiosam. de iu. & in cle. & est simile, quòd quedam permittuntur sine indagine iudiciali notoria, quæ generaliter non permitterentur, vt in cap. statutum. de offi. dele. lib. 6. Et ita ego Baldus de Peru. ad requisitionem domini Caroli de Malatestis Papiæ dico, & consulo.

CONSILIVM CCCCL.

Quæritur, † an propter solam diffamationem notarius efficiatur malæ famæ, & per conte-
quens modicæ fidei scriptura, &c. Adde in 5. parte consi. 402. incip. quæritur, an per solam, &c.

CONSILIVM CCCCLI.

1 *Dotis restitutio an sit fienda de patrimonio communis fratrum.*
2 *Fratres an præsumantur socij bonorum.*

Duo fratres vnus maior natu, alter minor steterunt simul: & maior natu omnia recipiebat, & distribuebat: minor accepit vxorem, & se obligauit restitutioni dotis: maior natu suas filias maritauit: post tem-
1 pora processerunt ad diuisionem: † quæritur, an restitutio dotis debeat de communi patrimonio detrahi: & dico, quòd sic, duplici ratione, quia sicut cæteri redditus peruenerunt ad manus maioris, ita & ista dos peruenisse videtur, arguendo de cōsuetu. patris fam. ff. de pigno. ac. l. vel vniuersorum. ff. de fun. instructo. l. cum de lanionis. §. asinam. de legat. 3. l. prædijs. §. balneas. & §. Titio. & §. qui domum. & quia præsumitur versum in communem vtilitatem, ar. l. Procula. de prob. ideo de communi patrimonio debet detrahi. ff. fa. ercis. l. si filiam. §. vera. ff. pro so. l. ac. §. si vnus. facit. ff. pro soc. l. si socius pro filia. ff. fa. ercis. l. si
2 maritus. † An autem duo fratres simul habitantes præsumantur socij bonorum: respondeo, quòd ex sola fraternitate non propter bona indiuisi præsumantur socij. ff. pro soc. l. cū duob. §. fratres. sed præsumitur societas ex actib. socialibus frequenter factis; quia societas tacite contrahi potest: & quia consensu contrahitur, vt l. margaritam. & ibi no. Et ita dico, & consulo ego Bal. de Perus. V. I. D. &c.

CONSILIVM CCCCLII.

1 *Duo fratres aduocati, qui bona omnia communia simul possederint, & fructus perceperunt simul participando onera, & lucra, an teneantur alter alteri communicare bona empta proprio nomine, & discantur contrahere societatem: & per quos actus inducatur societas. nu. 4.*
2 *Societas est contractus correlatiuus.*
3 *Qualiter sit considerandæ qualitates societatis.*

Duo fratres † diu steterunt simul, & bona communia simul possederunt, & fructus
1 perceperunt simul participando onera, & lucra; quia legistæ erant: & vnus ipsorum proprio nomine emit bona: modo veniunt ad diuisionem, & alter petit communicari bona predicta
2 empta proprio nomine. Ad euidentiam generalem † est præmittendum, quòd societas est contractus correlatiuus quandoque à verbis exprimentibus super quo incipiens, quandoque à factis emanans. Societas, quæ sermonibus continetur, clara est; quia certitudo verborum declarat certitudinem intellectus. ff. pro socio. l. 4. Societas vero, quæ contrahitur rebus & factis ipsis, ad illa extenditur, ad quæ facta hinc inde se prorendunt: nec vno tantum faciente contrahitur societas: quia societas promiscuum factum exigit, vbi facto contrahitur. oportet enim, quòd vterque in societate aliquid ponat, aut vere, aut licite. ff. pro so. l. pen. & l. si non fuerint. vnde qualitas factorum hinc inde declarat qualitatem, & modum societatis. ita ergo dicendum est, de duob. fratribus, qui ex legum peritia lucrantur: nam si consueuerunt lucra, non dico parua, quæ vsu consumuntur in domestica familia: sed notabilia, quæ conuertuntur in emptionem prediorum, vel aliam perpetuam vtilitatem inuicem communicare: tunc ista sunt communia. Et si vnus eorū altero ignorante fecit instrumenta pro se tantum, tenetur communicare. ff. pro soc. l. si quis societatem contraxerit. immo etiam si vnus quisq; clandestinè faceret contractus pro se, deberet communicare; quia consensus communis requiritur ad hoc, vt actioni pro soc. derogetur. Sicut enim in contrahenda societate consensus communis consideratur, ita & in perimenda actione pro soc. ff. pro soc. l. actione. §. diximus. in hac idem societate, sicut in quibuslibet actibus probandis debemus considerare genus, & differentias, vt no. C. de proba. l. actor. Si consideramus genus, videtur fuisse inter eos societas generalis: quod sic probo.
3 † Si quis vult cognoscere societatis qualitatem, consideret, vtrum actus sint contrarij alijs actibus, qui induuntur in contractu, qui ponuntur in leg. penultim. C. communi di. & per locum à contrarijs cognoscetur. qui enim actus sunt dissociatiui, eorum contrarij sunt sociatiui. isti fratres fuerunt socij generales: & hoc considerato genere. verumtamen quia species de-
4 rogat generi, † videamus, vtrum in hac specie, de qua quærimus,

mus, videlicet in lucris quasi castrensibus, scilicet officiorum, & aduocationum fuerit inter eos contracta societas. & videtur, quòd non; quia ex hoc lucro negotiabantur sibi, & faciebant dicere chartas in se tantum. In contrarium, quia istæ differentiæ, seu distinctiones clandestinæ non minuunt societatem generalem. oportet enim renunciati societati, ita quòd alter, cui renunciatum, sciat. ff. pro soc. l. ac. §. renunc. ff. si cert. peta. l. si socius. Et est expressum, quòd res vnius nomine emptæ communicentur, in d. l. si quis societatem. quare secundum ea, quæ proponuntur, omnia hinc inde communicanda sunt à tempore, quo vterque de lucris suis aliquid in societate posuit vsq; ad tempus mortis prius defuncti. facit, quod no. in l. Titium. §. altero, de admi. tu. & in c. 2. de fratrib. de nouo beneficio inuesti. collat. 10. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio Iuris vtriusque Doctor.

CONSILIVM CCCCLIII.

1 *Pecuniam alicui mercatori ad partem lucri percipiendam committere, an & quando licitum sit, & quis contractus sit iste. & nu. 2.*

1 **Committere** † pecuniã alicui mercatori ad partem percipiendã honesti lucri videtur esse licitum, & permissum, vt extra de do. inter vir. & vxo. & de do. post diuor. restit. c. per vestras. quod exponens ibi Bar. ait, si conuertat in societatem honestam. vnde intelligit illũ rex. in contractu sociali. Dicitur autem contractus socialis, quando hoc agitur, vt lucrum, & damnum communicetur. ff. pro soc. l. si non fuerint. Et ideo dicit Goffre. in tit. de vsur. in sua sum. ver. aut, &c. Vis autem dare pecuniam tuam nauiganti, seu eunti ad nundinas, vel alij mercatori sine peccato? ponas tu pecuniam, & alius operam personalem. plerumque enim quod pecuniæ deest, opera supplet. ff. pro so. l. 5. §. 1. Et communices pecuniam, damna, & lucra. hæc Goffre. vbi ergo non est periculi communicatio, ibi non est societas, vt d. l. si non fuerint §. fin. & per
2 consequens oportet, quòd sit alius contractus. † Videamus ergo, quis contractus est iste, do pecuniam mercatori, vt de lucris, quæ faciet cũ pecunia, det mihi octo pro centenario. Nam pecuniæ quæstus potest esse maior tali mercatori, & potest esse minor, & potest esse æqualis: vnde ex euentu lucri si quid amplius mercatur, lucrum est. Sic enim poteris dicere pecuniæ recompensationem. Nam & in vera societate capitale est salutum, scilicet prosperi euentus taliter, quod supereset, diuiditur: capitale autem non diuiditur, immo danti rem assignatur integraliter, vti plene not. in l. i. C. pro soc. quæ dicit ita seruari de consuetudine, & ibi per Iaco. de Are. & Cyn. qui etiam de iure hoc esse dicunt. Respondeo, aut iste est contractus mutui: & tunc quicquid accedit sorti, vsura est. ff. si cert. peta. l. rogasti. §. si tibi. aut depositi. & idem; quia transit in creditum translato dominio. l. die sponsaliorum. ff. deposit. & l. Lucius. cõtractus autem mandati esse non potest; quia mandatarius non debet lucrum percipere: sed etiam immensum lucrum totum restituere, & sibi non teneri: vnde non est mandatum, si percipiat quæstum, quia mandatum debet esse gratuitum. ff. man. l. i. Hic est videndum, si iste mercator pecuniam amisisset, an teneretur restituere, & videtur, quòd sic, vt l. incen. C. si cert. peta. In contrarium videtur, vt l. i. C. pro soc. quia non tenetur, nisi ad operam, non autem ad pecuniam. sed illa lex loquitur in contractu societatis. Hic autem in ista pecunia non est societas; quia totum dominium transfatum in istum mercatorem. sed magis facit pro mercatore, quòd non teneatur pecunia perdita. ff. de præscrip. verbis, vt l. Titius. §. sed nec ipsius. igitur si sit periculum dantis, & non accipientis, videtur pactum licitum. ff. de nautico fœnore. l. pericu. Sol. ex quo pecunia sic simpliciter data fuit ad vtendum, præsumitur mutuum, vt no. ff. si cert. peta. l. cum quid. & periculum est mercatoris, vt d. l. incendium. licet pecunia casu fortuito perderetur: vnde semper est salua pecunia creditori: & de hoc ipse est certus. secus est autem in societate, nam de suo capitali est incertus, nisi res prospere cedat. Nam si aduersa fortuna pereat, periculo dantis perijt. Hoc ergo præsupposito, quòd pecunia mercatoris sit in dubio, sed pecunia dantis sit in certo tibi restituendo, claudicat contractus, & contractus claudicans censetur vsurarius secundum Host. vt no. Arch. 14. quæ. 3. c. vsura. Ad hoc etiam facit forma verborum octo pro centenario: quia ita consueuit vsura fieri. in societate enim non potest taxari certa quantitas, sed incerta sic, vt d. l. si non fuerint. & facit. ff. si cert. peta. l. lecta. cum similib. Et D. Recuperatus de sancto Miniate in morte sua ob hanc causam iussit restitui quibusdam mercatoribus certas florenorum quantitates sub tal conscientia ductus. Nam & si esset quæstio hæc de iure dubia; de iure tamen boni viri in foro conscientiæ tenerem partem tutiorem. Ad hoc bene facit, quod no. ff. pro soc. l. cum duobus. §. item ex facto. in glos. quæ incipit. l. quotitate. bene tamen faciet mercator, si non exigat ad vnguem, sed sit discretus in exigendo. Et ita dico, & consulo ego Baldus de Perusio Vtriusque Iuris Doctor, &c.

CONSILIVM CCCCLIIII.

1 *Statute statuto, quod potestas possit cogere reum, vel actorem iurare, si reus neget se debere, & petat actorem interrogari à iudice, vtrum habuerit depositum, an iudex possit ipsum cogere respondere.*

1 **Statuto** † Perusij cauetur, quòd si actor voluit stare iuramento rei de causa, seu debito, vel reus actori, quòd potestas cogat illũ iurare, &c. modo P. deposuit quingentos flore. penes M. & repetit ab eo: qui respondendo dicit, se nihil debere dicto P. deinde petit à iudice sub iuramento illum interrogari, an receperit ab eo illud depositum, qui dicit se nolle respondere isto modo: sed solum an debeat, vel non. quæritur, an debeat cogi. Respondeo, vbicunque iudicem mouet æquitas, iudex interrogare potest. ff. de interroga. act. l. vbicunque. Et sicut est in eius arbitrio discutere, an sit æquum interrogare ad lites succidendas: ita est in eius arbitrio interrogatoriorum forma. ff. de iureiuran. l. iusiuran. & ad pecunias. §. quod qualitare. ponamus enim, quòd tu deposuisti quidem apud me decem: sed in secreto tibi restitui: si iudex habet istam conscientiam, non oportet interrogare te extra ordinem, an recepe-
2 ris, sed an debeat. Si vero iudex habet ex aliquibus indicijs contrarium, bene potest interrogare de facto: quo casu non debet interrogatus respondere de obligatione, sed de facto. Si autem iudicium esset ordinatũ legitime responderi depositionibus in forma, sed si extra ordinem, est in arbitrio iudicis, vt dixi. & glo. in d. l. vbicunq; refert se ad obligationem. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLV.

1 *Emphyteutis proso, & filius suus, & hæredibus relicta an transeat ad filias ex forma statuti ab hæreditate exclusas extantibus masculis.*

1 **Primo** † cõsiderandum est, quãdo quis recepit in emphyteusim pro se, & filijs suis, & hæredibus, an veniant filiæ, quæ ex forma statuti in hæreditate nõ succedunt extantibus masculis, & dicendum est, quòd non. Ad cuius intelligentiam est sciendum, quòd pater interdum stipulatur filio vt filio; interdum filio vt hæredi: interdum vt filio, & hæredi: & hæredi vt filio coniunctis qualitatibus istis per copulam: interdum filio vt extraneo. Nos non sumus in primo, secundo, nec quarto casu, qui expediuntur per glo. in l. si tibi. §. pactus. & ff. de verbo. obligat. l. quod dicitur. sed sumus in tertio, non de qualitate altera, sed de qualitatibus copulatis, ideo vtraque debet realiter esse vera, scilicet quòd sit filius, & hæres. vnde filius tantum, id est, si non est hæres, nec hæres tantum, id est, si nõ est filius, sed extraneus, admittitur. ff. ad Treb. l. ex facto. §. fi. Item in stipulationibus, & omnibus contractibus strictiiuris, sicut est contractus emphyteusis, verba, & scriptura debent accipi in proprio significato: nec debet fieri extensio, & ideo nomine hæredis intelligitur hæres vniuersalis totæ, vel quotæ, in quo repræsentatur hæredum diffinitio, id est, iu. successor. ff. de edõ. l. quædam. §. is autem. non hæres improprie dictus, puta in re certa, vel aliqua quantitate, vt no. ff. ad Trebell. l. si quis priore. C. de hære. instit. l. quoties. & l. ex facto. eod. tit. Et apparet Guiduciam non successisse in hac emphyteusi: quia non sunt hæredes vniuersales. successit enim alius in vniuerso, & emphyteusi, in authen. de non alien. §. emphyteusim. & ille decessit sine prole: vnde tota accreuit ex tenore pactorum. Et secundum Bart. etiam ex natura mortis causa capionis. ff. de verbo. oblig. l. si mihi, & Titio. Et licet tenuisset donatio, quam fecit P. qui fuit hæres: non tamen tenuisset, nisi in vita sua. ff. de pign. l. lex vectigali. & ideo donatario renouari non potuit in casu suæ extinctionis. Nam in habentibus causam ab eodem priori tempore antefertur in dominio, & publiciana, sicut in pignore. ff. de publ. l. sine autem. §. si duobus. Et ideo concludendo de necessitate sequitur Iaco. anteferri cano. à quocunq; soluto: quia non refert, à quo possessore soluatur. ff. quemad. ser. ami. l. qui fundum.

fundum. Illud est certum, & quando in emphyteusi fit mentio generationis, tunc extra generationẽ transferri non põt inuito domino. Nec cogitur de nouo contrahere, quoties nouus contractus, siue renouatio non descendit ex veteri. Item si fit mentio hæredis in concessione emphyteusis, nõ potest in successorem singularẽ venire emphyteusis ecclesiæ. ff. de ver. sig. l. in cõuentionib. per Bar. & C. de fideic. l. voluntas. Et ita dico, & consulo. Ego Bal. de Perus. Vtriusq, Iuris Doctor, &c.

CONSILIVM CCCCLVI.

1 *Testamentum, in quo pater reliquit filiabus illam quantitatem, quæ videtur suis fideicommissarijs, & an ipsa quantitate sibi eos hæredes instituat, an valeat.*

2 *Substituto facta filijs, & posthumo, &c. vt patet in prin. consilij, an sit fideicommissaria.*

3 *Legitima filiorum quanta sit, & quid sit prius detrahendum de hæreditate patris.*

Punctus quæstionis, super quo petit consiliũ sapientis, talis est, videlicet. Quidã Viuianus quondam Martini de monte Polciano habitator Perusij in porta S. Petri suum condidit testamentũ, in quo inter cætera disposuit. Item reliquit dominam Angelam Rubei vxorem ipsius testatoris dominam, & massariã, & vsufructuariam bonorum ipsius testatoris, cum hoc, q̃ stet, & cõmuniter in domo ipsius testatoris cum infrascriptis suis filijs, & hæredib. & si aliam vitã elegerit, voluit, & iussit ipse testator, q̃ dicta Angela habeat suam dotem tm̃, & non aliud de bonis ipsius testatoris. Item reliquit Catheline, & Bartholomeę filiab. ipsius testatoris de bonis suis illam quantitatẽ pecuniæ, seu illam partem bonorum ipsius testatoris, quæ, & de qua videtur, & eis dabitur per infrascriptos fideicommissarios, eas, & quamlibet earum sibi in illa parte, & partibus illius vniuersales hæredes instituens: ordinans etiã, q̃ plus in bonis suis petere nõ possint: & si peterent, cadant à dicto legato. Et sic eodẽ modo voluit, & iussit in casu, in quo dicta domina Angela pareret in posterũ vnam, vel plures filias fœminas. Item elegit, & reliquit suos fideicommissarios executores omniũ, & singulorũ bonorum, & relictorũ, &c. dictã do. Angelam, Ioannem, & Rayneriũ, &c. In omnib. autẽ alijs suis bonis mobilib. & immobilib. &c. Marinũ, & Io. filios suos sibi hæredes vniuersales instituit: & etiã posthumũ, & posthumos nascituros, & nascituros ex eo, & ex dicta do. Angela vxore: & eos inuicẽ substituit, videlicet si aliquis dictorũ suorum filiorum, seu posthumorũ decederet sine filijs legitimis ex eorũ corpore descendentibus substituit superuiuentes. Et si omnes decederent sine filijs legitimis ex eorũ proprio corpore descendentibus iusfit bona sua dicto casu dari pro amore Dei, & pro anima ipsius testatoris illis miserabilib. personis, & pijs locis, de quib. videbitur, & placebit prædictis suis fideicõmissarijs. Et hæc est vltima sua voluntas, quã valere voluit iure testamenti, & si iure testamenti nõ valeret, vel valebit, valeat iure codicillorũ, &c. Deinde moritẽ testator, deinde nascitẽ posthumus, deinde moriunt dicti Marinus, & Io. filij, & hẽdes dicti testatoris, & posthumus supradictis in pup. ætate. Modo quæritẽ, an dictũ testm̃ valeat: & qualiter, & in quantũ dictę filię, & vxor dicti testatoris, & dicto-
1 rum filiorũ mortuorũ. † Super dicto puncto clarè loquendo dico, q̃ relictum factũ Cathelinæ, & Bartholomeæ de illa quantitate pecuniæ, seu illa parte bonorũ, de qua dabitur, & eis videt̃ per fideicõmissarios testamẽti, inst. valuit, & tenuit de iure, non obstante, q̃ dicta quantitas non fuerit declarata. Nã in legitima per talia verba abs q; dubio vsũ institutæ, vt C. de inof. test. l. qm̃ in priorib. nec põt executores legitimã minuere, vt C. de inoff. test. l. scimus. & l. omnimodo. sed super legitimam possent dicti executores, si vellent, & eis iustũ videbit, dictis filiab. dare, moderatè tm̃, & in causam piã, & necessariã, puta dotis, vt C. cõia de le. auth. res, q̃. Itẽ q̃ dicta institutio valuerit, nõ ob. incertitudine quãtitatis, est casus in l. 1. de le. 2. hoc ergo præsupposito pro
2 vero, q̃ testm̃ valet. † Scdario videndũ est, vtrũ substitutio filijs, & posthumo facta censeat pupillaris, vel fideicõmissaria. In hoc clarè dico, q̃ censeat fideicõmissaria omni tpe: ga nulla sunt ibi verba directa, vt no. in l. pcib. & in l. cẽturio. & ista est cõis opi. q̃ teneo cõsulendo. Ex hoc sequit, q̃ prædicti Marinus, Io. & post. decesserũt ab intest. & q̃ ipsis succedũt sorores ab intestato: tm̃ dm̃ restituere bona relicta dictis eorũ fratrib. detracta legitima ex persona fratrũ, de qua restitutionẽ facient pauperib. & pijs locis sine designatione executorũ, vel etiam ipsis executoribus pro pauperib. & pijs locis recipiẽtib. vt l. nulli. & l. si quis ad de-
3 clinandã. de epis. & cle. Modo restat videre, † quãta sit legitima omniũ filiorũ, & filiarũ. Rñdeo, deducta prima dote vxoris, quę est æs alienũ, & exempta funeris, vt l. Papi. §. quarta. de inoff. te. legitima est medietas residui: qa sunt quinq; filij, vt C. de inoff. test. auth. nouissima. ex his clare concludit, q̃ si patrimoniũ detracto ære alieno, & funeris expensis valebat 12. cẽtenaria flor. q̃ dictæ filiæ fœminæ cum matre eorũ debent habere adminus sexcentos. Alij vero sexcenti flor. debẽt peruenire ad pauperes, & pia loca cũ onere præstandi alimenta pro dimidia parte vxori, cui fuerunt alimenta relicta. Nã fideicommissarij vniuersales pro rata tm̃ tenent̃ ad onera. ff. ad Treb. & l. matrẽ. debet tñ de iure legitimæ masculorũ habere tertiam partem, vt in Auth. de hær. ab intest. §. 2. sed legitima filiarũ est propria ipsarum: nec est communicãda cum matre: ergo de dictis sexcentis flor. tangentibus dictas sorores, vel matrẽ dictæ filiæ debent habere centũ 40. ex earum persona. & de 460. residuis mater debet habere 120. & quælibet dictarum puellarum similiter 120. pro qualibet. & hæc est clara conclusio, & diuisio. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLVII.

1 *Agens petitione hæreditatis quid debeat probare.*

2 *Titulus singularis, an excludat petitionem hæreditatis.*

3 *Titulus singularis plurimum iuris habet in re particulari, quàm titulus vniuersalis in rebus vniuersalibus fallit, &c.*

1 **Quid habeat** † probare agens petitione hæreditatis, & an titulus singularis excludat petitionẽ hæreditatis. Quãdo agitur petitione hereditaris, agẽs in primis debet se probare hæredẽ ex testamẽto, vel ab intestato. ff. de pet. hær. l. i. 2. & 3. Ad hoc autẽ, vt sit quis hæres ex testamẽto, requirunt̃ plura: & præcipuè, q̃ sciat testm̃: vt no. ff. de pe. hær. l. illud. & tã in extraneo, quã in suo loquendo de effectuali immixtione. ff. de acq. hær. l. gerit. is autẽ, qui negat testm̃, præsumit̃ ignorare testm̃, nisi scientia probet̃: & ideo adire non p̃t, qa ex testõ non, cũ ignoret, ab intestato nõ: qa cã testati p̃cedit, C. com. de suc. l. ante pe. Sin aũt quis p̃t duplici via scil. testati, & intestati succedere, p̃t dicere, adeo hereditatẽ ab intestato, si nõ habet substitutũ: qa tacitè vt renunciare causæ testati. ff. de acq. hær. l. illud. C. eo. l. suũ. si autẽ nescit testm̃, illud facere nõ p̃t, q̃ aũt nesciat, credit̃ cõtra se dicto suo: quia dicit̃ se nescire, vel nõ credere. C. de lib. causa. l. cum precũ. & quia consistit in animo, qui ex verbis præsumitur: vt in c. humanæ aures. & ff. de suppe, leg. l. Labeo. §. idem Tubero. Ex istis sequit̃ conclusio vera, q̃ si agens petitione hæreditatis negat testamentũ, probato testamẽto, quia ineptè agit tanquã ab intestato, & incompetens ius intentat, q̃ debet succumbere. ff. de pa. do. l. Bebius. in fi. Saluo iure iterato agendj, & salua via competenti electa, vt dicit̃ ibi, & ff. de institutoria. l. habebat. & de acq. hær. l. Claudius. & extra
2 de iud. c. exhibita. † Tertiò sciendũ est, q̃ petitio hæreditatis. licet quis sit verus hęres, excluditur per singularẽ titulum possessoris, etiã si agens petitione hæreditatis fuerit admissus ad probationes dominij: quia quãdo probationes excludunt naturam iudicij, ex eo tamen nõ excedit̃r à natura iudicij: nec propterea augetur effectus, quem natura iudicij capere nõ p̃t. & hoc tenet Cy. in l. cogi. in 4. q. Ratio autẽ, quare titulus singularis excludat petitionis principium à limine iudicij. est: quia possessor titulo singulari non est aduersarius, nec contradictor petitoris: quia non oportet ei negare, q̃ ille non sit hæres. nam concesso, q̃ sit hæres, tamẽ iste in titulatus possessor habet suum titulum, compatientẽ se: vnde dicere potest, domine actor non teneor venire tecum ad conflictũ: quia nõ nego titulum tuũ. Ecce aũt titulus meus, qui per tuum non enervatur, vnde non sumus cõtradictores in his, quæ iuris sunt: & per consequens nec debemus inuicem esse aduersarij: nam qualificata possessio facit in petitione hæreditatis aduersariũ negando illum hęredem: quia nunc cogetur litem contestari tanquam cõtradictor, debet dicere, sed domine non teneor litẽ contestari, quia non intendo te negare, nec etiã affirmare, sed allego titulũ pro emptore. C. in quib. cau. cess. long. temp. præscri. l. hæreditatẽ. & ibi gl. ponit hanc rationẽ melius, quã alibi in corpore iuris. Agens ẽm petitione hæreditatis vniuersalem successionem vendicat. Et si nõ habet contradictorẽ, nec aduersarium, in hoc vniuersali non p̃t eam fundare. vñ qñ in titulo vniuersali nõ habet aduersariũ, nõ cogit̃ reus litẽ cõtestari. Ratio aũt quare titulus excludat ipsam

petitionē in effectu, & peremptoriè, est, quia titulus singularis eneruat in hoc efficaciā tituli vniuersalis, & non eneruatur ab eo. & ratio est, qa titulus vniuersalis habet in se minus iuris rei petitæ, quā titulus singularis. Cū ad titulū vniuersalē sufficiat, & includat tit. non ordinatū ad aliquod ius reale. secus in titulo singulari. ff. de pe. hær. l. itē veniūt. Alij dicunt, q ratio est, qa in
3 pari causa melior est cōditio possidentis. † Sed nesciūt, quid dicant, quia titulus singularis plurimū iuris habet in re singulari, quam habeat titulus vniuersalis in re singulariter accepta. C. de euic. l. 1. & sic præponderat ex natura sui. Fallit tñ in casibus. Primus, q titulus hr̄ pro nō titulo, qa sunt paria nō esse tale, & non haberi, p tali. ff. de pet. hær. l. nec vllā. §. in omnib. Nā titulus excludit petitionē hæreditatis: qa hēt plurimū iuris: ergo iste, qui nihil iuris hēt, non excludit. & hoc est ad ppositū, vt tutrix vendidit sine solennitate res pupillorū. alij casus notant in d. l. hæreditatē. Ex prædictis sequunt duæ cōclusiones. Primò, q moniales, q̄ dicūt se hæredes Castioni: & negāt restm̄, sua negatione seipsas excludūt, cum probatū sit testm̄, & inter liberos sufficiant duo testes: & sic sit probatū per plures. Secūdo: quia venditio tutricis nō patrocinatur possidentibus, quia nulla, nisi causa, & solennitas probetur. ff. de Publiciana. l. quæcunq;. §. fi. Vnde moniales vincerent, nisi quia probatū est testm̄ contra ipsas inficiantes. Et propterea debet vincere reus reb. sic se habentibus. Moniales etiā debent multùm adhærere Deo, & veritati, quia si testm̄ apparet cum suis legatis, & propter legata executrix vendidit, licita fuit emptio. C. quando decret. opus non est. l. 2. Et ita dico, & consulo. Ego Bal. de Perus. V. I. D. &c.

CONSILIVM CCCCLVIII.

1 *De intellectu. l. Vnica. C. Si nemini licuit in emp. spe. excl. 10.*
2 *Interprete extraneo non opus est, vbi index interpretatur suam sent.*
3 *Guerra vrgens quæ dicatur.*

Lata fuit sentētia per magistratū Ianuæ, qua declaratuit A. & eius res, & bona fuisse franca, & libera, & immunia ab omnib. & singulis capitationibus, & varijs gabellis, impositionibus, collect. angarijs, & perangarijs realibus, & personalibus, siue mistis, ordinarijs, & extraordinarijs, & quibuscunq; alijs, quæ dici, vel excogitari possent, dummodo seruet omnia, ad quæ tenetur per formā capitulorum, & conuentionū. Item declarauit dicto A. immunitatē non cōpetere tēpore vrgentis necessitatis, famis, emptionis frumēti, vel guerræ. Et subdit sequētia in hæc verba, & immunitatē legis vnicæ. cū gl. sua. C. vt nemini liceat se in emp. spe. excu. li. 10. Item nec in reparatione fontium, pontiū, viarū, &c. Eximij viri, ac vertiI ces legū petitis à me. † Primo de intellectu. d. l. vnicæ. & gl. ibi positæ super verbo, vrgentis necessitatis, quæ dicit famis, vel guerræ. & sic superindictis, &c. & dico primò, q intentio summaria nigri per rubrū describit, tñ minus breui sermone. & ideo summo sic clarius. Vrgente publica necessitate in cōparatione segetis, vel frumentorū vniuersi tenentē pro modo patrimonij eorū contributione, nō obstantib. quibuscunq; priuilegijs, etiā sententiarū authoritate, vel quauis alia firmitatis roboratis, adeo q̄ ēt habitatores Augustæ, vel Augusti cōferre tenentur. h. d. super qua lege And. d. Barulo ibi figurat casum. Euenit interdū, q frumenta, & ordea publica nō sufficiunt militib. & ita cogēte necessitate necessaria est pecunia pro emendo ordea, vel frumenta. Ad hāc pecuniā congregandā omnes debent cōstringi, nec aliquis excusat quolibet priuilegio, vel sciētiæ, & diuæ domus Cæsaris, vel Augustæ, iste ergo ponit exemplū, qm̄ pp exercitū, vel guerrā oportet fruges comparari. gl. nō contenta hoc exemplo ponit exemplū, & de fame, quæ dispositione cœli, vel Dei iudicio sæpe contingit: nam vulgus penuria nimia oppressum cōparatione frumentorū, & segetū iuuandū est, vt alimenta ei nō desint: hoc em̄ publicè vtile, & necessariū est. ff. de leg. 1. l. ciuitatib. in prin. C. de epis. aud. l. 1. ff. ad l. Iul. de annona. l. 1. nā ex pane maximè viuit homo, & respublica sustentat, vt not. C. de ferijs. l. publ. & qui non subueniunt populo in necessarijs alimentis, populū dicuntur occidere. ff. de li. agn. l. necare. gl. prædicta ponit exemplū vrgentis emptionis, non autem coniunxit casus diuersæ rationis. sine igitur propter guerram sit necessarium reipublicæ facere munitionē frumentorum, ne in famē, vel penuriā incidat, siue iam incidit Dei iudicio propter sterilitatem, vel facto hominis propter hostilitatē, haber locum. d. l. 1. C. vt nemini lice. &c. Non enim intendit ibi gl. aliquid dicere de stipendijs militū, vel peditum, si ciuitas fecit guerram, vel armatam, quia ista non est materia illius legis, sed de stipendiorū collatione tractatur in Auth. vt iud. sine quoquo suffra. §. oportet nos quoq; nostros. cum duob. seq. §. vbi tex. dicit, militares expensæ, & hostiū persecutiones multa indigent diligentia, & non possunt circa pecunias hæc agi. & in sequenti §. dicit, nos sufficientē Imperio quæstum esse putamus, vt collatores sola fiscalia conferant tributa, propterea em̄ tributa in metallis, & auro reipublicæ præstabantur, vt in Auth. de coll. in prin. col. 9. & no. C. de an. & tri. in rub. li. 10. Certissimū est ergo, q de isto munere stipendij nō loquit gl. illa, sed de solo munere emptionis specierū. & ideo dixit in singulari numero, & sic est superindictum. in plurali dixisset superindicta, si casus debuisset cōiungere binos diuersæ qualitatis, & rationis: aliud est em̄ de solitis stipendijs loqui, quæ ordinatā habēt prouidentiā: aliud de emptione specierū, quæ rara est, & rarò cōtingit: nec certa prouidentia claudi pt, ar. ff. de cōtrah. emp. l. fistulas. §. fruméta. & bene dico illā gl. esse notabilē, quia determinat quæstionē motā à Cy. in l. 1. in 10. q. C. de iur. emp. Quod ergo tex. ibi dicit, vrgēte necessitate, dicit. s. victualiū: nō de omni necessitate, vt l. 2. C. de patrib. qui fil. dist. & l. ob æs. de præd. min. & ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iu. vt l. sed dnorū. in ver. fame. ff. ad l. Ro. de Iac. l. 2. §. sed cum. in ea gl. quæ incipit, ad comedendū. est & alia necessitas vrgens. s. pro bono pacis, quæ opponit guerræ. extra de despon. impu. c. 2. sed de ista nihil ad ppositū nostrū. est & alia necessitas casus aduersi. ff. de pub. l. Cæsar. C. de dila. l. 1. Et not. in Auth. de nō alie. §. nos igitur. ff. de manu. test. l. qui potuerūt. de off. consul. l. 1. sed de istis nil ad rumbū quantū ad casum nostrū: quia differunt gñe, & ratione à nostro themate. & bene fateor, q tempore guerræ quædā licet, quæ alias non sunt licita, vt in c. dño guerrā. sub titulo hic inc. cap. coll. 10. & etiā in procemio inst. & auth. tñ casus ad casum trahi nō debet. ff. de lib. & post. l. commodissimè. & in c. susceptū. de rese. li. 6. & gl. dicit, fame necantur pecora. C. ad l. Aquil. l. de peco. Vbi nil magis triste fame necare: nil comparatur fam. Facit, q no. Inn. ne cle. vel mon. c. 1. & quādo subdit guerræ, ad tex. referas. quando guerra inducit necessitatē emptionis specierū in Republ. comedendarum. Nam ppter guerras prædia remanēt inculta. in Auth. de armis. §. 2. col. 6. ibi dū dicit, terræ cursores vitā amittere metuentes pp timorē, vtunt, &c. Et sic nō hñr victualia necessaria populo, de quo oportet maximè curare dños, & maiores: & neq; despicere paupertate oppressos, vt in Auth. vt iu. sine quoquo suff. §. itaq; Deo. ibi dū dicit, ne videantur despicere homines oppressos, quos nobis tradidit Deus. & C. de mēdi. validi. l. 1. lib. 11. subdit gl. & sic est superindictū scil. istud munus emptionis, & collationis factæ famis, id est extremæ punitæ vitio cœli, vel guerræ, quæ vitio hominū nascitur. ff. loc. l. si merces. §. culpæ. & l. ex conducto. §. sed si labes. ad solā igitur coercionis necessitatē, & preciū retulit se gl. & alternatiua, qua vtitur gl. no. diuersitatem contingentię, non diuersitatē extensiuā. & alternatiua, qua vtitur gl. no. diuersitatē contingentiæ in diuersitatē extensiuā. & ista est veritas, & ex hoc, sicut puto, satisfactum est primo quæ-
2 sito de intellectu tex. & gl. d. l. 1. † Venio ad scdm̄, scil. ad intellectum verborū sententiæ, & quia iudex processit scil. declarando, & determinando referens se ad intellectū legis, sed scdm̄ illam. l. intelligi debere. nec mirum, qm̄ intellectus sententiæ ex iure processit, & procedit: præsertim cum ad ius scriptū nominatim facta est relatio. & facit, q nota. in c. causam. extra de off. dele. & est expressum. ff. de aur. & ar. leg. l. Titij amitæ. de re iu. l. miles. §. decē. Verba sententiæ dicunt, sequentes verba, mentē: & ista verba intellectiuè sonant. C. de necess. l. 1. in prin. ibi, vestigia volūtatis sequimur, &c. Idem est ergo sensus tex. & gl. & sententiæ. quam sententiā iusdicentis consonū est legib. conuenire: quia sententia nō debet nos deducere ad incōueniens. l. puto. §. 1 ff. fa. erc. & no. per Cy. in l. fi. C. de arena. exce. ex quo enim iudex in sententiæ pplatione, cuius est causa efficiens, & formalis, interpretat seipsū, nō est opus extraneo interprete, seu extrinseco intellectu. ff. de app. l. ab excu. à cōtrario, seu illius aduerbij malè: & quia ibi post sententiā completā in pbatione verborū. Dum aūt esset in fieri, recipit omnē modū, & formā. C. de sen. l. cum eorū. Vltimū em̄ verbū prolatū sententiā latā demonstrat. adhuc em̄ iudice loquente res imperfecta est in fine verborum stat vltimus finis cognitionis. Sententia em̄ est principalis articulus

culus suo structu, & cōtentū perfectus cōtinens substātialia, & accidentalia diffinitionis, si fiant eodē cōtextu. l. 1. ff. de re iud. cū fi. Liquet igit ex prædictis, guerrā nō cōtineri per se, sed per accidēs, qñ parit necessitatē emendi species prælibatas. Secus ergo si guerra afferret vbertatē, vel prædā copiosam pp fortunæ prosperitatē, vbi cōsueuerūt stipendia duplari. Tñ ad hæc non tenent franchi, & exempti tam plenariè, sicut dicit casus noster. Verba enim dñt, quibuscunq; alijs, quæ dici, vel excogitari pñt, quocunq; noīe censeantur, & quacunq; ratione, occasione, vel causa. Nullū ergo casum reliquit intactū: quia omnē articulum sensit expressum. ff. de test. mil. l. qui testamento militari, in hoc verbo, hoc tñ animo, facit, q no. in l. sed & si quis. § quæsitum.
3 ff. si quis cau. † Venio ad tertiū, quæ dicat vrgens guerra. & dico, q aliud est vrgere, aliud vrgeri: si em̄ ciuitas, pter gloriam capessendā mouet guerrā, vrgere dr̄, nō vrgeri, quia est modus actiui. Sinautē suam præsurā defendat, vrgeri dicitur. Vnde alibi dicit gl. admissus, nō vrsus. C. de cond. ob cau. l. 1. Qui autē se defendit, necessitatus dicit, extra de exce. c. cum inter priorem: per Inn. ff. ad l. Aqui. l. scientiā. §. qui cum aliter. & C. vnde vi. l. 1. ideo si vrgens guerra dicit, quæ ius populi tuet. & si non fieret guerra, possessiones, & districtus essent peritura, nec curo prope, vel longe. ff. de iud l. insulæ. Tñ non pro omni parua guerra collectandi sunt exempti, etiā qui propter guerrā cogi vrgente necessitate debent, exempti esse subsidiaria passio. vt eis prosit priuilegiū, & immunitas: ita q quoties aliorū non suppeterent facultates, vel cum magno scandalo suppetant, tūc grauari possint exempti ad contribuendū cum cæteris, vt no. Dy. in l. 1. ff. de iu. immu. alias non dñt cogi. ar. ff. de leg. 1. l. ab omnib. in prin. & de mu. & ho. l. vt gradatim. §. quoties. & extra de iur. immu. ecc. c. aduersus, & q no. C. de sacro. eccl. neminem. in vlt. q. Porrò in themate nostro nō est huic cōsiderationi locus: qa pp guerram non pōt dictus priuilegiatus grauari, nisi ppter necessitatē vectigalium ciuitatis, vel aliorū: ad munitiones em̄ naualiū victualiū, quę ob guerrā incumbūt, quā ciuitas patit, teneri puto. ad stipendia autē armigerorū non puto teneri ppter liberam, & generalē immunitatem, & franchisiam: & propter illa verba, dici, vel excogitari, præsuppono em̄ immunitatem valere: & de eius valore non disputari, quia à principe, seu ciuitate regia cōcessa, & non obst. quod not. in l. vacuatis. C. de decur. lib. 10. Ciuitas enim franca à superis concedere potest franchisiam inferis: quia vicem principis in suo gerit solio, vt ff. quod vi, aut clam. l. prohibere. §. planè. Et ita dico, & consulo. Ego Bald. de Perusio Vtriusq; Iuris Doctor, &c.

CONSILIVM CCCCLIX.

Super facto domini Cortonēnsis dicit capitulū, q Senēses debeāt tenere in ciuita. Cort. 40. pedites, & 25. barbutas. Addo, q istud cōsiliū reperies in 5. parte cons. 407. incipit sup facto, &c.

CONSILIVM CCCCLX.

Ad euidentiam præmittendū est, q munerū quædā sunt merè, & verè realia, quæ scilicet sui natura, & effectu sunt, &c. Adde, q istud cōsilium reperies in 5. parte cons. 408. incipit, ad euidentiam, &c.

CONSILIVM CCCCLXI.

Casus F. locauit T. in hæc verba, 1382. de mēse Maij à festo S. Martini proximè futuri vsq; ad annos nouē. Videas in quinto vol. cōs. 412. incipit F. locauit T. in hæc verba.

CONSILIVM CCCCLXII.

Exceptio rei iud. quando obsset, & quando non.

1 Ad euidentiam præmittendū est, † q exceptio rei iudicatæ tūc obstat, quando est eadē res, eadē causa, eadē personæ. ff. de exceptio. rei iudicatæ. l. cum quærit. & l. cum de hoc. vbi ergo mutatur alterū istorū trium, ideo nō obstat exceptio rei iudicatæ: quia nō venitur cōtra sententiā. ff. de exce. rei iud. l. & an eadē. §. actiones. & hoc casu sententia lata ab arbitro, non inducit pœnæ petendæ occasionem, quia non venitur contra sententiā. Secundò præmittendum est, quod interdum sententia absolutoria fertur in reali: quia nō est probatū de possessione. tunc si appareat reum postea possidere, potest ex noua possessione conueniri. ff. de exce. rei iud. l. si quis ad exhibendum. ff. rem ra. hab. l. proc. interdum quia nō probauit ius ad sē pertinere, q intendebat: & tūc aut per illud ius concludebatur in veteri, vt concluditur in noua: aut per ius diuersum concluditur tam in noua, quā in veteri, si per idem ius, tunc obstat exceptio. ff. de exce. l. fundum Titianum. & l. fundi. quia vbicunq; apparet illud idem, q sopitum est in primo iudicio refricari per modū causæ finalis, in secundo iudicio obstat exceptio. Si verò per diuersum ius, non obst. exceptio. ff. de euict. l. minor. §. 1. Modo videamus. domina Honorabilis egit, vt hæres, & petijt diuidi, nō probauit de morte fratris, nec de communione, quia ei oritur ex morte, & additione: fuit reus absolutus: nunc agit actione tutelæ tanquam hæres, & sic actione personali, vt reddatur ratio administrationis. Quæritur, an possit: & videt, q non, quia iam fuit exclusa, quia non probauit se hæredē: ergo nō pt de nouo refricare illud idem, cū in prēiudiciali sit sententiatū. ff. de pet. hær. l. si quis libertatem. C. eod. l. fi. & no. ff. de exce. rei iud. l. si à te. in prin. ff. de iureiur. l. qui iurasse. §. si pr̄. In contrariū videt, nam interdū absolutio habet perpetuā causam veritatis, & tunc imperpetuum obstat. Interdum causa est mutabilis in contrariū tractu temporis, vt possessio, & vita hominis, & tunc non obstat exceptio rei iud. si tamen agens sit cautus allegando præsentis temporis statū, & nō præteritum: de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. nam si attēdo possessionis etiā æstimationem, potest dictari noium iudicium. Item si attendo mortē ex noua additione hæreditatis adire, nunc cum certus de morte, de qua primo incertus adire non poterat, agi potest: quia superuenit nouus hominis actus ius agendi deferens. ita debet intelligi. d. l. si quis ad exhibendū. cum gl. sua. & l. si ex testamento. & l. si in rem meam. C. de pet. hær. l. hæreditas mareterræ. C. ad exhib. l. nō ignorabit. per Cy. de exc. tut. l. Spadonē. §. qui absolutus. nec potest dicere reus se retro possēdisse: quia allegaret suum mendacium, nec agentē retro hæredem fuisse: quia allegaret sententiæ pro se latæ iniquitatem. de leg. 1. l. si seruus pluriū. §. 1. Quapropter sententia olim lata in reali expressis causis, & temporibus restrictiuis non ob. nunc in personali actione tutelæ cōtra hæredem tutoris dictāda, in qua sunt dilucidæ probationes ex inuentario. C. arb. tut. l. fi. quia potest prima sententia esse iusta, stando tamē hoc, q petitio de nouo proposita sit iusta, & vera, nec inciditur in pœnā, quia non veniunt cōtra sententiam: quia ergo tunc non potuit agere, vt hæres, nunc potest: tunc constabat de morte. patet ex actis, quia non potuit probari constare de morte, si non probatur mors: ergo si postea constat de morte, agi non potest ex noua, & efficaci aditione hæreditatis. C. de cap. & postli. reuer. l. nec nos. Et ita dico, & consulo. Ego Bal. de Perus. V. I. Doct. &c.

CONSILIVM CCCCLXIII.

1 *Operarij an teneantur pœna turbatæ possessionis.*
2 *Arbitrium puniendi non intelligitur concessum, vbi nullum est delictum.*

Statuto cōmunis Papię pręsupposito, qñ imponit certam pœnā pecuniariam turbantibus aliquem in possessione alicuius rei, quā verè possidebat, proponitur, q A. & B. fuerunt conducti per C. ad incidendum quandā syluam cæduam possessam per D. iuxta aliud nemus, C. conductoris operarū dicti A. & B. fuerūt exinde accusati dicti locatores operarum, & dictus conductor operarū. Modo quæritur, † non reuocando in dubium possessionē dicti D. vtrum dicti locatores, vel dictus conductor proinde teneantur ad pœnā statuti, an verò simplici actione. l. à qui. vel interdicto quod vi, aut clam: & videt, q teneantur ad pœnā dicti statuti: quia statutū non distinguit, vtrum interuenit error, nec ne. Ergo nec nos distinguere debemus, vt ff. de publ. l. de precio. Item nō debet sub contextu erroris fieri alteri iniuria, ne melioris conditionis sit stultus, q peritus, vt l. q Seruius. ff. q vi, aut clam. Item quia debuerūt inquirere saltem domestica inquisitione, & inter circuncolentes cuiusnā esset dicta sylua, & quis possideret: nā si inquisiuissent, facile cognouissent, vt C. de inge. ma. l. si auiā. & ff. de flu. l. 1. §. 1. & non inquirere de eo, de quo consueuit, & debuit inquiri, est species latæ culpæ. vt ff. de noua. l. doli mali. §. fi. Præterea ille, qui dat damnū in re aliena, nō solū tenetur actione l. aquiliæ ciuiliter, sed etiā criminaliter ad pœnā imponendam fisco. ista est gl. singularis in l. fi. ff. de priua. delict. In contrariū vr̄: quia nullū damnū datū est, si sylua erat cædua, ita tamē q ligna non fuerint asportata per eos, secus si sylua nō esset cædua: quia tūc aliquod damnū esset datum, vt ff. ad l. Aqui. l. si seruus seruū. §. si oliuā. &

ff.quod vi,aut clā.l. nam si tamos. Itē in interdicto q vi, aut clā. nō distinguit damnū à nō damno: quia ipsa turbatio hf pro damno dato,vt plenè no.ff.q me.cau.l.extat. In cōtrariū est gl.or. ad literā.ff.de re.ven.l.in rē.§.tignū. nam isti locatores operarū excusant, quia in talib. consueuerunt operari, & locare operas suas.ff.de iniur.l.itē apud Labeonē.§.si quis astrologus. & habito respectu ad artē suam dederunt operam rei licitæ.itē & si aliqua culpa posset imputari dictis opificibus fuit in omittendo inquirere,quæ culpa in omittendo nō venit in actione.l. Aquiliæ, quia leuissima: vt dicit ille tex.no.in l.si cuius.§.de præteritis.ff.de vsuf. Præterea ob leuissimā culpā nunquā punitur quis criminaliter pœna ord. sicut est ista ēt pœna pecuniaria. & hoc singulariter no.Cy.C.de epis.& cle.l.si quis nō dicam rapere. Et per hoc excusantur locatores operæ. Cōductor tñ non excusatur:quia debuit scire fines,& terminos rei suæ: nec debuit errare in facto suo,vt C.finiū regun.l.si constiterit,& l.fi.ff. pro suo. & ff.de acq. hær.l. duo fratres. Ex his apparet,q culpa leuissima habet quādā latitudinē ipsius minoris gradus,siue minimi. Attamē est in faciendo,& ideo de minimis nō curandū: quia enim tā permodicè transgreditur,nō vituperatur,vt l. quamuis.ff.de cōd. & de. sic igit leuissima culpa, & minima culpa nō sunt idē, vt d.§. de præteritis. si subtiliter intelligatur. Porrò isti locatores operarū sunt rustici, & rusticitati parcitur, præterquā in iure naturali, vt C. de in ius voc.l.venia. Credere autē bono viro eorum operā conducenti,cum quilibet præsumatur bonus,nō est facere aliquid cōtra ius naturale. ff. de cond. & dem. l. Titio & facit,q no.C.de ser.fug.l.quicunq,§.pe.vbi cōtractus licitus excusat errantē: & ibi dixit: facit ad prædicta, quia lex dicit sciētiam,non ignorantiā volumus obligari, vt C.de tabul.l.generali.nam pœnæ non sunt proditæ deceptis pp lubricū ignorantię: vt ff.de decr.ab ord.fa.l.fi.Itē nō dī turbare,qui nō habet intentionē turbandi:vt eleganter no.in l.si duo.in prin.ff.vti pos.nisi essent vicini,qui præsumuntur scire,vt l.si ita.ff. de fun.instr.& l.i.§.i. ff.de flumi.& no. in l.2. C.qñ fisc.vel priua. & l.do. hor.ff. loc.& l.i.C. vbi de ratiocinijs agi oportet. & per Bart. in l.i.ff.si cert.pet.Illud nō est omittendū, q si isti operarij exceſſerunt fines mandati in mittendo falcē in messam alienā, dñs non tenetur, quia non mandauit, nec ratū habuit,vt extra de resti.spol.c. cum ad sedem. Non obst.c.vlt.de homi.lib.6.quia ibi mandatarius exceſſit modū in offensa personali, hic in reali. Item ibi modus nō poterat in ingressu gladij limitari, qui gladius magis obedit corpori, quam animæ. & alia alijs mortifera esse solent: & mors attrocitati vulnerū est cōnexa,& inseparabilis. & ideo inspicitur,q nocet, quia dolus casum præcedit,alias secus,vt ff.ad Sylla.l.qui posthumos.nec ēt ipsi operarij pp ignorātiā, vt prædixi. & si dicat, q imo debent puniri pœna arbitraria, quia statutum dat arbitriū. †Rñdeo,arbitriū puniendi nunquam intelligitur cōcessum, vbi funditus nullū est delictum: arbitria enim cadunt in electionib. pœnarū inter pœnā, & pœ. ff. de pœnis.l. hodie.sed vbi nō est delictū, ibi nō est pœna aliqua. Et ideo non cadit electio, seu arbitriū inter pœnas: cū ipsa innocentia reus sit tutus,& fides innocentiæ maximā habeat securitatē, vt C.de iniur.l.si nō convicij. at vbi genus criminis qualitati pœnæ non conueniret,ibi de necessitate nō fit disgressio à pœna ordinaria ad pœnā arbitrariā ascendendo, & descendendo ad pœnā, vel à pœna, prout cōgruit gradib. culpæ, & ratione subiacentis personæ fit similiter permutatio, vt C. vt intra cert.tempus crimi. quæstio terminetur. l. 2. & ff. de pœ.l.hodie.& ff.de his,qui no. infa.l.quid ergo.§.pen.gra.& videatur,quod no.Bar.in l.3.§.i.ff. si quis test. li.esi.iuſ.fue. Item absurdum esset dicere, q ille, qui locat operas suas pro vna die, vel paucis, teneretur inuestigare possessionē: quia maius tempus occuparet inuestigatio, quam opera, vt ff.de dam.infect. l. inter quos.§.si dominus. ipse etiam mandans excusaretur, si nō mandauit certitudinaliter de loco: quia non intelligitur mandasse ea,quæ iuri non conueniunt, vt l.si pater.ff.quæ in frau.cred.& l.si procurator.de cond.inde. Et ita dico,& consulo. Ego Bald.de Perus.I.V.Doct.

CONSILIVM CCCCLXIIII.

1 *Vsurarum causa ecclesiastici fori est, & qualiter iudex ecclesiasticus debeat vti in hoc sua iurisdictione.*
2 *Relaxatio iuramenti,an requiratur prius ad hoc,vt possit agere,seu petere remissionem arbitramenti tanquam iniqui.*
3 *Simulatio contractus ex quibus præsumatur.*
4 *Contractus emptionis,& venditionis quando præsumatur simulatus.*

Videamus

si ex iure dñi episcopi possit ex narratis fundari: nō dubito, q d. Archiepiscop. est iudex cōpetens ad cognoscendū de, & super contentis in li-
1 bello dñi Barzaroli, attēto q agit de vsuris. † Nā in hac causa forū ecclesiæ metimur, vt in c. dispendiosam. de iud. in cle. de for. cōp. vide per Bart. l.1.q. in l.1. C. de sum. trin. de iureiur. c. ad nostrā el 3. Sufficit autē, q ex narratis iurisdictio cōcludatur. ff. si qs in ius vo. nō ierit. l. ex quacūq;.ff. de iurisd. om. iu. l. cū quēdā puella.§. quæstionis, sed dubiū est, qualiter debeat vti iurisdictione sua, cū sit iudex. & vī, q debeat admittere exceptionē rei per arbitros, & arbitratores iudicatæ: quia tales habuerūt iurisdictionē ex forma statuti: q statutū pt conferre eis iurisdictionē inter laicos. C. de iud. l. cū specialis. & de app. c. cū speciali. no. Doc. ff. de euic. l. si dictū.§. si cōpromisero. cū talis snia oīno nō cōtineat aliquē errorē expressū: ergo pro veritate debet hīi. ff. de reg. iu. l. res iudicata. & executioni mandari. l. fi. C. de ord. cog. & cū sit diffinitiua, standū est snīæ, ēt si esset actū per dolū. ff. man. l. si fideiussor.§. in omnib. ff. fa. erc. l. cū putarē. ff. de pecu. l. eo tpe. in prin. alias nullus esset litiū finis, q est absurdissimū. ff. de iud. l. si prætor. C. de transact. l. fratris. de fruc. & lit. expen. l. terminato. nā sub hoc colore vsurarū oēs snīæ possent trahi ad forū Epi, & earū executio impediri: & iurisdictio tpalis quasi semper ab ecclesiastica dependeret: q tyrannicū esset, &canonib. ipsis con-
2 trariū, vt in c. cū ad verū. † Præterea iuratū fuit in compromisso parere laudo, q perinde est, ac si iuratū esset soluere illā quantitatē, quæ in laudo continetur, vt legitur, & no. ff. de ver. obl. l. 5. §. si sortē. Ergo nisi prius sit tale iuramentū petitum relaxari, & relaxatū, non debet audiri cōtra propriū iuramentū veniendo: cum etiā ex forma statuti de tali laudo nō possit querelari, extra de iureiur. c. debitores. vnde tale iuramentū est præcisum, nec habet in se tacitā conditionē, si æquè arbitrabitur: cū non possit allegari iniquitas. In cōtrariū videt, quia tale laudū aperiret viā ad vsuriā prauitatē, ergo nō valet, quin iudicio Epi corrigatur, vt in c. vlt. de iud. lib. 6. Sic em nō valet transactio ipso iure, per quā fouetur crimen vsurarū, vt no. Inn. in c. i. de depositio. nisi esset iurata, & nō esset petita relaxatio iuramēti, vt ponit ibi nouellator. alioquin fingerentur lites, vt stare transactores ei sententiæ possent. ff. de transa. l. cū hi. §. si cū lis. Nos tota die videmus: nā instrumenta guarentigiata hñt vim sententiæ, vt no. Cy. in l. 1. C. de confess. l. p statuta Tusciæ: tñ ad Epm recurrit pp vsurariā prauitatē, qui cognoscit, & inhibet tāquā maior, & sic cōsuetudo gñalis se haber. Præterea hic agens intentat mandatū, q testator fecit de restituendis vsuris: virtute cuius mandati omnis cōtraria defensio removet, ar. ff. de ver. obl. l. si dari. Præterea si sufficit, q libellus cōcludat præsumptione circa totum negōciū, multo fortius circa iurisdictionē. d. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cre. Præterea hic exprimitur qualitas, quæ de necessitate includit iurisdictionē ecclesiasticā, vt s dixi: vñ fundamētū iurisdi. satis sufficiētissimè expressū est in libello. Et alia in cōtrariū dicta nō vīr obstare: qa hic est defectus in substātia ratione peccati, seu criminis vsurarū connexi. ff. de ver. obl. l. gñaliter. & l. si plagijs. ff. de fideius. l. si à reo. §. si reo. nā impossibilis
3 dicit sententia, & omnis dispositio cōtra bonos mores. C. de his, q pœnæ no. l. i. ff. q sent. sine app. rescin. l. Paul. sed hic sic rndet: † & si ex genere causæ ipsa causa sit de foro Epi: tñ pp apertā calumniā actoris, vt patere dñt ex ipso libello, debet à limine iudicij repelli, vt no. Inn. in c. i. de off. vic. Apparet autē calumnia ex cōtractuū multiplicatione. C. de nō nu. pec. l. cum fidē. C. ad Velle. l. si mulier. Ex iusti precij suppletione. C. de resc. vend. l. 2. ff. de pig. l. si fundus. §. fi. Ex tpis lōginquitate. ff. de vsuris. l. cū de in rem verso. ex transac. C. de plus pe. l. i. ex laudo, pro quo præsumitur, vt no. Dy. in cons. q incipit, Tholomæus Manen. & ex vltimo cōtractu, cui nihil in cōtrariū dicit absurdū em esset, q quæstio simulationis non posset cognosci per iudicem secularem. C. plus valere q agitur. l. emptione. nec per transactionē. C. de transac. l. fi. quia eodē modo, nec iudiciali iur. quod est falsum. ff. de iureiur. l. 3. §. quæcunq;. De præteritis em transigi potest in alimentis vlt. voluntate debitis: in alijs verò de præteritis, & futuris: cum nō sit prohibitū. ff. de transac. l. cum hi. Nō dico, q futuris vsuris exigendis possit aperiri via secundum Inn. quia illicitæ sunt: sed tolli sic, vt no. C. de transac. l. præses. Sed ad ita vno verbo respondetur, q libellus debet admitti, vt veritas inquiratur. l. fi eū. in prin. ff. si quis cau. l. nam & postea. in prin. de iureiur.

iureiur. in gl. Ex his pendet, an sit inhibendum: quia si est iudex, & maior iudex pt inhibere, aliàs non. ff. de iud. l. apud. cum ista viderent connexa: & talis est ordo. ff. de iud. l. per minorē. & facit. c. si iudex laicus. de sen. exc. lib. 6. & in Auth. de san. epis. §. si verò crimen. Antequā veniam ad scdm, præmitto primò, q iudex debet considerare formā petitionis, & conclusionis libelli. nam in conclusione lib. propriè stat forma eius. C. de fideic. lib. l. fi. & ff. co. di. l. vt fundus. & no. si cert. pet. l. vinum. & de tri-
4 caria. l. in hac. de sy. c. licèt Heli. †Secundò præmitto, q cōtractus, & figura emptionis, & venditionis quādoq; habet esse, & figurā esse: vt quando est verus, & iustus. & hoc in dubio præsumitur, nisi aliud probetur saltē per coniecturas legum, vel alia indicia ad probationē, vt C. de prob. l. cum precib. & inst. de re. di. §. per traditionē. ff. de publ. l. quæcunq;. & no. insti. de act. §. aliæ. Interdū contractus est simulatus, licèt prima facie non appareat simulatus, vt C. plus valere q agitur. l. emptione. Puta, quia re vera est mutuum, & pignus, & simulabatur precium, & res. Et similiter præsumit simulatio. nam ex perspicuis indicijs, & præsumptionibus probatur. Ad q probandū sufficiunt concurrenti simul, q prętensus emptor consueuerit vsuras exercere, minoritas iusti precij, & pactū de retrouendendo, vt extra de emp. & vend. c. ad nostrā. & si forte probaret, q esset solitus similia instrumēta facere in fraudē vsurarum, tunc ex consuetudine personæ, & ex consuetudine delinquendi forte sufficeret duo scil. cōsuetudo, & pactū de retrouendēdo, vt extra de pig. c. illo vos. ff. de pig. act. l. vel vniuersorū. interdū contractus est verus, tñ nō iustus: vt quia est vera emptio, tñ hoc agit inter ipsos, vt retrouendatur, vt & interim emptor lucret fructus, qui excedunt legitimū modū precij. Et q iste cōtractus sit verus, patet, quia ex eo orit actio empti, & venditi, & præscriptis verbis pp pactū, vt C. de pact. inter empt. l. 2. cū hoc sit possibile, q cōtrahentes voluerint, ex ipsa voluntate insurgit veritas: tñ quia est fraus admissa, & est cōtractus in effectu similis pignori, si cū vsurario celebrat præsumit fraus. facit, q not. in d. l. emptione. & in l. i. C. de prob. per Iac. de Are. & Cyn. cōtra tñ hāc præsumptionē si venditor confiteret fuisse verū contractū, staret confessioni, quæ omnis fraudis suspicionē excludit, vt no. in Auth. de æquali. do. §. aliud. Hæc dico nō per modū consilij, vel determinationis, sed allegando, vt faciā animā duertere vnū verbū, q est in libris, dū dicit, q tertiū nō fuit in ver. anni. Ex quo per aduocatos arguit, q fuerit vera venditio. l. vlt. C. de præ. cur. li. 10. Tertiò p mitto illud, q acta loquunt, videlicet q in libello nulla actio, proponit, nisi condictio indebiti, vel cōdictio ex canone vsurarū solutarū: nō aūt petit rescissio laudi, vel super ipso laudo silentiū imponi: ergo nihil petit, q sit p iudiciale laudo: & quare executio laudi debeat retractari, cum nō agat rescissorio iudicio, vt C. de fal. l. satis aperte. Et si dicat, hic petitur, qa laudū dicit, q fuerūt cōtractus veri. Petitio dicit, q fuerit cōtractus simulatus. Respondeo, si dicat, sine præiudicio veritatis, q laudū nō narrat verū, valet tñ, si nō rescindit, vt ff. de re iud. l. post rem. & cum habeat paratā executionem: quia est vera sententia diffinitiua secundū formam statuti nō debet executio interim impediri. Et ita dico, & consulo. Ego Bal. de Perus. V. I. D. &c.

CONSILIVM CCCCLXV.

1 *Filia an possit petere supplementum legitimæ, quando est factum sibi relictum vltra dotem in testamento, stante statuto, quod filia dotata non succedat cum fratribus. & num. 3.*
2 *Legitima potest auferri, minui, & augeri ciuili censura.*

Statuto ciuitatis Mantuæ cauet in hac forma, filiæ verò, nec aliqua mulier ab intestato, aut cū nepotibus, abnepotibus, & descendentibus cæteris recta linea masculis legitimis, vel legitimatis nō succedant in bonis patris, vel matris, aui, proaui, ataui, vel cæterorū ascendentiū. Itē nō succedant sorores, nec earū filij nec aliqua mulier ex latere veniēs fratrib. extantib. alijs fratrib. legitimis, vel legitimatis: teneant tñ fratres eas dotare de bonis suis, & de bonis paternis primo, quousq; extant: postea de suis fratris, vel fratrū bonis, si dotatæ nō sunt: in quib. sorores habeāt expressā hypothecā: & debeāt dotari honorifice scdm patrimonij facultatē. Modo Titius habens tres filios, & vnā filiam, & neptē ex filio præmortuo condidit testm, & dictos eius filios hæredes instituit vniuersales. filiæ verò legauit dotes, & quinquaginta: nepti autem, quia iam dotata, & nuptui tradita erat, legauit similiter quinquaginta iu-
re institutionis. Et his iussit eas tacitas esse, & cōtentas vltra dotes sibi traditas: & per ipsum testatorē in alio testamento primo legatas. Quērit modò, vtrū ipsa neptis iusto testatoris nō obstāte possit agere ad supplementū legitimæ. In Dei nomine, Amē.
1 super prædicto puncto † priuat statutū filiā à successione ascendentiū superstitib. descendentibus recta linea masculis. Et hoc etiā placuit vetustati. insti. de le. agna. succ. §. q ad fœminas. qm per masculos dignitas, & familia conseruat. In fœminis vero finitur, qm transeunt ad familiā alienā. ff. de ven. inspi. l. i. §. denūciare. ver. publicè interest. de postulādo. l. i. in prin. cōiuncto. §. i. inst. de le. agna. tu. inst. de pa. po. §. fi. verū quia Iustinianus Cęsar Augustus noluit esse vituperator, & accusator naturæ, masculos,& fœminas pariter inuitauit: sustuliq; differentiā agnationis,& cognationis,& sexus,& patriæ ptātis. C. de legi. hær. l. meminimus. C. ad Tert. auth. defuncto. Quia igitur q placuit vetustati, cōtradicit nouellæ censuræ iuris, strictissimè dictum statutum interpretandū est, vt l. quicquid astringendæ. de ver. obl. l. constitutionib. ff. ad municipales. C. de noxa. l. si ferui. per doct. in l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & in l. cunctos populos. C. de sum. Trinit. Quia igitur filiæ, & inferiores repelluntur ab intestato, non dico eas repelli à successione contra testm, vndè prærerita filia posset dicere testamentū nullum, & contratabulare. Ité exhęredata posset querelare. nec mirū, quia de tali successione statutū nō loquitur. nec est nostrū recedere à verbis legis. l. nō aliter. ff. de leg. 3. vi bo. rap. l. prætor. §. docere. ff. sol. ma. l. si verè §. de viro. Vnū tñ remediū principalis censura abstulit scilicet successionis ab intestato. nō cōtra testm, licèt reducta ad causam intestati non sibi prosit sed alijs. ff. de inoff. test. l. Papi. §. si quis his. Petitio autē supplementi legitimæ, cum fœmina iubetur esse tacita, & cōtenta, nō est ab intestato, imo dictio cōtra testamentū. & ad huc appellatur successio ex testo, ex quo petit cōdito testo. vnde nō vī illa excludi à petitione dicti supplemēti, & maximè cum in locū alimentorū succedat, vt no. plenè per Cy. C. de nup. l. sancimus. Alimenta aūt, quæ de iure debent descendentib. ff. de iust. & iu. l. i in fi. nō possunt tolli statuto ciuili, vt in §. sed naturalia. inst. de iure naturali. Vñ vī prima facie pos-
2 se peti supplementū. † Cōtrariū est veritas, quia legitima pt auferri, minui & augeri ciuili censura: qa illa non iure naturæ, sed ciuili censura inducta est: q pater, qa post est alterata, vt in auct. nouissima. C. de inoff. test. Et est statuta in hūc modū, cū nō sint filij curiales, vt sit tertia, aut dimidia eius, q filius ab intestato erat sumpturus, attento quaterno, aut ampliori numero liberorū, vt in d. auth. nouissima. Cū igit quātitas legitimæ sit disposita, & inducta ad partē, & quotam totius, quā de illo toto erat postulans habiturus ab intestato: ergo filia, quæ nō erat successibilis ad illā quotā, nō poterat se mouere: quia impossibile est dare tertiā, aut dimidiā, aut aliā quotā totius, vbi nihil inuenitur totū: quia extincto, aut nō existente toto nullæ possunt inueniri partes eius. l. si quis cum totū.§. si ancillā. ff. de excep. rei iud. Est tñ in toto pars. ff. de reg. iu. l. in toto. & d. l. si quis cum totum. in prin. vnde nullo existente toto impossibile est inueniri partes. Non igitur habet fœmina de legitima tractare, quæ de-
3 betur per modū quotæ patrimonij. † & ideo cōcludo, hanc fœminā nō posse petere supplementū legitimæ: qa in ea nulla legitima est, ex quo statutū eam simpliciter excludit, q pt, vt plenè no. Io. And. in c. Ray. licèt Dy. aliter, & non bñ. c. indultū. de reg. iur. lib. 6. Stet ergo fœmina dote cōtenta, quæ est sufficiens ad alimenta: sed si nō sufficeret ad alimenta, nō per modū vitij, aut causam supplementi, sed quia non habet alimenta sufficiētia, posset petere, quicquid ad alimēta sufficeret: cū ipsa debeāt iure naturæ, quo omnia animalia sunt edocta. & sic auferri non possunt, nisi iusta causa subsistente. ff. de lib. agn. l. si quis à liberis. pluribus alijs possem incausto denigrare papyrum: sed hæc est veritas, & ita vt supra in ista quæstione est scriptum, cōsulo. Ego Angelus dē Vbaldis de Perusio.

CONSILIVM CCCCLXVI.

5 *Filiæ legitimatæ an excludat substitutum.*

Quidam instituit Petrū filium suū, & sibi substituit in hunc modū, q si dictus Petrus decederet sine filijs legitimis, vel de suo corpore descendentibus tunc ei substituit Martinum. Quæritur, vtrum naturalis legitimatus
1 excludat substitutum. † Cōsideratis verbis testamenti, & considerato, q etiā ad naturales habetur naturalis affectio, & cōside-

rata etiam legitimatione per matrimoniũ cum in instrumentis dotalib. videtur posse dici, dictos legitimatos excludere substitutum, nisi forte testator esset tantæ nobilitatis, & authoritatis ꝙ esset sibi dedecus tales successores vniuersales habere. ff. ad Treb. l. ex facto. §. si quis rogatus. Iac. de Bel. ponit tales legitimatos in omnib. & per omnia pares legitimè natis, vt ipse eleganter no. in Auth. de trien. & semiſ. §. si tñ. intentio etiã testatoris fuit ista propter illa verba. O vero de ſo. corpo. quia illa dictio, o vero, exponitur, pro seu. & sic naturalẽ affectionem ostẽdit, quasi dicat, seu legitimi, & naturales, siue de suo corpore descendentes naturales tñ. nam dictio, seu, & siue, ponit alternatiuè, siue declaratiuè, siue ampliatiuè habẽt sensum, & sonãt. illa tñ verba, sine filijs legitimis, intelliguntur ẽt de naturalib. ff. de cõd. & de. l. fideicõmissum. Et postea subdit, seu de suo corpore descẽdentib. nã nõ intelligitur de naturali tñ, vt verba aliquid operentur, vt ff. ad Treb. l. hærẽdes. §. fi. Excepto, ꝙ in feudis dignitatum, quæ non proueniunt ad humiles personas.

CONSILIVM CCCCLXVII.

1 *Confeſsio facta per virum in teſtamento præſente vxore pro dote eius an valeat.*
2 *Confeſsio viri facta in teſta. præſente vxore an cenſetur tanquam legatũ, vel tanquam dos confeſſata.*

1 **Confeſsio** †viri facta in testamẽto præsente vxore ex causa dotis valet: & inducit probationẽ. valet eñ ratione causæ, & inducit probationẽ ratione præsentiæ mulieris, iuxta no. per Cy. de nõ nu. pec. l. gñaliter. & in l. cũ quis decedens. §. codicillis. ff. de le. 3. & §. Titia. Et si nõ valet ad probandũ causam dotis, valet tñ tanq̃ vltima voluntas ad disponendũ, vt l. Luc. §. quiſquis. ff. de le. 3. & l. Aurelius. §. fi. de li. leg. & sic quo ad dictas 200. libras valebit vt cõfessio, vel vltima volũtas. Tñ in facto præsupponit, ꝙ ista mulier transiuit ad scãda vota: sed ex hoc nõ perdit, sed bene pẽrdit legatũ de iure ciuili totaliter, quia ỹ annũ luctus, vt l. 1. C. de sec. nup. Sed de iure canonico illa lex est sublata, vt ibi no. & ideo non punitur, quia ỹ annũ nup sit. sed quia spretis liberis nup sit, & sic punitur in proprietate: retinet tñ vsumfructũ, de vsu. ea. re. l. si pecuniæ. C. de
2 sec. nup. l. fœminæ. & auth. ibi posita. Videndũ est ergo, † vtrum censeatur tanq̃ legatũ, vel tanq̃ dos cõfessara. & dico, ꝙ mulier ꝑt agere actione de dote. & ꝑbare per cõfessionẽ mariti factã ea ꝑsente: nec eñ habet locũ exceptio nõ nu. pec. vel dotis, qa tpa nõ patiunt. C. de do. c. non nul. fi. & aut. ibi posita. Nec ob. statutũ de possessionib. nõ trãsferendis, nisi reseruato iure cõis Eugubij: qa de immobilib. reb. loquit statutũ, nõ de q̃stitate, in qua cõe nullũ ꝑtendit ius: ideo nec seruari dẽt ius, ꝙ nõ est. ff. de le. 1. l. si quis legauerit. & ar. in l. ita tñ. in prin. ff. de admi. tut. Eg. Bal.

CONSILIVM CCCCLXVIII.

1 *Diſtrictus, & pertinentiæ qualiter probentur.*
2 *Confinia neceſsaria, vel ſimilia melius probans pars in cauſa obtinere debet. & quid ſi pari modo probentur. & nu. 8.*
3 *Pertinentiæ in quibus conſiſtant.*
4 *Quanto tempore præſcribantur paſſagia, vel ſalinaria, iuriſdictio, merum, vel mixtum imperium.*
5 *Antiquior poſſeſsio præfertur nouellæ.*
6 *Teſtes vniuerſitatis poſſunt teſtificari in cauſa vniuerſitatis, vbi eis non applicatur commodum.*
7 *Vaſallus an poſsit pro domino teſtificari.*
8 *Quis obtineat in poſſeſsorio, quando vterq; probauit.*

1 **Qualiter** †probentẽ pertinentiæ, & districtus? Ad euidentiã totius materiæ præmitto, ꝙ interdũ loca, & territoria sunt euidenter, & notoriè distincta: Quãdoq; per vias, & colles: quãdoq; per flumina: quãdoq; per mõtes, vel valles: qñq; per lapides, vel signa multũ apparentia: & istis modis territoria cõmuniter distinguunt, vt no. Io. And. scdm Goff. extra de probat. c. cum causam. interdũ probant etiã confines iurisdictionũ per expressas, vel tacitas partiũ assertiones, vt no. C. de cõtrah. & com. stip. l. op. & C. de iure deli. l. cum aliquis. interdum per vulgi opinionẽ, & iudicium circumcolentium, qui in hac materia sunt testes magis idonei, quã alij, vt l. 1. §. 1. ff. de fluminib. & quãto sunt simpliciores, & rustici, tanto sunt credibiliores: quia nõ deponunt nisi de possessione facti, tanquã oculis suis semper astantes super ipsa loca, vt no. ff. de verb. obl. l. stipula. ista. §. hi quoq;. Item quandoq; probantur per sententias iudicum, & arbitrorum, vt ff. de arb. l. de arb. l. inter castel. & instit. de off. iud. §. 1. Interdũ per perceptionem reddituum, vt C. fi. regun. l. si quis super. Pone ergo, ꝙ testes dicunt, ꝙ viderunt partem possidere à tali flumine versus fontem talis castri, vel à tali magno, & insigni lapide, & immutabili: nũquid ille fluuius, vel lapis dicatur esse terminus, vel ne? Et dicendum est, ꝙ præsumitur, ꝙ sic: quia sic consueuit fieri. nam consuetudo magnã partem indicat eius, quod est, vt ff. de ædi. edi. l. quod si nolit. §. quia assidua. & ff. de fun. instr. l. cum de lanionis. §. afinam. & ff. de leg. 3. l. si chorus. §. 1. Item quãdoq; probãtur confines per appositiones custodũ, vt ff. de fun. instr. l. si ita. §. villæ custos. item
4 per exercitiũ iurisdictionis, exactionem talearũ, & similia. per ista eñ probatur districtus tam in terra, quã in mari: imo in cœlo, & in aere, & ista est magna significatio meri imperij, ꝙ consistit in quatuor, sicut sunt quatuor elementa in aere, vt dixi, in igne, vt quando quis comburitur propter maleficiũ: in aqua, vt quando quis ponitur in culleo, & in amnẽ proijcitur, vt l. 1. C. de pa. qui fil. occi. cũ si. in terra, quãdo quis decapitatur, ꝓpter maleficiũ: † quare redeũdo ad propositũ dico, ꝙ illa pars, quæ melius probat cõfinia necessaria, vel verisimilia illa pars debet obtinere in causa, qa iustitia, ꝓbationis facit melius probantẽ esse potiorẽ. C. de edi. di. Adr. tol. l. 1. & ibi materialiter hæc doctrina. qñ vtraq; pars fundat intentionẽ, si vna melius, q̃ altera. sed si pari modo fundãt intentionẽ, ꝑt iudex ex distincto motu animi sui soloDeo inspecto, & nõ adhærẽdo ꝓ viã alicuius carnalitatis, vel amicitiæ, vel alicuius passionis eligere, q̃ parte vult obtinere, vt singulariter no. ff. de re iu. l. duo iudices dati. sed si nõ vult adhærere: quia animus suus non inclinat magis ad vnum quã ad alium: tũc habet locũ disputatio illa de duob. pariter, ꝓbantib. in vti possidetis, de quo no. C. vti pos. l. 1. Sed attẽde, qa illa disputatio nõ habet locũ in iudicio si. reg. quia est iudiciũ petitorium: vt no. C. de interd. l. incerti. vnde nõ ꝑt dicere iudex vti peti. ita petatis quia ista sententia nihil cõtinet: vt l. 3. C. de sen. & interl: om. iud. Sed quid est, poterit vti ope agrimẽsorũ, & prudentum laicorũ cõsilio: & maximè seniorũ, qui sunt in hac re testes magis credibiles, vbi de eorũ memoria agitur: vtde aqua plu. ar. l. r. & ff. de prob. l. si arbiter. Item super istis factis antiquis meliora sunt instrumẽta, quã testes: dum tñ instrumẽta facta sint de cõsensu partiũ, quæ pro tẽpore erant, in quorũ locũ nouelli succesſerũt tanquã palmites ex radice: vt ff. fi. reg. l. eos. & de prob. l. census. & ibi no. Istis ergo sic theoricè præmissis, aptandę sunt iuris regulæ ad practicã nostræ quæstionis: & diligenter excu-
3 tienda, seu discutienda sunt dicta testiũ: † tñ etiam præmittendum est, ꝙ pertinentia nõ solum in facto, id est possessione, sed etiã iure, id est iurisdictione consistunt: vt ff. de ver. sig. l. verbum pertinere. & in d. c. cum ad sedẽ. extra de rest. spol. vbi dicit Inn. ꝙ pertinentiarũ nomine tm̃ intelliguntur ea, quæ statuto, vel cõsuetudine, vel lege deputata sunt, vt accedant. Et subdit hæc verba. castro autẽ nihil deputatã iure, ꝙ sit eius pertinentia, sed tñ ab hominib. & eorũ statur consue. certum castrũ territoriũ ꝑt signari, ꝙ sibi in iurisdictione debeat, & alijs respondere. spe. autem in tit. de rest. spol. §. quia verò. ver. quid de colligentibus
4 pedagia. dicit, † ꝙ quædam sunt, quæ non consueuerũt obtineri nisi per priuilegium principis, vt pedagia, vel passagia, vel salinaria: & vbi nõ constat de priuilegio, requiritur possessio, vel quasi tanti temporis, cuius contrarij memoria non existat: vt extra de ver. sig. c. super quibusdam. non tamen credo. Idem in præscribenda iurisdictione contentiosa: quia illa comperit primo municipib. de iure cõmuni quantum ad simplicem iurisdictionem, & quasdam paruas mulctas: vt in Auth. de defen. ciui. §. & iudicare. Merum autem, & mixtum imperium possunt præscribi longissimo tempore, vt C. de diuer. off. l. viros. lib. 12. Non tamen passagia, &c. quæ sunt principi reseruata: vt in tit. quæ sint
5 regalia. in vſi. feu. col. 10. † Item præmittendum est, quod antiquior possessio, quæ antiquitus fuit pacifica, licèt postea inciperet turbari, potior est nouella in quietatione aduersariorum: quia quanto antiquior, tanto iustior: & vis turbatiua nõ debẽt patrocinari turbantibus vt extra de proba. c. licet causam. His igitur præmissis considero hincinde testes esse multum varios, & discordes in possessione, & quasi territorij: & quomodo aliqui conantur iurisdictionẽ, & quasi possessionẽ iurisdictionis probare. Et incipio à nobiliorib. cõmunitatis Gabiani: quia actores sunt, & probant ipsorum territoriũ, siue pertinentias vltra padum vsq; ad locum Valegij, & locum Chamzagnarũ. Item aliqui testes dicunt, ꝙ si mittebantur aliquæ bestiæ infra dictos termi-

terminos, domini, & homines Gabiani mittebant ad capiendũ ipsas, & faciebant, ꝙ illi, quorum erãt, restituebant damnum, & soluebant pœnam. & ita dicunt aliqui. Item Guil. de Gubio dicit, ꝙ dicti nobiles tenuerunt & possederunt vel quasi prædia, bona, & possessiões, & res in cõtraria Vallegij incluſiuè veniendo versus Gabianum vsq; ad ripam Padi liberè tãquam propriũ territorium poderium, & de poderio, & districtu Gabiani. Item Io. iudex super 4. c. Item super 14. dicit, ꝙ homines Fontanelli per vim & violentiam miserunt bestias suas ad destruendũ prata. Item notandum est, ꝙ pro parte istorum nobilium producitur instrumentum antiquum publicum, quo cauetur, ꝙ lis fuit iam de dictis confinib. & declaratũ fuit: cui declarationi est standum, vt ff. de arb. l. inter Castellianum. Nunc videamus testes, videlicet pro parte Fontanelli. & certè testes eorum in effectu deponunt contrariũ, & sunt octo testes, vel circa, qui per visum deponunt, ꝙ territorium Fontanelli extenditur vsq; ad flumen Padi. Et deponere vidẽtur in solidum. de caus. poss. c. cum ecclesia. Modò quæritur, quid dicendũ est in ista materia. Non. n. potest negari, quin testium, & probationũ hincinde varietas obscuram litem, & dubiam faciant: vt dicit gl. ord. ff. quod me. cau.
6 l. extat. † Item non potest negari, quin sit dubium in iure, vtrum testes vniuersitatis possint testificari super territorium: tamen communis opin. est, ꝙ sic, si eis nõ applicatur commodum, nec incommodum: secus si immediatum cõmodum perciperẽt, vt no. in Spe. in ti. de teste. §. oportet. ver. sed nũquid in causa vniuersitat. & ff. de re. di. l. in tantum. §. si vniuersitas. de testi. l. parencs. per Cy. † Item de vasallo vtrũ possit testificari pro domino,
7 similiter est dubium in iure: tamẽ similiter est dicendum, ꝙ isti non repelluntur ex aliquo capite, ꝙ isti sint domestici. ver. item excipitur, ꝙ est domesticus. sed nonne cõmunitas potest imperare vni de cõitate, & tñ non repellitur sedm Spe. vnde si consideres Spe. vt contrariari sibi ipsi. Sol. dicendum est hoc esse arbitrariũ: nã si testis est bonæ vitæ, & famæ, & verisimilia deponit, & maximè si coadiuuatur dictis aliorum testiũ tanquã corroboratus per bonam famam, & vitam, & alios testes extrinsecus bene, ꝑbat. ff. de testi. l. 3. §. tu magis. & ff. de eden. l. si quis ex argen-
8 §. 2. ver. quid. n. si &c. † Modo oportet colligere omnia ꝑdicta, & venire ad conclusionẽ. Et dico, ꝙ qñ res est omnino dubia ꝓp intricationem probationum, possessionum, mixturam actuum hincinde. Ille vincit in causa, qui habet antiquiorem possessionem, vt extra de proba. c. licet causam. & si nõ constat, q̃ possessio sit antiquior, & vnus habet titulum, & alter nõ habet titulũ, ille vincit tam in petitorio, q̃m in possessorio, qui habet titulũ. hoc expresse determinat Iac. de Are. C. de rei ven. l. quo. Et quia nobiles de Gabiano ostendunt de eorum ti. & causa per cõpromissum & laudum inde secutum, quod habet vim transa. Et per consequens vim rei iud. & diffinitiuæ sententiæ, vt no. in auth. vt differentes iu. §. 1. quantum ad eorum instrumenta nihil est dubium, ꝙ ipsi habent ius, & si dubitetur, an sint eadem corpora, earum ad loca, & subijciatur res oculis, vt ff. fi. reg. l. si irruptione. §. ad officium. Quantum verò ad eorũ alia dicti nobiles, & commune vincũt per antiquiorem possessionem probatam per testes minus suspectos, vt C. de edi. di. Adr. tol. l. edicto. §. 1. & quia probatum est, ꝙ homines de Fontanellis fuerũt turbatores, ergo posteriores, vt no. in l. 1. C. de app. Concluditur ergo, & necessariò sequitur, quòd isti nobiles de Gabiano, & cõmune Gabiani fouent iustitiam: & pro ipsis est ferenda sententia, & alteri parti perpetuum silentium imponendum. Et ita dico, & consulo ego Bald. de Peru. V. I. D. &c.

CONSILIVM CCCCLXIX.

1 *Legatum domus factum filio naturali cum hoc, quòd eã non poſsit alienare niſi in filios legitimos teſtatorũ, an deueniat ad filiũ legatarij legitimatũ per ſubſequens matrimonium. & quid ſi non eſſet legitimatus.*

Quidam reliquit filio suo naturali vnam domum sub conditione, quòd non possit, &c. vide in 5. parte consi. 141. incip. punctus talis est.

CONSILIVM CCCCLXX.

1 *Relicta vxore tutrice, & contutore teſtamentario dato, ſi vxor tranſeat ad ſecunda vota, an poſsit petere dari matrem ſuam, eademq; aui am pupilli tutricem exiſtente tutore.*

Quidam in testamento suo vxorẽ suam nomine F. & quendam alium nomine Io. tutores filię suę pupillæ reliquit: post cuius testatoris mortẽ dicta F. eius quondam vxor, eademq; mater dictæ pupillæ vnà cum dicto Io. eius contutore dictam tutelã cum decreto iudicis assumpserunt inuentarium fecerunt: postea dicta F. transiens ad secunda vota loco sui petijt dari in tutricem dictæ puellæ matrem suam, eandemq; auiam ipsius pupillæ: & sic iudex dictam auiam maternã in tutricem dictæ pupillæ dedit, quæ auia ipsam tutelam assumpsit, & inuentarium fecit. Modò quæritur, an d. F. mater, & tutrix potuerit petere dari dictæ suæ filiæ in tutorem dictam eius matrem, eandemq; auiam dictæ pupillæ, & an dicta auia sit tutrix dictæ pupillæ exante dicto Io. tutore testamẽtario dictæ
1 pupillæ. † Quæstio prædicta est multum dubia: nam dictæ auiæ tria vũr obstare. Primò: quia tutor testamẽtarius videtur eã excludere, vt C. qñ mulier off. tu. fungi pos. l. auth. matri, & auiæ. ibi solus, &c. & eo. ti. l. 2. §. his illud. Sedò; quia cum tutela matris, & auiæ sit species per se, & dicatur tutela anomala, nõ datiua, ergo auia dari non potuit tutrix: quia tutela datiua est alterius speciei ab anomala. stamus ergo iuri veteri. ff. de testa. tu. l. iure nostro. Tertiò: quia si legitimus tutor obstat petitioni à matre secundũ multorum oppositiones: ergo multo magis obstat testamentarius: Mihi videtur, ꝙ dicta auia non repellatur: quia cum mater & auia sint hodie habiles ad tutelas suscipiẽdas, possunt subire tutelam: vnde secũdum veram opinionem mater, & auia potest hodie esse tutrix testamentaria, vt not. in d. auth. matri & auiæ. Item potest esse legitima, vt C. in quib. cau. pig. ta. contraha. l. si mater. Item datiua: quia capax est tutelæ, quia potest esse curatrix: & curatrix est datiua: vt not. in d. auth. matri. Et ideo credo, ꝙ si tutor testamẽtarius remoueretur vt suspectus, iudex possit tam matrem, quàm auiã dare tutrices. hoc ergo præsupposito, ꝙ possit esse datiua, dico, ꝙ tutor testamentarius cũ non excludit. & qñ sunt plures contutores testamentarij, & vnus eorum à tutela repellitur, loco illius alius dari potest: & iste suspectus nõ repellitur à testamentario. cui locus à principio non fuerat, vt ff. de testa. tu. l. si quis sub conditione. & no. insti. de cura. §. interdum. sed ita est hic: quia à tutela recedit: ergo loco sui subrogandus est. nulla autem fidenrior auia peti, vel cõstitui potest: quia licet in potestate matris sit petere, & non eligere hunc, vel illum. ff. qui pe. tut. l. qui credendum. tamen valet: quia iudex petitionem matris securus est, & iudex elegisse, mater verò petijsse videtur, sic. ff. de procu. l. inuiti. §. his, qui. in gl. matri. ergo rectè petijt, vt in auth. de nupt. §. sui autem tutelam. & index eam decreuit, facit, quod no. in l. si quis sub conditione. in fi. magnæ glo. & not. C. quando mu. offic. tut. fun. po. auth. sacramentum. Quæ autem tutela harũ anomala dicatur. Respondeo: quia quędam specialia in eo seruantur, differens nomen accepit. Itẽ posito pro nunc, sed non concesso, nec negato, ꝙ legitimus præfertur ex ordine tutelarum petito à matre in legitima datiua: ita men illud esset ratione dati ordinis à matre. Sed in casu nostro non est ordo inter testamentariam, & datiuam, immo concurrunt, & habenti tutorem datur hic tutor, quia primus tutor plenitudinem tutelæ solus non habuerat: quia testator tutelam per plures voluit administrari, vt d. l. si quis sub conditione. cessat ergo ratio plenitudinis potestatis, quæ comparem habere dignatur. & via data à testatore, quæ erat, vt geretur per plures, impleretur. C. in quibus cau. tu. hab. l. 1. Nam lex limitatur testatorem. in quantum potest. ff. de condi. & demonst. l. pater Seuerinam. §. conditionem. C. de insti. & substi. l. generaliter. post principium. & in auth. de nupt. §. disponat. de verb. sig. l. verbis legis. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXI.

1 *Fures an poſsint panni in loco, vbi ſteterunt per aliquot dies, & in quẽ portarunt res furtiuas de furto commiſſo in alio territorio.*

Præsupponitur, ꝙ quidam socij scelerati, & malæ famę steterunt aliquib. diebus in terris dom. Marchionis Montisferrati: & deinde recedentes iuerunt ad derobandum, & prædandum in alio territorio, & post prædam, & quędam furta, licet parua, reuersi sunt
1 in territorium dom. Marchionis: & ibi capti sunt. † Quæritur, vtrũ ibi possint puniri: & breuiter respondeo, ꝙ sic: quia scriptũ est, vbi inuenero, ibi te iudicabo. Præterea maleficia non debẽt remanere impunita: sed si relaxarentur, ibunt per vias suas, & nunquam punirentur. Præterea, isti possunt dici vagabundi, vt no. in l. 1. & 2. C. vbi de cri. agi opor. Præterea quòd puniantur, est res boni exempli, vt pœna vnius sit metus multorum, vt

C.adle.iu.repe.l.1.ſi fecerunt tractatum in terra d.Marchionis, certum eſt,ꝙ ibi delinquere cœperunt: ergo ibi debent puniri, vt ff.de adul.l.etſi amicis.per Bar.In contratiũ no. quia iſta præparatoria confunduntur cum illo delicto finali, & vltimato, vt ff.ad l.Aquil.l.illud.§.fin. & C. de accuſ. l.qui de crimine. & ibi no.vnde ſatis eſt,ꝙ ſint condemnati,vel puniti in territorio,vbi fecerunt furtum & præd.Item nihil ad officiales d. Marchionis de eo,quod eſt extra territorium eorum commiſſum: quia per hoc territorium eorum nõ eſt offenſum, vt l.extra territorium. ff.de iur.om.iud.cum ſua materia. Præterea in maleficijs inſpicitur locus,vbi eſt terminus delicti,non vbi principium,vt plenè not.per Bar.de adul.l.quod ait.§.fi.exemplum etiã habemus de eo,qui cum baliſta interfecit hominem: quia non inſpicitur locus,vbi tendit arcum,ſed vbi vulnerat, vt conſueuit.not.in l. 1.C.vbi de crimine agi opor. Sol. aut furtum factum extra territorium d.March.portatur,& contrectatur intra territorium:& tunc poteſt per officiales d.Marchionis puniri in ipſo territorio d.Marchionis ſecũdum opin.domini Bart.quia nouum territoriũ nouum dominiũ,vt ff.de condi.fur.l.nec legatarius. vel ſequereture,ꝙ impunè poſſent acceptari delicta, quæ extra territorium ſunt cõmiſſa:quod eſt falſum, vt l.1.C.de his,qui latro. & quanꝝ hoc non obſeruetur de facto, tamen verũ eſt de iure. Si verò res non fuerunt portatæ ad territorium d.Marchionis, non eſt ius,neq; conſuetudo, ꝙ puniantur ibi tãquam de furto perpetrato ad plenam pœnam furti, puta furcarum,ſed quia impune non debuerunt poſſe laxari in territorio dom. Marchionis,punirentur de tractatu,ſi verum eſt, ꝙ ibi tractauerunt, vel ordinauerunt pœna arbitraria: ex quo non ſunt alibi puniti. & licet eſſent alibi puniti, poterunt ergo puniri ictu furtiuo, vel pœna pecuniaria, ſed hæc conſulo fienda conſulto ſuper his d. Marchiõe, & eius beneplacito explorato;quia queſtio iuris eſt. vnde bene poteſt conſuli ſuperior,vt ff.de iudi.l.eum, quem temere.§.fi.Ad prædicta, quia delictum attentatum non ita atrociter punitur,ſicut delictum conſumatum,vt no.Cy.C.de epiſc. & cler.l.ſi quis non dicam. Non ob. ꝓdictis illud, quod dicitur, ꝙ præambula confunduntur: quia verum eſt: vbi concernunt idem territorium;ſed qñ ſunt duo ꝓſides,vnuſquiſq; debet punire delictum perpetratũ in ſuo præſidatu, argu.C.de ſport.l.2. quia delinquens cuilibet facit iniuriã, quæ non debet remanere impunita,vt ff.ad l.Aquil.l.ita vulneratus. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXII.

1 *Stante ſtatuto,quòd fiat compromiſſum inter affines recepta ſecuritate,an ſit neceſſe fideiuſſores,vel pignora,an ſufficiat ſecurare per ſtipulationẽ. & num.3.*

2 *Verbum ſecuritas,quo intelligatur, ſeu accipiatur in quacunq; materia.*

1 Super eo,quod quæritur, † vtrum præmiſſis verbis cuiuſdam ſtatuti dicen. ꝙ inter affines fiat compromiſſum recepta ſecuritate inter partes ſit neceſſariũ cum fideiuſſoribus vel pignoribus ſecurare, an ſufficiat ſecuritas facta per ſolennem ſtipulationem iuxta morem compromiſſorum non adiec. fideiuſſoribus? Allegando videtur primò, ꝙ non re-
2 quirunturfideiuſſores neceſſario.† quod verbũ ſecurare, verificatur etiam,vbi non interuenit fideiuſſor, vel pignus. C.ſi cer. pe.l.ſi.C.de teſt.l.teſtium.de non nu.pec.l.in contractib. §.1.de inoffi.teſta.l.ſi quis.§.fi.C.ad velle.l.ſi vxor. ff. de lib.lega.l.ſi qs. ff.de præto.ſtipu.l.1.C.ad Treb.l.pen. ff.de pœ.d.l.capitalium.§. ad ſtatuas. C. de apo. publi. l.1.lib.10. C.de exact. tri. l.nemo.in Auth. de man.§.ſed neq;.coll.3.in auth.habita.C.ne filius.ꝓ patre.ſi igitur verbum ſecuritas ad nudam cautionem adaptatur, ergo neceſſariò ſatisfandum non eſt; quia cum quis tenetur in genere,vnum eius,quod eſt in illo genere præſtando, liberatur, vt plenè not.extra de reg.iur. c.cum in obſcuris. & l.ſemper in ſtip.ff.de reg.iur.& l.legato generali. de le.1.cum ſim. ſed hic ſecuritas debet præſtari, & habet duas ſpecies, nam ſcilicet & idoneam; ergo nuda ſufficit,arg.ad idem.ff.de verb.ob.l.quicquid aſtringendæ.de condi. ob cau.l.legem.in prin. de iu.l.in omnib. de bære.ven.l.2.Benefacit ad hoc;quia de virtute ſermonis verbum ſecuritas, eſt aptum natum etiam ad nudam ſecuritatem. Quod probo;quia ſecuritas alia plena;alia pleniſſima,vt no.ff.de mi.l.ait prætor.§.permittitur. Ergo ſecuritas nomẽ eſt tanquam genus,& ſic prædicatur de plena,& nõ plena; de plus idonea.& minus idonea.Aliàs non eſſet genus,niſi de duob.ſaltem prædicaretur.ff.de adop. l.1.ſi cer. pe.l.2.vbi no. Et quia ita eſt de ſermonibus, ideo obligatiões verborũ de nuda cautione intelligantur:quia quicquid eſt diuiſum,&c. vt ff.de verb.obl.l. quicquid.ſed aliud de interpretatione iuris: quia intelligitur de veſtita,vt in prætorijs ſtipulationib. quia prætor ſic interpretatus eſt,& poteſt.quia eius eſt interpretari, cuius & condere. C. de leg.l.ſi.ſic loquitur ff. de præto.ſtip.l.prætoriæ. inſti.de ſatiſd ſed ſtatuta recipiũt iſtam interpretationem,quæ poteſt dici extenſiua:cum plus obligationis importet, quàm verbi ſignificatio cogat,iura ſunt vulgaria,&c.ſic loquitur. ff. qui ſatiſd. cog.l. 1.C.de tut.& cura.qui ſatiſd. non de.l.1. Item confirmatur hoc: quia de vi vocabuli eſt facere aliquem ſecurũ, ſiue cum eſt periculi metũ auferre, vt ſiue quis metuat de iure acquiſito, ſeu de iure acquirẽdo, executioni tradẽdo ſuo tẽpore, ſiue metuat de perſona:nam ſecuritas eſt trepidatio mentis,ſeu terribilis immittentis aduerſio. ff.de ven.in poſ.immi.l.1.§.quoti.& ibi ꝑ Sali.de ca.re.C.de his,qui ad eccl.confu.l.ꝓſti. ſine ergo quis metũ pactorũ trãſgreſſionis amoueat per ſolennitatẽ verborũ, & adiectionem pœnę,ſiue aliter,non eſt vis.ff.de verb.obl.l.qui ſeruũ. C.de inſti.& ſubſti.l.ſi mater.de le.2.l.ſi deiecõ. §.ſi filio. Et ſic videtur, ꝙ iudex habeat arbitrari, an ita ſit, vt ſonat verbum, qđ ex qualitate perſonarum põt conſtare.nam ſi eſt perſona ſuſpecta,& tendit ad egeſtatẽm,non bene ſecurus eſſet, qui non haberet fideiuſſores,vel pignora, & ideo tũc bonus vir non arctabit ad dandum fideiuſſores,vt ar.ff.qui ſatiſd.cog.l.ſciendũ.in prin. & etiam pœnã faciet addi propter naturam cõpromiſſorum.ff. de arbi.l.litigatores.§.quod ait. nam verba exaudienda ſunt ſecundũ qualitatẽ materiæ.ff.loca.l.ſi vno.facit ad hoc, quod no. de iudi.l.1.& 2.5.quod ſi dubitet.ff.de alien. iud. mu.cauſa fac.l. 3.in fi. ſi cui pluſquã per l.fal.l.nihil.§. quamuis. qui ſatiſd. cogan.l.2.de prẽto.ſtip.l.ſi.Adhuc pro maiori declaratione diſtinguo, quòd aut loquimur de ſecuritate liberatoria: & illa trahit ſecum ſuam executionem,& ſemper eſt idonea, vt l.1.§.ſi debitori.ff.vt in poſſ.leg.aut de ſecuritate obligatoria: tũc refert,aut illud verbum,ſecuritas,profertur in ſtipulatione,& intelligitur in dubio de nuda,vt l.quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obl. C. de verbꝭ.ſi.l.ſancimus. Aut profertur à lege: & tunc aut à prætore: & loquitur lex prætoria. & qđ not. C.de procu.l.1.aut à iure ciuili,aut à iure canonico: & tunc refertur ad obligationem natam probandam,& debet fieri,vel reſici inſtrumentum,ſi fortè ante erat perditum,vel vetuſtate cõſumptum, vt C. de fid.inſtr. l.plures apocis.C.de lib.cauſa.l.ſicut.ff.ſol.mat. l.2. ver. nec cogitur.& quod not. in Auth.de hær. & fal.in prin. col.1.de admi. tu.l.chirographis.aut ad obligationem magis validãdam: & requiritur fideiuſſor,vel pignus:quia plus cautũ,&c.ff.de re iud.l. plus cautionis.quia fit ad cautionem,arg. C.de contrah. emp.l. pœna conuenta.in ratione ſui.& hoc facit lex, quando q; ratione ſuſpicionis,vt l.ſi creditores, prælle.de priuileg. cre. qñque odio impetrationis perius iniquũ, vt C.de preci. imper.offe.l. vniuerſa.aut ad obligationem naſcẽdam,ſeu concipiendam: & tunc intelligitur de ſtipulatione, nõ de ob.cum cautione, vt ff. de dam.l.2. non tamen excludo pœnæ adiectionem, & bonorũ hypothecatorum, ſi aliqua ratio hoc iudici exigere perſuadet: & maximè quando obligatio non eſſet de præſenti, ſed de futuro,vt ff.de iud.l.in omnib.ſol.mat.l.ſi conſtante.§.quo.aut profertur à iure municipali: & tunc aut ſecundum illos, qui ſtatutum reputant ſtricti iuris omnino,de nuda eſt intelligendũ,ſicut & in ſtipulatione, nam & ſtatuta ad modum ſtipulationis ſiunt per verborũ expreſſionem, infferrogationem præcedentẽ, & reſponſionem ſequentẽ. inſti. de iure natu. §. plebiſcitum.ff. de lega.l.de quibus.in fi.ſecundũ alios, quia ſtatuta recipiũt interpretationem de bono, & æquo, erit hoc arbitrariũ ſecundũ qualitatem perſonarũ: & hoc mihi placet, arg. ff. de legi.l.non
3 poſſunt.† Redeundo igitur ad quæſtionẽ propoſitam dico, ꝙ ſi corã arbitris vertitur quæſtio liberationis, puta legatæ vel promiſſæ,non eſt neceſſarius fideiuſſor,ar.ff.de arbi.l.litigatores.§. interdum.Sin autem vertatur quæſtio obligationis; tunc iudex habet arbitrium: cuius officium eſt latiſſimum, ff. de iuriſ. om. iudi.& arbitrabitur ex cauſis,& perſonis, vt dictum eſt. nã cauſæ difformes nõ poſſunt ſub regula limitari: & ideo relinquuntur arbitrio boni viri. ff.de vſu.l.mora. & de teſtib. l.tertia.§.tu.

de lega-

de legatis tertio.l.ſi filio.cũ ſimilib. ſaluo ſi aliter eſſet interpretatum de conſuetudine: quia interpretatur lex; conſuetudini ſtandum eſt,vt l.ſi de interpretatione.ff.de leg. & ſaluo ſi conſtaret,ꝙ alius eſſet communis vſus loquendi, vt l.cum de lanionis. §.aſinam.ff.de fun.inſtru.nam cõmunis vſus loquendi importat vſum & modum intelligendi.l.librorum. §.quod tamẽ Caſſius. ff.de leg.3.& ibi not.& quandoq; modũ inducit ſignificãdi,ſiue præter legem vſus iſte,vt ff.de verb.ſig.l.tig.& l.vt Alphenus. & quandoq; plus valet,quàm ſignificatio contraria, ſi vſus cõmunis eſt contra legem,vt l.1.in fi.de ſup.lega.Et ita dico,& conſulo ego Bald.de Peru.V.I.Doct.&c.

CONSILIVM CCCCLXXIII.

1 *Manifeſtus vſurarius quis ſit.*

2 *Dictio,manifeſtum,quomodo accipiatur.*

3 *Confeſſio teſtatoris in teſtamento facta de vſuris reſtituendis an probet.*

Qualiter accipiatur manifeſtum in concilio Lugdunenſi. Spe. in ſuo commento in c.vſurarum
1 voraginem.ſic ait.† illi ſunt manifeſti vſurarij, de quibus eſt manifeſtum euidentia facti, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari,ſeu qui cõfeſſi ſunt in iudicio, vel per ſententiã condemnati,de cohabita.cle.c.ſi. vel dic illos manifeſtè & publicè exercitores vſurarũ,qui palam & paſſim in domib. ſuis mutuant pecuniam,& recipiunt pignora, qui in Italia vocantur præſtitores, ar.de ver.ſig.l.palam.Præterea idem Spe.in c.quanquam.ſic ait. Poteſt dici manifeſtus quo ad hoc, qđ hic dicitur, ſi corã ſacerdote,qui eius eſt iudex,hoc confiteatur,reſtitutionẽ fieri mandet in publico inſtrumẽto, vel in ſcriptura proprio ſigillo ſigillata:vel coram teſtib.confiteatur, & reſtitutionẽ fieri mandet, arg.C.de nõ nu.pec.l.generaliter. vel ſi forte in libro rationum hoc continetur,ar.65.dif.c.qui ſincera.vel ſi forte publica fama contra eũ laboret:& aliqua argumenta appareant; quia ſola fama nõ faceret eos vſurarios iudicari:nec enim ſufficeret,ꝙ duo, vel tres teſtes probarent,ꝙ fecit vſuras, niſi probaretur de fama ad hoc,vt diceretur manifeſtus vſurarius ſcdm Bart. in l. 1. C.de ſa.ſan.ecc.not.de vſuris.c.cum in diœceſi. hoc idem de libro rationũ no.Arch. in d. ca. qui ſincera. De fama cum adminiculis tractat Garſias in d.c.vſurarũ. & ait,fama cum adminiculis ſunt ſufficiẽtia:per hoc epiſcopus poſſit illum publicare: ex qua publicatione nõ ante poteſt dici vſurarius manifeſtus. & idem referendo tenet dominus Fede.de Senis in conſilijs ſuis, conſi.61. Generaliter aũt quis dicatur vſurarius manifeſtus. Idem Fede.
2 pertractat in eodem opere.q.9.ſic dicens.† Quæritur, quomodo accipiatur manifeſtũ in concilio Lugdunenſi, c. quanquam. de vſur.lib.6.& certũ eſt,ꝙ poteſt accipi pro notorio, quod habet facti euidentiã,vel eſt notorium iuris: puta per confeſſionẽ vel ſententiã,vel iudicis publicationẽ: vel liquet claris & indubitatis probationib.extra de verb.ſig.c.cum. & c.ſuper quibuſdam.Item manifeſtũ poteſt dici, cuius probatio eſt in euidenti, & manifeſto,de verb.ſig.c.2.lib.6.vnde qñ apparent libri rationum,& minimè dubitatur, ꝙ ſunt libri vſurarij, iſta ꝓbatio debet dici clara & manifeſta.d.c.quanquã.per Arch. confeſſio etiam in mortis articulo idem facit ſcdm Fede.prędictum.Bar.etiam.ff.de fur.l.furem.dicit,ꝙ actuum frequentia, cauſa facti,& peremptа probatione faciunt quem manifeſtũ vſurarium. Ego dico,ꝙ quæ fiunt in camera, vel dicũtur, cum ad lucem veniũt, manifeſta fiũt,& ideo licet clam fœneretur, & de more ſcribantur libri ſub ſilentio,cum exit in publicum manifeſtatio veritatis, manifeſtũ eſt quidem de delicto: ſed non eſt per hoc manifeſtus modus delinquendi, qualitas ergo, quæ ſignificatur per modum manifeſtũ,quandoq; requiritur tanꝝ comitatiua delicti ad grauandũ verbũ manifeſtũ,quandoq; requiritur tanꝝ comitatiua delicti ad grauandum delictũ, & tunc debet ineſſe delicto.ff.de condi.fur.l.& ideo.qñq; requiritur tanꝝ infamiã pariat,quorum in hac ſpecie infamiũ tectamenta ius cano. dãnat: tunc non oportet qualitatem talẽ eſſe naſcẽti actui: ſed ſufficit, ꝙ ex confeſſione,vel ſimilib. poſtea proueniat. in omni aũt genere infamiæ poſt ſententiam nullũ eſt validius confeſſione,vt
3 no.ff.de iureiur.l.ſed & ſi poſ.§.fi.† ſed dubitatur; quia cõfeſſio non fuit facta præſente parte: ergo non inducit liquidam probationem,ſed ſolùm indicium.ff.de ędil.edi.l.quęro.§.fi. immo etiã parte preſente,nam videtur mihi indicium parere.de adul. c.5.Sed contrarium eſt verum ſecundum omnes doctores:quia confeſſio facta in teſtamento non requirit partis præſentiam, & tamen facit vſurarium manifeſtũ: vbi eſt conſiderandum,ꝙ aut confeſſio reducitur ad ſpecialem effectum reſpectu certæ perſonæ:tũc requiritur præſentia, ſi de obligatione tractemus: Aut ad effectum generalem, qui ſe reflectit ſolùm ſuper confitente,& non ad certum adiacens,nec aliud extraneum requiritur:puta ad inſinuandum ipſum apud bonos & graues ad auferendam ſibi teſtamenti factionem, ibi non requiritur alterius præſentia: quia non tractatur de iure alterius,niſi ſolummodò confitentis. & ipſe ſolus eſt omne extremum à quo, & in quo; arg.de neg.geſt. l.Neſennius. & iſte eſt caſus noſter. viſis igitur puncto prædicto,& inſtrumentis, dico d.teſtatorem tanꝝ vſurarium manifeſtum teſtari non potuiſſe,& hęreditatem ſuã eſſe in cauſa inteſtati,& non teſtati, & nihil eorum valere, quod teſtando,vel per clauſulã codicillarem diſpoſuit. & maximè quia cano.vbi cõfeſſio fit ſuper vſuris, vel malè ablatis, non curãt de præſentia partis, ſed de bona fide, & de ſubſtantia veritatis, vt extra de ſep.c.parochianus.& facit 1.q.6. c.quoties cordis oculus. Cum vt plurimum in mortis articulo fiant:& difficillimum eſſet requirere præſentiam mille forte hominum; cum quibus magni vſurarij fœnora exercuerunt. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXIIII.

1 *Vſura an & quando debeantur pro dote puellæ: & an ſint licitæ.*

Poſt biennium à die ductionis puellæ debẽtur vſuræ:quia per lapſum biennij mora contrahitur irregularis. C.de iur. dot. l.fin.§:præterea.& no.per gl.& doct.in l. de diuiſione. ff.ſol.matr. & hoc niſi fuerit omiſſa petitio longo tempore. Nam tunc & gratior apud debitorem præſumitur omiſſa.& tacitè remiſſa petitio vſurarum. l.
1 cum quidam.§.diuus.ff.de vſu.vbi eſt tex.not. † Et licitæ ſunt vſuræ in dote,vt extra de vſur.c.ſalubriter.Et magis alimentorũ, quàm vſurarum nomine continentur,l.inſulam.§.vſuras.ff.ſol. mat.non autem tempus dicitur decennium. Et ideo ſi dictæ acceſſiones, alimenta, ſiue vſuræ petitæ non fuerint, noſtro intellectu præſumuntur remiſſæ: & pro præterito tempore peti non poſſunt. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXV.

1 *Blaſphemare Deum an dicatur ille, qui dicit, de lune ſia Dio, vel al deſpetto de Dio.*

1 Ille, †qui dicit,de la ne ſia Dio,vel al deſpetto de Dio,an dicatur blaſphemare Deum. & videtur ꝙ ſic, vt in Auth. vt non luxu. contra nat. & c. 2. de maledi. & l. 1. ſi quis imperat. maledi.25.diſtin.c.qualis.& in epiſtola canonica Iudæ Apoſtoli poſt princip. ibi,cum Michael Archangelus, &c: Contrarium

dico

dico ex communi vsu loquendi, & quia ista sunt verba iniuriosa, & cõtumeliosa potius, quàm maledictio siue blasphemia. ff. de hære.instit.l.quoties. §.si quis nomen. secundum intellectũ Rum. Non ergo omnis contumelia est blasphemia, vel maledictio: maximè secundum vsum loquendi in infelici patria in his sermonibus sceleratis. Et ita dico & consulo ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXVII.

1 *Vsufructuarius an teneatur soluere debita, & collectas.*

1 **Vsufructuarius** † an teneatur soluere debita, & collectas: dic, quòd si est vsufructuarius vniuersitatis, tenetur soluere debita: aliàs non. ff. de vsufru.leg.l.fi.per Bar. An verò sit vsufructuarius legatarius, patet.ff.de vsufru.lega.l.si quis.

CONSILIVM CCCCLXXVIII.

1 *Nomina debitorum an cadant in legato castri, si instrumenta in castro sunt inuenta, in quibus sunt nomina debitorum: & quid de armis, quæ erant ad defensionem castri.*

1 **Vtrum** † nomina debitorum in legato cadant, si instrumenta in castro sunt inuenta, in quibus sunt nomina debitorum: credo quòd non. & videtur hoc expressum. ff. de leg.3.l.si vxor. §.legauerat. & expressius. ff. de lega.3.l.si minime. Nam nec propriè cadit in instrumentis distinctio perpetuitatis ad modum thesauri, vt l.si chorus. de lega.3. quia thesaurus in pecunia consistit, non in instrumentis. ff. de acquir.rer.dom. l.nunquam. §.thesaurus. Vnde in dubio standum est iuribus allegatis. Arma verò, quæ in castro erant ad defensionem castri, legata videntur, ff. de vsufruct.l.generali. §.vxori. Cætera enim in castro veluti mutabuntur, vt ff. de fun. instru. l. quæsitum. §. si quis eodem. & de hæred. institu. l. ex facto. §. ex consimilibus. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXIX.

1 *Si quis constituit vsufru. in re sua alteri, postea deportatur propter maleficium, nunquid vsufructuarius perdat vsumfructum.*

1 **Pone**, † quidam dedit vsumfructũ in re sua: deinde commisit maleficiũ, propter quod est deportatus, vel in metallum damnatus. Nunquid vsufructuarius perdat vsumfructum? Respondeo, quòd non. Et ratio est; quia ius quod habet, non dependet à iure suo, argu. ff. de dona. inter virum & vx. l. & si mors. ff. de pigno. l. si superatus. quod videtur resolut. &c. intelligitur in eo iure, quod habet dependentiam successiuam. Non ideo quòd primo instanti perfectum est, vt ff. de pign. l. lex vectigal. ff. loca. l. si quis domum. §. huic. & l. si fundus. argu. ff. de dona. l. post contractum. C. de donat. inter vir. & vxor. l. si mors. in princ. quas leges hinc inde adaptabis. Bald. ad literam de controuer. inue. c. 1. in fin. & vide de hoc per Bar. in l. postulauerit. §. iubet lex. ff. de adul. & l. si finita. §. si de vectigalib. de dam. infec. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXX.

Punctus duo fratres carnales longo tempore simul steterunt, &c. adde, quod istud consiliũ est supra in consilio 452. incip. duo fratres, &c.

CONSILIVM CCCCLXXXI.

1 *Spurij descendentes vtrum gaudeant statuto fauorabili & privilegiatino.*

1 **Statuto** † cauetur, quòd in omnibus causis ordinariè ventilatis debeat solui decima, exceptis causis, quæ verterentur inter ascendentes & descendentes, in quibus procedatur summariè sine alicuius decimæ solutione. Modò quæritur, vtrum spurij descendentes in hac exceptione beneficiotum includantur: & videtur, quod includantur; quia vbi statutum non distinguit, nec nos. l. de precio. ff. de publicia. & quia natura communis est, l. hos accusare. §. fin. ff. de accus. & quia in particulari pœna includuntur. C. de his, qui pa. acc. l. r. & etiam in pœna legis Iuliæ maiestatis. vt l. quisquis. C. ad legem Iul. maiest. & maximè de iure canonico, quo sunt alendi, vt in cap. cum haberet. de eo, qui duxit in ma. quam pol. per adult. & quia re vera sunt filij: & ius naturale est immutabile, vt instit. de iure naturali. §. sed naturalia. de capi. dimi. l. tutelas. Contrarium est verum, nam quo ad iuris ciuilis imitationem spurij nõ debent dici descendentes. l. per verba. C. de adult. ff. de rit. nup. l. legis Iuliæ. §. nec distinguetur. & ita not. Gul. de in ius vo. l. parentes. & est gl. ord. in c. 1. in clem. per quam gl. patet. so. Ista igitur vocabula quanquam naturalia sint, tamen ciuiliter debent intelligi: & ad incongrua de iure ciuili non debent extendi. Sit ergo conclusio, quod in priuilegijs exceptiuis, & fauorabilibus non includuntur spurij.

CONSILIVM CCCCLXXXII.

1 *Fructus bonorum inter fratres qualiter diuidi debeant, & quid communicandum sit.*

1 **Qualiter** † debent diuidi fructus bonorum inter fratres, ex quibus remãserunt filij, & de captura, cum duo fuerunt capti, & soluerunt, an alij teneãtur: & quid de dotibus solutis ex pecunia communi, & etiã quid de patruo, & nepotib. simul cohabitantibus ad vnum panem, & ad vnum vinum, & communem expensam, & plura laboritia, & culturas facientia terrarum simul, & inde acquisiuerunt & oues, & porcos, & alia animalia, qualiter debent diuidi fructus laboritiorũ prædictorum, & animalia inde lucrata. In primis dico super dotibus, ꝙ dotes solutæ de pecunia communi debent reddi per alium fratrem, cuius filia dotata fuit pro dimidia; quia paternum officium est dotare filiam, vt C. de iur. dot. l. si pater. tamẽ est videndum, de quibus cõmunibus fuerunt dotes. Nam si fuerunt de precio rerum venditarum, sufficit restitui dimidiam precij redacti ex dictis rebus, vt C. de rei vend. l. mater. & idem vbi est patruus, & neposin casu simili. Item de fructibus laborationum cum bestijs acquisitis. Respondeo, medietas attribuitur bobus & animalib. cum quibus fit cultura: & pertinet ad dominos animalium prædictorum: alia dimidia attribuitur operi, & debet diuidi viriliter inter acquirẽtes. & si qua alia animalia essent inde acquisita, fit eodẽ modo diuisio animaliũ. Sed si sunt fructus quæsiti ex possessionibus proprijs, & nõ ex possessionibus alienis, debẽt diuidi in duas partes: quia vna dimidia debet dari dominis possessionum communiter diuidenda inter illos. Alia dimidia debet diuidi inter omnes. Item de eo, quod fuerit solutũ pro illis, qui capti fuerunt, dum starent ad custodiẽdas oues, & animalia domus, vtrum damnum animalium prædictorũ, & taleæ solutæ debent esse communes. Dico, quòd sic, ff. pro socio. l. cum duobus. §. damna. & §. sequen. & fina. & l. adeo. §. quod si in alia. Item patruus habens ab vxore 15. flor. in dote, de quibus cum alia certa quantitate communi emit vnam domũ. Respondeo, ista domus debet communiter diuidi. Primò tamen restitutis ipsi patruo d. 15. flor. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXXIII.

1 *Locatio facta per rectorem ecclesiæ ad non modicum tempus, vel ad modicum an teneat in præiudicium successoris. Item quid si rector moritur interim, & in primo anno perceperat pensionem per 9. annos, quid fiet. numer. 2.*

1 **An locatio** † facta per rectorem ecclesiæ ad nõ modicum tempus, vel ad modicum teneat in præiudicium successoris. & nõ est dubium, quòd locatio per rectorem ecclesiæ potest fieri ad modicum tempus: quod est secũdum consuetudinem decennium, licet Io. And. non firmet in tit. de reb. eccle. non alie. in cle. tamen ita est verum, quòd nõ
2 dicitur longũ tempus hinc ad 10. annos, vt C. de præscrip. long. temp. per totũ. & ff. qui, & à quib. l. fideicomm. §. Aristot. † Sed ponamus, ꝙ iste rector interim moritur, & in primo anno perceperat pẽsionem per 9. annos, quid fiet. Arch. 12. q. 2. c. alienationes. dicit, ꝙ successor non tenetur stare colono. nec emptor fructuario, nisi iste cõtractus fuisset celebratus pro vtilitate ecclesiæ cum authoritate superioris: vt not. de hoc. C. loca. l. emptorem. & videtur potius dicendum, quòd cum talis sit necessarius successor, nõ voluntarius, sicut est emptor, ꝙ teneatur stare colono. Sicut dicitur in muliere, quæ tenetur stare colono viri, aliàs mariti, vt l. diuortio. ff. solu. mat. & sicut illa recuperat pensionem pro rata tẽporis soluti matrimonij: ita hic successor recuperat ab hæredibus prædecessoris, ar. ff. de vsu. l. pen. & l. defuncta. Inn. dicit extra ne præla. vices suas. c. fi. ꝙ aut locat administrator ecclesiæ, aut administrator præbẽdæ. Primo casu si locatio est facta nomine ecclẽsiæ, & ex causa probabili, successor tenetur stare colono, ne contrahentes cum prædecessore decipiantur. l. permission. & authoritate, ar. l. iubemus. §. sanè ne omnino. C. de sac. san. eccl. Nam cum iste potuerit ecclesiã obligare ex licito contractu, meritò tenetur stare successor. Secũdo casu in administratore præbendæ iste non põt obligare successorẽ. Ratio est; quia obligatio personalis non sequitur fundũ, vt ff. lo. l. emptor. quia præbendarius habetur instar vsufructuarij: ergo, &c. ff. lo. l. si quis domũ. & quia iste non contrahit nomine eccle-

clesiæ: quia non est administrator ecclesiæ, nec nomine fundi, quia fundi dñs non est: nec habet consensum, sed contrahit pro nomine suæ psonæ: & ideo successorem rei, vel ministrum non obligat, arg. C. de decu. l. prouidẽdum. lib. 10. Quod autem dicit Arch. de authoritate superioris debet intelligi in alienatione: nõ simplici locatione ad modicum tempus. Et hæc vera, nisi ex parte istius locatoris interuenerit fraus; quia repudiaturum prælaturam promisit in ista locatione, vt ff. sol. matr. l. filiæ meæ. ff. mandati. l. creditor. §. Lucius. in fi. & ff. de manumis. test. l. qui filium. Hoc ponit do. Bal. in l. iubemus. C. de sacros. eccles. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXXIIII.

1 *Pœna duplex an teneat imponenda pro vno actu, ex quo plura sequentia facta fuerunt, nec ne.*

1 **Antiqui** † tenuerunt, & Iac. de Are. sequendo eos, ꝙ vna pœna imponatur: quia vnũ est propositũ, & vnum factũ, & vnũ crimen. Sed Bart. tenet, ꝙ effectu sunt plura crimina: & ideo pro plurib. debeat fieri punitio per locũ ab effectu, qui facit plura censeri vnum. l. illud. in fi. ad l. Aqui. & vnum censeri plura, vt C. de accu. l. qui de crimine. & facit. ff. de iur. om. iu. l. si familia. Et ita tenet Bar. in l. si geminaarbor. ff. arbor. fur. cę. Sed Cy. tenet cum antiquis, vt in l. 2. ff. de excu. tut. in fuis addi. Pro Bar. facit di. Arist. qui dicit ad nocumentum differentiam respicit lex: vnde qui nocet in plurib. in plurib. videtur delinquere: absurdũ videtur dicere, ꝙ ille, ꝙ vno ictu infert 10. vulnera, vt puta cũ pectine, nõ puniatur in plus q̃ ille, qui infert vnum vulnus tm̃: vt puta cum vno dente pectinis. Quæ absurditas est semp vitanda in legib. & in statutis. Ego dico, ꝙ q̃sq; lex considerat actũ absolutè: quandoq; considerat actum respectu modi. Primo casu habet locũ controuersia opinionũ. v. g. si statutũ dicit absolutè, si quis percusserit, &c. Sedo casu v. g. dicit statutũ, si quis percusserit aliquẽ ictu pectinis vel furconis, vel biden. & sanguis exiuerit, puniatur in 10. Nã si ex vna percussione plura vulnera sequuntur, vna tm̃ est pœna: quia lex hoc cõsiderasse videtur, ex quo de instrumẽto ad hoc apto disponit: quia videtur loqui scdm aptitudinẽ illius instrumenti. sicut dicimus in simili in l. 2. ff. si cer. pet. Sed est in ꝓposito, si quis, inquit, percusserit manu vacua. Nam manus habet 5. digitos sicut pectines vel furcones. Et licet quilibet digitus faciat exire sanguinẽ, vna tm̃ est pœna: quia istud maleficiũ non consistit solũ in sanguine, sed in modo & in organo. Et licet plures sint sanguines, nõ est tm̃ nisi vna manus: & sic vnũ maleficiũ; & ꝙ tanto vna pœna. Et hoc confirmatur ex forma inquisitionis in versi. semel. qd actiuè, & passiuè ponitur. Item ex quatuor partib. põt exire sanguis: & nõ est nisi vna scissura, vt toto labio scisso exit sursum, & deorsum dextrorsũ & sinistrorsũ. & ideo inquisitio nõ cõcludit circa pluralitatẽ. Ad hoc facit ẽt illud verbũ, ex qua percussione, qđ est singularis numeri. Itẽ statutũ vẽ cõsiderasse illud, qđ verisimiliter, & plerunq; scdm aptitudinẽ illi⁹ instũi euenit, ꝙ a lex vẽ oĩa considerare, q̃ de facili & frequẽter posũt euenire, vt l. 3. & 4. ff. de legi. Itẽ vnũ, & plura dicunt multis modis: vt ff. de vul. sub. l. pẽis, & filij. & plura alia pñt allegari, sed hæc est conclu. Ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXXV.

1 *Hæ substitutio, &c. & hic in princ. an sit censenda pupillaris, an fideicommissaria. & num. 3.*
2 *Mater præfertur fratri consanguineo.*
3 *Verbum succedat, est aptius directæ substitutioni, quam obliquæ.*
4 *Lucrum ex pupillari substitutione an veniat in fideicommissaria alteri facta.*
5 *An quod quis capit ex fideicom. debeat restituere ex capite substitutionis.*

1 **Punctus** quæstionis, super quo consiliũ petitur exhiberi, talis est. † Quidã nomine Vanellus Ioannis Clauelli de Orto in vltimis cõtinetur, suum vltimũ & legitimum condidit testamentũ, in quo inter alia vsus est istis verbis, videlicet, in omnib. suis bonis mobilib. & immobilib. vbicunq; reperiri poterunt, præsentib. & futuris suos vniuersales hæredes instituit Ioannem, & Nic. filios suos, & Petrum Sentij nepotem suũ pro æquali parte: & si dictus Io. morere. ir sine filijs, vel filiab. de legi. matri. natis: tunc vult, ꝙ succedat dicti Io. & Pe. & si dictus Pe. moreretur q̃cunq; sine filijs, vel filiab. de eodem legitimo matrimonio natis, tunc vult, ꝙ succedãt d. Io & Nic. & si omnes morerentur, &c. Post hoc dictus testator decessit sub anno domini 1069. superstitibus dictis Ioanne & Nicolao, & Petro, d. Io. tunc existente maiore 30. an. & cum filijs, & dictis Nic. & Pet. existentib. tunc minorib. 7. annis. qui Io. & pater dicti Pet. videlicet Sentius erãt fratres carnales ex vtroq; coniuncti: & dictus Nic. erat frater dicti Ioannis cõsanguineus, & affinis dicti testatoris ex domina Luminata secunda vxore dicti testatoris. Post hoc decessit dictus Pet. Sentij in pupillari ætate sine filijs superstitib. do. Io. & Nic. filijs dicti testatoris. Post hoc decessit dictus Nic. ab intestato existente maiore 26. an. sine filijs & filiab. superstitib. sibi d. Ioanne eius fratre consanguineo, & d. Luminata eius matre. Oritur quæstio de hæreditate d. Nico. inter Io. prædictum, & dominam Luminatam. Quæritur modo, quid iuris hæredi. do. Nic. & ad quem pertineat hæreditas Nic prædicti ab intesta. delata: & quantum est in hæreditate
2 ipsius Nic. † Præmittendum est ad euidentiam, ꝙ mater præfertur fratri consanguineo tantũ, vt in auth. defuncto. C. ad Tert. & no. per Cy. C. communia de succes. auth. itaq;. vnde Nic. qui decessit in adulta ætate, dom. Luminata eius mater succedit ab intestato in omnib. bonis d. Nicolai: tamen debet restituere iure fideicommissi dicto Ioanni dimidiam partem portionis dicti Nic. vt in c. Ray. & in c. Ray. de test. & c. si pater. de testa. li. 6. cũ
3 sim. Secundò præmittendum est, ꝙ dubitari potest, † vtrũ substitutio facta Petro nepoti testatoris ex filio præmortuo, cõsiderato, ꝙ Petr. decessit in pupillari ætate, sit censenda pupillaris, an fideicõmissaria. Et videtur, ꝙ sit censenda pupillaris propter verbum, succedat, quod est aptius directè substitutioni, q̃ obliquæ. Et quia iste erat pupillus, & in potestate substituentis: & quia seorsum testator substituit cuilibet personę, vt hoc probatur. ff. de vul. sub. l. 2. & l. iam hoc iure. §. pen. & l. Lucius. in gl. ff. de verb. sig. l. sciendum. cum si. & si ita est, ꝙ pupillaris sit censenda, tunc pars Petri pro dimidia peruenisset ad Nic. ex substitutione pupillari: & alia dimidia ad Io. qui sunt ambo substituti.
4 † & tũc incidit alia quæstio, an id, ꝙ Nic. fuit lucratus ex pupillari, veniat in fideicommissaria substitutione facta Nicolao. Nã si non venit, remanet matri. Si venit, debetur integraliter Ioanni. In hac quæstione sunt opiniones, vt patet. ff. ad Tre. lita tamen. §. qui suspectam. tex. videtur dicere, ꝙ nõ veniat in fideic. nisi coactus adeat. Sed Bar. dicit, ꝙ venit in fideicom. id, quod capitur de bonis patris ex substitutiõe pupillari, si fuit primò substitutus pupillariter, q̃ fuerit granatus: secus si postea: tm̃ etiã secundum eum cõsiderato ordine substitutionũ hic non veniret in fideicomm. quod capitur ex pupillari: quia Nicolaus fuit primò granatus, postea substitutus. & sic mater haberet liberè dimidiã partẽ portionis Petri. Si autẽ substitutio facta Petro censetur fideicõmissaria, qđ videtur, vt omni tẽpore valeat vno modo vniformi. Itẽ vt æqualitas seruetur inter liberos. Item & per no. per no. ꝓ Vltramontanos in l. quãuis. in d. l. iã hoc iure. tunc Io. haberet ab intestato omnia bona Petri: quia vtriq; coniunctus pfertur Nicolao ex altero latere tm̃ coniuncto, tm̃ per substitutionem tenetur restituere iure fideic. Nicolao, si viueret, dimidiã dimidiæ portionis Petri. Primò nanq; dimidia detrahitur pro legitima, & Trebellianica. Scdò alia dimidia æqualiter diuideretur. & idẽ ius, quod haberet Nicolaus, haberet mater.
5 Sed † hic incidit dubitatio, an id, quod Nicolaus cœpit ex fideicom. de parte Petri, debeat restitui ex alio capite. s. quia Ioãnes fuit substitutus Nicolao. Et ex ordine substitutionum apparet, ꝙ non, vt no. ff. ad Treb. l. Marcellus. §. quidã liberis. Finaliter dicendũ est, ꝙ quarta pars partis Petri pertinet ad dñam Luminatã ex psona Nicolai. Et tres partes de quatuor partibus portionis Petri pertinent ad dictum Ioannem: & sic in istis punctis difficilibus in iure teneo. Et ita dico, & consulo ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXXVI.

1 *Testis dicens vnum extra iudicium, & aliud in iudicio an debeat puniri de falso.*

Licet Assessores euntes per Bart. sicut ceci plus credant sibi, quàm gl. & quàm veritati: tamen hoc est valde
1 reprehensibile. † Dicit autem Bar. quòd si testis extra iudicium dixit vnum, & in iudicio dixit aliud, quòd debet puniri de falso nullo alio probato. l. eos. ff. de fal. vbi dixit esse casum: sed veritas est in cõtrariũ. Et de hoc est gl. ord. in c. cum causam, quę inter. extra de testi. in glo. hæc litera. Nam g. dicit, quòd testimonium eius in iudicio depositum probat. quod minimè probaret, si de falso esset condemnandus. Et hoc patet per rationem: quia aut dicimus, ꝙ dixerit falsum: & de hoc non constat, cum id, quod dixit extra iudicium se nescire, potest in iudicio testificari veritatem,

ritatē. 10. coll. quid sit inuestitura. c.1. vbi est vnicus textus in iure. Non obstat. l. eos. quia illa loquitur in tribus casibus. Primò, quando in vna & eadem productione solemnis testis est sibi ipsi contrarius. Secundò, quando est contrarius suo sigillo. Tertiò, quando est sibi contrarius in diuersis productionib. solenniter factis in iudicio. de extraiudicialib. nihil loquitur ibi, & miror, quod tam præclarus meus Doctor errauerit, & maximè in casus positione. & arbitrium iudicis nihil operatur; quia iste casus non subiacet pœnæ falsi: nisi aliter probaretur, quòd falsum dixerat per testes reprobatorios, qui interfuissent facto, & hic nullatenus potest condemnari, quod no. Et ita dico, & consulo ego Bald.

CONSILIVM CCCCLXXXVII.

1 *Statuto cauetur, quòd nullus contractus fiat, nec fieri debeat cū minore 25. annis, nisi celebretur in loco publico præsentibus quinq; testibus. deinde subijcitur in statuto, & quia mulieres de leui decipi solent, idem dicimus in contractibus mulierum. Modò quidam contrahit cum minore: & ese obligauit non in loco publico, sed in agro Sempronij: & iurauit non venire contra occasione minoris ætatis, nec alia occasione. Modò quæritur, an dictum contractum sit nullus, vel validus.*

1 Considerandum est, † qd est dicere, nullus cōtractus cum minore, hoc est, vtrum ipsa prohibitio dirigatur in ipsum minorem, an contra agentem, ne recipiat: an verò factum, & non faciens, & recipiens prohibeatur. Quando enim prohibitio dirigitur ipsi minori, ne faciat, vel ne det, puta ne cōtrahat, vel alienet: tamen si iurat, quia iuramentum reputat ipsum maiorem, valet contractus, & alienatio, vt in auth. sacramenta pube. & in c. quamuis. de pac. lib. 6. & extra de iureiu. c. mulieres. & ita prima facie videtur. Sed Bart. in l. is cui bonis. ff. de verb. obl. dicit, tale iuramentum non valere; quia talis actus est interdictus per superiorem, & ei est interdicta administratio, & est similis prodigo propter interdictum superioris, vt no. Iacob. de Are. l. qui habet. ff. ad Treb. Dicendum est autem, quòd aut statutum reprobat contractum, & iuramentū expressè dicendo, quòd non valeat: & tunc quia iuramento nemo potest facere, ne leges in suo contractu locum habeant: vt ff. de leg. 1. l. si quis in quilinos. §. fi. & l. nemo potest. de leg. 2. l. codicillis. §. vlt. Aut non prohibet consensum, sed alienationem, quia ex ipso sequitur: tunc valet iuramentum, quia adhæret consensui, qui communis, videlicet de iure gentium, vt d. auth. sacramēta puberum. Et ex istis sequitur, quòd minor prohibetur cōtrahere: quia per hoc prohibetur consentire, quòd non valet iuramentum. ff. de pac. l. 1. §. quoties. & l. iurisg. §. & generaliter. & facit ad dictam differentiam, quod no. in l. dotis. ff. de mili. testa. per Iac. de Are. Canonistæ verò dicunt seruandum iuramentum ex quo seruari potest absq; interitu salutis æternæ. 22. q. 1. c. iuramenti. nec est de apicibus iuris. 15. q. 7. c. quoties cordis oculis. & ita simplici via pertranseunt. Quando verò prohibitio dirigitur ipsi creditori, seu receptori, puta nemo contrahat cum minore. ff. de fideiuss. l. si quis pro eo. & ibi Bar. quòd prohibito nullum ius quæritur, etiam si minor iuret: & ideo minor non videtur de facto exequi, quod iurat, cum iuris effectum sortiri non debet. De iure enim, & non de facto fuit cogitatum: & ideo illud iuramētum est potius temerarium, quàm obligatorium, vnde debet imponi de temeritate pœnitentia: non debet cogi ad obseruantiam. Cum enim omnis obligatio duo extrema requirat, vnum fundatur in persona promissoris, alterum in persona stipulatoris, vt l. 3. ff. de stipul. seru. ex quo deficit persona, quæ stipulari possit: nihil valet, quod agitur, vt ff. de verb. ob. l. 1. in prin. Sed contra istud facit extra de iureiu. c. debitores. Nam vsurarius prohibetur facere contractum vsurarium: prohibetur etiam recipere, tamen si iurat, valet iuramentum, & est ob reuerentiam diuini nominis obseruandum. & plus dicit dominus Bar. in l. omnes populi. ꝙ si statutum aliquod prohibet propter præsumptam calumniam propulsandi hac ratione adiecta in statuto, vt fraudibus obuietur, quòd tunc non valet iuramentum ipso iure. & verum dicit, quòd ista ꝓhibitio sit ratione odij præsumpti, & occasione præsumpti doli, vt not. eleganter in l. si quis sub conditione. ff. de cond. instit. Sequitur necessariò, quòd iuramentum non valeat. Idem dicimus in Macedoniano. idem dicimus in donatione inter virum, & vxorem, dicit Cy. in l. 1. C. de sacrof. eccl. Cum ergo attenta ratione statutum disponat ad fraudes tollendas: sequitur, quòd contractus dicti minoris nō valeat. Non obstat, quòd iurauerit; quia nō fuit in loco publico factum. sed clam in agro, & præsumitur dolo fieri, quod clam fit, vt l. nemo. C. de summa Trin. & fide ca. & ibi plenè per Cyn. & extra vt eccl. benefi. c. 1. de ritu nup. l. fi. de of. del. c. consuluit. & C. de sen. l. inter. & hæc sunt vera. Melius tamen, & cautius est, ꝙ propter dolum, qui præsumitur, & probatur, ex forma statuti petatur relaxatio iuramenti, vel sacramenti: & deinde agatur, vt not. extra de elect. c. venerabilis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXXVIII.

1 *Si testator substituit proximiores suos, & exret soror, & filius sororis, an aqualiter succedant, vel soror sola. & vide 2.*

3 *Dictio, meos, quid importat.*

Casus talis est. Quidam Titius decessit relict. duabus filiabus, Caia. l. & Scia, & relicto vnico filio. l. Sempronio, qui Sempronius fuit institutus hæres vniuersalis per dictum Titium suum patrem cum substitutione facta per hæc verba, videlicet, in omnibus alijs meis bonis mobilibus & immobilib. præsentib. & futuris, iuribus, & actionib. instituo Sempronium filium meum mihi hæredem: & si contigerit dictum Sempronium decedere in pupillari ætate, vel postea quandocunque sine filijs legitimis, substituo sibi hæredes meos proximiores, &c. Mortuo testatore decessit Caia relicto quodam filio. l. Martino. & postea decessit Sempronius in pupillari ætate
1 relictis supradictis Seia, & Marti. filio d. Caiæ. † Quæritur, quis veniat ad successionem dicti Sempronij: nam dicta Seia dicit, quòd ipsa venit ad successionem propter substi. & quòd ipsa est proximior, quàm filia dicti Titij exclusō Martino filio Caiæ. & ex aduerso dicitur, quòd æqualiter venit dictus Martinus ad successionem cum dicta Caia per auth. post fratres ex vtroque, quę est super l. cōsanguinitatis. C. de leg. hæredi. ibi dum dicit, hi autem fratrum filij cum pares sint fratrib. &c. Ex qua litera colligitur expressè, quòd filij fratrū, & fratres sunt pares quòd ad successionem. hoc etiam colligitur in l. nomina. alias omnia. §. fi. ff. de leg. 2. & ibi no. per glo. quæ incipit, quandoque & c. petitur super prędictis veritas declarari. Qui proximiores sunt in casu, illi vocantur. ff. de leg. 2. l. cum ita. §. in fideicommi. & l. cum pater. §. libertus. & hæc etiam scriptura testa. dicit, dum ait, proximiores meos: & si vnus ex proximioribus decessit interim, non transmittit ad hæredem suum. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. hereditatem
2 filius. & ibi no. de le. 1. l. filius. §. diuus. alias diui. † quapropter videtur dicendum, quòd soror, & non filius sororis hic vocetur; quia non est dubium, quòd soror re vera est proximior in gradu fratri suo. Item filia est patri suo in gradu proximior, quā nepos ex alia filia, vt patet in l. Iurisc̄ōsultus. ff. de gradi. Item testator dixit, proximiores meos: quod intelligitur tempore mor
3 tis testatoris, non postea. l. si cognatis. ff. de reb. du. † quia illa dictio, meos, restringit indefinitam appell. proximiorum. vnde si ambæ filiæ decessissent, tamen filius filiæ non esset substitutus, præsertim post mortē aui concep. l. item prætor. de suis, & legit. nō ob. gl. §. in fideic. quia habet respectū ad iura intestati, nō ad iura testati. vt patet ex l. quā allegat. & illa gl. fuit Hu. Sed in contrariū facit; quia filius subrogatur loco matris, inst. de hære. q̄ ab inte. §. cum filius. Et quia auus videtur sensisse de eo. C. de cond. inser. l. 1. & verba sunt ciuiliter intelligenda, vt argu. ff. de ser. l. si cui. & proximior est in sua parte; quia in ea nemo antecedit. ff. de verb. sign. l. proximus. & testamentum aui interpretatur secundum ordinatam tam à nostra, quàm à iure charitatem. ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. 1. quia ad ius se retulit, videtur testamentum suum loco legalis dispositionis subrogari; ergo, &c. vt in auth. defuncto. & in auth. cessante. & in corpore vnde sumitur. & ista pars satis posset ꝺefendi, si filia præmortua esset viuo patre, vt in proposito continere videtur propter verbum, meos: quia tempore mortis testatoris nepos, nec verè, nec interpretatiuè erat proximior in toto, nec in parte, vt d. l. si cognatis. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCLXXXIX.

1 *t ibelles an dicatur rectè formatus, vbi ex narratis ab actore infertur conclusio contra reum.*

2 *Libellans in possessorio retinenda, an debeat exprimere locum, tempus, & circumstantias.*
Clausula posita in libello, scilicet, omni modo, via, iure, & forma, &c. quid operetur.

4 *Verba libelli sunt latissimè interpretanda.*

5 *Forma procedendi in interdicto retinendæ quæ sit.*

6 *Interdictum retinendæ, ad quid fuit inductum, & pro quibus rebus competat.*

7 *Quis obtinere debet in interdicto vti possidetis.*

In Christi nomine. In causa vertente inter capitulum, & conuentum mona, sanctæ Crucis de mōte Bagnolo ex parte vna, & ser. Petrum Lucæ, & dñam Margaritam Vannis ex altera mihi commissa principaliter sunt discutienda. primo circa libellum an sit reformādus. Nam vitiat ineptitudo petitionis apparens añ, vel post li. cont. extra de iudicijs. ca. examinata. ff. si mensor falsum modium dixerit. le. j. de emp. & vend. ca. cum dilecti. Secūdum examinan. est circa processum. Nam forma, per quam datur ordo procedendi in iudicio, non feruata reddit processum nullum ipso iure, extra de rescrip. c. cum dilecta. de rest. spo. c. Pisanis. de ele. c. dudum. nā et in in actu fauorabili vitiat omissio modi, vel formæ. ff. de ver. ob. l. q. Romæ. §. Flauius Hermes. Tertio de loco cōsideranda occurrūt causarū media, sicut sunt probationū genera q̄cunq;: nam actore non probante reus absoluitur. C. de eden. l. qui accusare. & de proba. l. actor, quod asseuerat, redeo
1 ad primū. † Et ꝙ libellus sit ineptus vī probari pluribus modis. & primo sic. vbi crimen deducit criminaliter, siue ciuiliter, debent poni circunstantiæ loci, & tpis, vt l. libellorū. C. de accu. & c. tuæ. de proc. Sed hic non exprimunt: igitur &c. Præterea vbi agitur interdicto retinendæ, modi sunt turbationis exprimendi. extr. de prob. c. licet cām. p Inno. quod hic non fuit: ergo & c. ꝙ libellus iste non procedat, vī sic probari. vbi agitur retinēdæ, iudiciū est ordinariū, & ordinariè dēt procedi: sed hic petit sum mariè ꝓcedi, igitur libellus non ꝓcedit. Sed in contrariū est veritas. l. ꝙ prædictis nō obstantib. talis libellus ꝓcedat. Quod sic probo, ille libellus est rectè formatus, vbi ex narratis ab actore infertur conclusio contra reum: ergo, maior est nota, & probat in l. 2. §. circa. ff. de excep. doli. minor, ꝓbatur p ca. licet. de prob. vbi proprie docet sic formare libellum. & p Roffre. in libellis super materia interdictorum, vti possidetis. Nec obstant su-
2 perius in contrariū allegata de omissione circunstantiarū; † qa autagens interdicto retinendæ allegat dolum inquietantis, & tenetur exprimere circunstantias: quia allegās crimē alterius, quod in iudicium deducit, dēt allegare tps. & locum. 3. q. 8. ca. li bellorum. etiam si ciuiliter agatur, vt d. c. tuæ. aut non allegat dolum inquietantis: & tunc secus, vt no. Io. de Imo. in d. licet. & Barto. ff. vti possidetis. l. licet. Item non obstat, ꝙ istud est iudicium ordinarium, ergo male petūt petendo, quod summariè proce-
3 datur; † quia sequitur clausula illa generalis, & omni modo, via iure, & forma & c. quæ debet exponi, vt vtilius est actori, vt no. Barto. ff. rerum amota. l. quidā. & Ioan. And. in ca j. de no. oper. nunc. in addit. suis. nam quo ad interpretationem verborum libelli fauemus actori, vt no. de ver. sig. cle. sæpe. si non pōt procedi summariè, procedatur ordinarie: & oī mō, quo melius pōt secundum intentionem actoris, vt l. si quis intentione ambigua ff. de iud. ad hoc optime facit, quod no. Inn. de ord. cog. c. 2. de il lo libello, peto mihi iustitiam fieri. & in Spe. de libellorum con cep. §. iam nunc. ver. Item talis. & ver. sequenti. facit, ꝙ no. Inn. in c. cum ex officij. extra de præsc. & quod no. per Bar. ff. de cōd. & dem l. mul. Et si dicatur genus restringitur à specierum denumeratione, vt l. fi. §. cui dulcia. ff. de vino leg. de proc. c. 2. in cle. & p Dy. in c. generi per speciem: de reg. iu. li. 6. vt sic sit sensus, ꝙ ꝓcedatur oī mō, via, & forma, quo melius pōt: dunt̄n ꝓcedatur simpliciter, & de plano: ita ꝙ clausula illa gnalis omni modo & c. posita post dinumerationē specierū referatur ad species dinumerantes per p dicta iura. nam dico, ꝙ nō hēt obstare: quia hoc procedit, vbi actori, vel proferenti nō datur interpretatio: imo
4 penitus contra eū interpretatio fit, vt l. veterib. ff. de pac. † Præterea verba libelli latissime debent interpretari, vt no. Inn. in d. c. li. cām. in fi. ex quib. cōcludo, dictū libell. ūprocedere. ad p dicta facit optime, quia qūocunque libellus possit tolerari, dēt ad
5 mt ti, vt not. Inn. de iud. c. examinata. & hoc de primo. † Venio ad secundū de mō procedendi. & vī rn̄dēdū, ꝙ hic forma statuti non fuerit seruata, nā statu. posi. sub. rub. quo mō, & ordine super libello, ꝓcedatur & c. Requrit, ꝙ reus cōuentus bis citetur, & pemptorie, quo non cōparen. & in ipso statuto expresse cōtinetur. Circa istud tertium examinandum vide oīno. l. 3. in prin. ff. vti possid. & quod no. Rof. in libellis suis in ti. vtrobi, & Specu. in ti. de pœ. & pos. §. 1. t. vers. q̄d si peto fundū à Pe. & omnino vide, q̄ ibi ponit Bal. sup lib. & in verb. & tu possides, &c. alias nō intelliges. Sed ista nō apparēt formaliter hic seruata: igit̄ ꝓcessus nullus, vt in d. c. dilecta. & c. Pisanis. cū si. sed his nō obst. contrariū credo, nā statutū p dictū habet duo ca. primū est, q̄n reus citatus non cōparet: & tūc ꝓcedit, q̄ dixi. aliud caput est, q̄n cōparet, quo casu p dicta forma nō seruat̄: qa vbi habemus psonæ p sentiam, nō requiritur alia citatio, q̄ non fit nisi ad finem comparendi: sed tunc assignatur terminus trium dierū ad accipiendum copiam libelli, & opponendum: quę forma hic extitit obseruata, igit̄ ꝓcessus validus. Restat igitur venire ad tertium. sad
6 merita causæ. † circa quod sciendum est, ꝙ id interdictū est inductū, ne turbēt̄ priores in possessionib. ff. vti poss. l. 1. Et ꝓ reb. immobilib. corporalib. tam vrbanis, q̄ rusticis datur hoc interdictum directum, vtile vero competit pro iuribus incorporalibus, tam realib. q̄ personalib. vt d. c. licet causam. extra de prob.
7 ibi, emens. † Secundò est sciendum, ꝙ in isto interdicto vti possideris, aut vnus melius probat, q̄ alter, vt quia possessionē antiquiorem, vel per testes numero plures: & ipse obtinet. aut pariter probant de possess. & tunc ille obtinet, qui probat titulum: & sic possessionem iustificatā ex titulo, vt dictis iurib. Modo in q̄stione nostra inspiciēdo dicta testium, & ipsorū attestationes, tam respectu pos. q̄ respectu tituli, longe melius est probatum per testes factū agentium, q̄ per testes rei conuēti. nam de possessione Vannis bonorum, q̄ petūt actores, eorum factum plene probatum est, ꝙ possederunt per tempus 20. ann. & vltra, & vsque ad tēpus suæ mortis, videlicet ꝓ Angulū Vtij, & per Ioannem Vtij de tempore 15. ann. probatum est. Ego Baldus.

CONSILIVM CCCCXC.

In Christi nomine. Pūctus talis est. Quidā inquisitus est de falsificatione falsorum instrumentorum: tempore suæ excusationis negauit contenta in inquisitione. Punctus talis est. dicit statutū, quod scribens scienter falsum instrumentum perdat manum, quam recuperare possit 25. flo. si maleficium fuerit sponte confessus, & soluerit infra 25. dies. Modò per modum simplicis inquisitionis ex mero, & puro officio procedit̄ contra quēdam not. de falsificatione quorundam instrumentorum inquisi.

Ad idem.

1 *Inquisitio specialis quando sit contra certam personam, & de certo crimine debet continere locum, & tempus: aliàs non concludit tanquam specialis, sed an procedat vt generalis, & indefinita: vt si ex probationib. receptis super ea appareat de loco, & tempore fiat condemnatio.*

In Christi nomine. De sola subscriptione requisitus, & quia plenissime, & subtiliter consultum est per egregium iuris vtriusq; doctorem dominum meum dñm Marcum, breuiter me expediam. † & quantū ad primum, ꝙ inquisitio non procedat ratione loci, maleficij commissi, videtur verum de iure communi, quo consuluit: quia specialis inquisitio, quæ fit contra certam
1 personam, & de certo crimine, debet continere locum, & tempus, aliàs non concludit tanquam specialis, vti iuribus superius alleg. sed an procedit vti generalis, vel indefinita, vt si ex probationibus receptis super ea appareat de loco, & tempore, fiat condemnatio. videtur, ꝙ sic, vt no. gl. insti. de pub. iud. in princ. Alij dicunt non procedere. Bar. in l. libellorum. & Iac. Butr. inst. de actio. in prin. ꝓ gl. facit, ꝙ lex libellorum loquitur de inscriptione, sed in inquisitionib. non fit inscriptio: ergo cessat lex libellorum. Sed contra gl. quia exceptiones, quæ possunt obijci accusationi, possunt obijci inquisitioni, vt no. Innoc. de offic. deleg. cap. venerabili. & ideo concludo circa hoc, dictam inquisitionem nō procedere, & propterea dicta inquisitio non procedit: quia non probatur. Nec obst. quod probatum est in causa ciuiliter intētata: quia ex actis factis in ciuili iudex posset moueri ad inquirendum in criminali: non tamen ad puniendum ordinarie, vt no. per Guliel. & Cy. in l. vlti. ff. de offi. præsidis. Et ita dico, & consulo Ego Baldus de Peru. Iuris Vtriusq; Doct. & ad fidem me, &c.

CONSILIVM CCCCXCI.

1 *Esse talem, vel habere pro tali an idem sint: & an statutum faciens mentionem de vno habeat locum in alio.*

2 *Verbum, ipso iure, importat latam sententiam.*

In Christi nomine. Visa petitione p̃dicta, dictisque, & testium attestationibus productis super illa, & visis statutis prædictis, de quibus in petitione fit mentio prædicta, & præsupposita statuendi potentia, ac potestate, cum omni populo iurisdictionem habentiius proprium sibi constituere comperat, vocaturq; ius ciuile. ff. de iust. & iur. l. omnes populi. ff. de decret. ab ordi. faci. l. fin. & de priuilegijs creditorum anteriorum, no. C. de fideiuss. l. barsatorem. & in cap. vt animarum. de constitu. lib. 6. & de decre. decurionum. l. in facta. lib. 10. cum similibus. † Est videndũ an prædictorum vigore dictus Calderinus possit rebannire, & rebanniri facere duos exbannitos, vel condemnatos cõmunis Perusij, seu exbannitos, vel condemnatos tantum ex alia autem causa, q̃ rebellionis: & p̃ officiales armarij communis Perusij, & eorum notarij possint, teneantur, & dẽant habita fide legitima de prædictis cassare, & cancellare quascunque sententias, omnesque processus contra eos, vel eorũ alterum latas, seu factas modo aliquo, seu forma, & quacunque de causa. & videtur, q̃ non; quia reperitur, q̃ dictus Cianeha fuerit rebellis, & pro rebelle condemnatus debet haberi secundum eum. Cod. li cõtra ius, vel vtili. publicam. l. & si non cognitio. & licet statutum vel ler eum pro rebelle haberi, & reputari ratione causalcariæ, & inuasionis, & condemnationis secundum eum factarum super, & contra territorium Perusinum. Istud videtur procedere vigore cuiusdam fictionis, quæ in statutis non videtur habere locum. verba statuti debent accipi propriè, & verè, non autem impropriè, & fictè. ff. de nego. gest. l. 3. §. hęc verba. ff. de suis, & legitimis. l. ptor ait. & not. p Io. de Ligna. & alios in c. q̃ circa. de electione. in cle. Sed his non obstantibus contrariũ credo de iure dicẽdũ: nam vt not. Bartol. in leg. is, qui pro emptore. ff. de vsuc. & ff. de adop. l. si marit⁹. q̃ paria sunt aliquẽ esse talẽ, vel haberi pro tali, nisi statutũ disponat circa ea. q̃ sunt iuris, & circa ea, q̃ p̃sit esse vera. vñ si statutũ dicit, aliq; habeat̃ pro ciue, erit is ciuis: qa hoc per veritatẽ ptãtis legis fieri põt: vnde non est fictio: cũ ergo statutũ p̃dictũ velit, q̃ ois, qui inuaderet Perusinũ territoriũ, vel q̃uis libet caual caret, seu in eo aliquas offensiones fecerit, committẽdo in dictis territorijs aliqua homicidia, furta, vel robarias, prædas: vel rapinas &c. q̃ statim ipso iure, & ipso facto esse intelligant̃, & sint rebelles, & proditores cõis Perusij, & pro rebellib. & proditorib. cõis Perusij reputari, & haberi, tanq̃ si essent p formã statuti, & decretorũ legitime condẽnati: &c. ergo oportet, q̃ dictus Ciancha dierũ malorũ inueteratus fuit p p̃dicta p ipsum cõmissa verè rebellis: & dispositio statuti hẽt locũ in casu vero, non ficto. Præterea statutũ disponit, & loquitur per
2 verbũ subsãtiuũ, & essentiale: qa dicit, sint: vñ inducit verã rebellionẽ. † Er est canõ nõ latæ sniæ, qa dicit ipso iure, & ipso facto. de resc̃r. cle. j. in fi. de cõsanguinitate, & affinita. c. eos, q̃ i cle. dehær. c. vergentis. de priuil. religiosi. de pœnis. c. cupientes, vt C. de sac. san. ec. l. iubemus. §. is tabellionib. de iure fis. le. eius, q̃ delatorẽ. & sic non ob. §. hæc verba. cũ si. Præterea istud statutũ respicit publicã vtilitatẽ: & spe præmij inuitat hoies ad p̃sequẽdũ, & capiẽdũ nequissimos, & facinorosos hoies, quorũ os maledic. & amaritudine plenũ est, pedes eorũ veloces ad effundẽdũ sanguinẽ, solicitiq; ad extrema territoria ratas habẽtes p̃das Perusinorũ inuadentes territoriũ, quos de terra euelli expedire necesse est, & exiit pari. ff. de of. p̃sidis. l. cõgruit, de iurisd. om. iud. l. imperiũ. egẽt. n. leges armis ad puniendũ rebelles, & arma leg. de Iustini. C. cõp. in prin. in gl. super verbo, auxilio. & de re mil. l. 3. §. miles. cum ergo istud statutũ publicam concernat vtilitatẽ licitũ est, & si vigore iuris oppositũ suaderet, à rigoroso tramite iuris recedere, & bonũ publicũ sequi, vt no. gl. in l. j. C. qui accus. non pos. 23. q. 4. c. Giulisarus. 31. q. 6. c. j. de pœ. l. aut facta. in fi. & de pœnis in cle. c. si qs suadẽte. § ciuitas. & per Inn. de cõst. in ca. j nã pp multos grassantes inducit̃, alias non inducendũ licẽt rigorosum, vt in extrauaganti Bon. VIII. q̃ incipit, rem non nouã. vt in cle. j. de iudi, & multis grassantib. locus sit exẽplis. aliter dicit lex, q̃ multa in iure ciuili contra rigorosam rõnẽ dispũ randi pro vtilitate reipublicæ. i. pro bono publico præcepta, & mandata secundũ naturã sunt, ita no. in l. ita vulneratus. §. si qs. ff. ad l. Aqui. & facit ad prædicta q̃ no. dñs meus in summula de creti 16. dist. c. multos. Præterea cum statutũ dicat, ipso iure, & ipso facto sint rebelles: nõ vr alia snia necessaria, vt no. in l. Imp. ff. de iure fis. & in leg. commissa. ff. de publicanis. & sic non ob. q̃ no in d. c. cum secundũ. de hæreti. 6. quia vltra statu. vult, q̃ sint rebelles, ac si pro rebellib. essent condemnati: efficit ergo lex, q̃ iudex facerer p suam snam, nec sunt iuris officiales meri executores, immo vr velle, q̃ corã eis fides fieri possit in iustitiæ, & cognitionem habẽt cũ statutũ dicat in fine sui, q̃ dicti officiales amati, & eorũ notarij possint, teneantur, & debeant habita fide legitima de prædictis cassare, & cancellare quascunq; snias &c. no. q̃ dicit, habita fide legitima de prædictis: & vñr hẽre aliqualem cognitionem. vñ nõ sunt meri executores, vt no. per gl. magnam extra de of. del. in ca. pastoralis. § quia vero. per Bar. in le. à diuo Pio. per dñm meum in d. l. & si non cognitio. cum ergo p dictum Calderi. probata sint q̃ probari debent, concludo, q̃ p̃dicti officiales, & notarij armati dẽant condemnationem dicti Andreæ Franc. asari, intrib. & rationibus prædictis. Ego Bal.

CONSILIVM CCCCXCII.

1 *Iudicium agitatum contra filium in possessorio recuperandæ stae consensa patris, an valeat: & quando possit filius agere, & conuenire sine consensu patris.*
2 *Præsumitur pro sententia, nisi &c.*
3 *Causa actualis, vel criminalis quando dicatur.*
4 *Appellatio quando dicatur deserta, vel ne.*
5 *Appellatione deserta an possit de nullitate dici.*
6 *Quando in libello dicto sententiam nullam, & si qua est, appello: an tunc causa nullitatis dicatur incidens.*
7 *Quis sit effectus, an nullitas sit intentata principaliter, an incidenter.*

In Christi nomine. In causa vertente inter parte vna, & Colam, & Andreæm Petri Iani ex parte altera, Visis actis, & actitatis tã in prima cã, q̃ in cã appellationis, tria principaliter inuestigãda occurrunt. & primo: qa hic fuit actũ interdicto recuperandæ contra filiumfa. absq; p̃ris interpellatione, vel cõsensu: an tale iudicũ subsistat, an vero sit nullũ. Secũdo, an p iudicem primæ cãæ fuit condẽnatoria, à qua exitit appellatũ, an appellatio sit deserta. Tertio, an si appellatio est deserta. possit aliquo mõ de nullitate dici. Venio ad primũ, † & vr, q̃ tale iudiciũ tenet, siue loquamur d iure antiquo, siue de iure nouo. nã p̃sumptio est, q̃ snia lata contra filiũ fuerit iusta: ergo seruanda. Pro snia enim iudex p̃sumit, vt in g. no. in l. Herennius. §. Caia. ff. de euic. & in ca. sicut nobis. in fi. de re. mil. & tex. est de renũ. ca. in pntia. & de iure antiquo non regrit̃ cõsensus p̃ris filio agẽti, vel fugienti, p̃tobat̃ p multas leges, maxime p legẽ deniq;. §. sed vtrũ. ff. de mi. ff. d nox. l. noxa. cũ l. seq. de iu. l. tã ex contrac. ff. ad Mac. l. 2. de castr̃. pe. l. 3. de ac. & ob. l. filius. de adul. l. inter liberos. §. fi. & ff. de his, qui. vt indig. l. post legatum. §. si filius. ff. de iniur. l. lex Corn. §. illud. & §. in l. probari põt p rõnes euidentes: & primo per locũ à pari, nã iudicia quasi contractus imitauere, vt ff. de pecu. l. si qs seruum. & ẽt l. si qs cũ filio. eo ti. sed in contractib. filius hẽt legitimã personã, p̃terq̃ in mutuo, & voto, vt no. inst. de obl. in prin. & C. q̃ cũ eo. l. eius. & l. si ex alio. ergo & in iudicio p̃bat̃: & hic. cq̃ si filius cõueniatur ex cã delicti, pos sit stare in iudicio sine p̃re, & q̃ snia lata contra eũ valeat. nã hoc videmus in seruo, quia alias iure ciuili nõn sit p̃sona idonea stãdi in iudicio, vt C. de iud. l. seruus. tñ in delictis. & si conueniat̃. cã dño, non defendit̃, sed solus stetit in cã, tenet bñ cã, vt ff. de stat. ho. l. seruus. p̃. n. filio consentire, & dñs dẽt seruũ in cã noxali defendere, vt C. de ac. l. 3. vnde sicut tenet iudicium habirũ contra seruũ sine dño, vt dictũ est: ita vr, q̃ teneat iudiciũ factũ cũ filio sine p̃re. pro hoc d. l. noxali. Præterea iudicium est actus p̃hibitoriũ certarũ personarũ: sed filius nõ reperit̃ p̃hibitus regulariter, ergo &c. vt ff. q̃ ex cau. ma. l. nũc vero. §. sed q̃ eis. & C. de religio. l. statuas. cum si. & hoc de iure antiquo. De iure autem nouo vr hoc expresse probari: & arguo sic, p̃s est legitimus administrator filij ratione vsusfru, vt in auc. excipit. C. de bo. quæ lib. & l. j. C. de bo. mat. vbi ergo p̃s non q̃rit̃ vsusfru. non est legitimus administrator, ergo eius consensus non est necessarius, vt sic dicã, aũt p̃s q̃rit̃ vsusfructus in bonis filij: & filius non põt esse aliquo mõ in iudicio; quia sibi non cõpetit administratio, sed p̃s. C. de bo. q̃ li. l. cũ nõ solũ. §. vbi aũt. & §. filius. & d. l. j. de bo. mat. Aut p̃s non q̃rit̃ vsusfructus: tunc aut ei non q̃rit̃, quia non vult: & eius cõsensus requirit̃ in signũ repudiationis, vt in §. necessitate secundũ legẽ actionis, quã sequit̃ Bar. aut ei non q̃rit̃ vsusfru. qa sibi q̃ri non põt: & tunc eius consensus requirit̃, vt in auth. vt liceat mihi, & atiæ. in prin. secundũ no. d. §. necel. & in l. 3. si filio. ff. cõmo. & ff. de ver. ob. l. fi. istam opi. tenẽt quidã antiquiores doc-

